

IOANNIS MESVÆ DAMASCENI

DE MEDICAMENTORVM PURGANTIVM
Simplicium delectu, & Castigatione.

LIBER PRIMVS.

Quem Canones vniuersales vocant.

IACOBO SYLVIO MEDICO INTERPRETE.

In nomine Dei misericordis (cuius nutu sermo recipit gratiam & doctrina perfectionem) principium sit verborum Ioannis filij Mesuæ, filij Hamech, filij Hely, filij Abdel's Regis Damasci.

PROOEMIUM.

DE castigandis medicamentis simplicibus purgatorijs mentio à quibusdam veteribus habita, sapientes plerosque impulit in eius rei inquisitione multam ponere operam: ac de inuentis à se multi multa scripserunt, sed capita tantum quaedam rerum sparsa, nullaq; methode coherentia. Ob id rogauerunt nos amicorum integerrimi, quorum amicitia multa debemus, vt imperfecta, & dispersa huius inuentionis præcepta perficeremus, in opusq; vnum exacta methode transferremus. Quorum iustis precibus vincti commentarium huic aggredimur, confisi auxilio, ac bonitate Dei, qui sit benedictus. Ergo pie Deus horum præceptorum collectionem, compositionemq; fac felicem, qui ex thesauris largitatis tuæ, summaque tua benignitate, omnia fortunæ, & felicia facis. Opus autem hoc in libros duos diuidemus, quorum priore vniuersalem castigandorum certis quibusdam rationibus medicamentorū scientiam trademus: posteriore vero, vbi cuiusque medicamenti purgantis essentiam, [species, delectum] facultates, castigationem particulatim executi erimus, finem faciemus.

MONDINVS.

Hic dubitatio est, vtrum de medicinis solutiuis simplicibus debeat tradi cognitio in arte medicina. Videtur enim quod non. De illis non debet tradi cognitio in arte medicina quæ sunt venena, aut res venenosæ, sed medicina solutiua sunt huiusmodi. Maior est nota auctoritate Haly, primo sermone suæ theoreticæ dispositionis regalis, secundo cap. dicit enim, quod hoc est vnum ex præceptis, scilicet non exhibere potum venenosum vel mortiferū alicui, neque eum alijs notificare, neq; de eo loqui. Minor apparet, eo quod medicina solutiua à corpore nostro euacuant inferendo vim naturæ. omne autem tale quod naturæ vim infert, est venenosum.

In oppositum est hic Mes. & alij auctores, qui de eis tradunt cognitionem. Dico ad hoc quod de medicinis solutiuis debet tradi cognitio in arte medicina. Ratio est, quia de illis medicinis debet tradi cognitio in arte medicina & modo approximationis

earum, quæ sunt extractiua rerum præter naturam à corpore humano: sed medicina solutiua sunt huiusmodi: quare, &c. Maior apparet, quia per hoc medicus consequitur suum finem, qui est adeptio sanitatis in corporibus ægris, aut præseruatio ab ægritudinibus. Minor apparet, eo quod hæc medicina solutiua euacuant malos humores à corpore, qui actum faciunt ægritudinem, aut sunt parati eam facere: omne autem tale est res præter naturam. Secunda ratio est. De illis medicinis debet tradi cognitio in arte medicina, circa quas vel per quas conuenit medicum recte agere & errare: sed circa medicinas solutiuas conuenit medicum recte agere & errare: quare, &c. Maior est nota, cum ars sit recta ratio factibilium, sit et de bono & difficili, vnde ita se habet, vt circa ipsam possit artifex recte agere & errare. Minor apparet, eo quod Gal. & Mes. & alij antiqui recte processerunt circa ipsas cum modo approximationis earum in debita quantitate, qualitate, & tempore, & alijs quæ oportet considerare in ea approximanda, sicut & multi alij hic talia non considerantes errauerunt circa ipsam. vnde videtur magis communiter errari circa vsum medicina solutiua, quam circa vsum medicina alteratiua vel resolutiua, eo quod effectum medicina alteratiua vel resolutiua altates non videt nec alij, nec credunt quæ ista medicina aliquid faciant, & ideo si ex eis lædatur infirmus, non propter hoc medicus acquirit magnū dedecus, si medico de ea male successerit; aut honor magnus, si ei de eius vsum bene successerit. bene ergo necessaria est medico earum cognitio, & quantum ad earum essentiam absolute, sicut ex parte subiecti, & virtutis, & posse ipsarum; & quantum ad emendationem nocuementorum earum, & modum approximandi earum, similiter etiam quantum ad remotionem nocuementorum ipsarum in hora solutionis ipsarum, & post solutionem, vt sciat curare earum accidentia & nocuenta, dum adsunt, & et præseruare ab eis: hoc autem facit Mesue in hoc libro primo, qui continet quatuor sermones. Tunc ad rationem (de illis, &c.) dico quod ista maior est falsa. Tu pbas auctoritate Halyabbatis, Dico quod multum refert dicere, non des potum mortiferū, & non cognoscas eum: non enim medicus debet eum dare, eo quod finis destruitur: sed non dicit Halyab. quod non debeamus eum cognoscere, imò oportet eum cognoscere, vt ipsum eum temus. Vel potest dici quod concedatur maior, quantum ad ea quæ sunt venena absolute, sed si sint medicina venenosa non per se, sed coniuncta cum alijs medicinis, vt earum malitia remoueatur, bene oportet tradere de eis cognitionem: et sic faciet Mes. infra docebit enim cognoscere scamoneam, & agaricū, & similia, & quæ sunt meliores ex eis, & quæ non & partes venenosas ab eis remouere, quæ quandoque inueniuntur in eis.

In hoc autem priore libro quatuor theoreticæ seu proposita docere itatuimus.

Mesue.

A

THEO-

CANONES
THEOREMATA PRIMIE
LIBRI QVATOR.

- Lib. 1. Simp. Cap. 14.*
1. **Q**ue in medicamento purgante deligendo sunt obseruanda, ac estimanda: primo, propria scilicet ipsius essentia: secundo, facultas.
 2. Quia ratione vis medicamenti malefica, priusquam sumatur, corrigenda sit. Quod duplici fit ratione: vna quidem admisso ei altero medicamento, & eo ipsi contrario, vel tota sua substantia, seu proprietate sua, vel temperie, vel effectu, admisso, inquam, proportionem iusta. Altera vero ratione per quadruplicem artificis industriam. 1. coctionem. 2. lotionem. 3. infusionem. 4. trituram.
 3. Quibus remedijs propulsemus incommoda tria in nobis a medicamento excitari solita purgandi tempore. Primum, materias ab eo moueri, sed non vacuari. Secundum, eas vacuari quidem, sed maleste & illegitime. Tertium, vacuari ultra quam conuenit.
 4. Quibus auxilijs sanemus affectus in corpore post purgationem reliquos, quales ferè sunt tredecim, singuli capitibus singulis a nobis traditi. 1. Febris, 2. Cephalalgia, 3. Vertigo, 4. Visus obtusitas, 5. Ventriculi imbecillitas, 6. Sitis, 7. Singultus, 8. Ventriculi dolor, 9. Intestinorum vlceratio, 10. Deiectio cruenta, 11. Tencismus, 12. Corporis laxitas, & debilitas, 13. Conuulsio.

THEOREMA PRIMVM.

Medicamentum purgatiuum humore suo familiari trahit, si uis trahit, ut in substantia sed actum calidum, ut Gal. lib. 1. de nat. & simp.

Medicamentum est purgatorium, non a temperamento, neque ut contrarium agens in contrarium, quatenus contrarium: neque ut simile trahens & euellens alterum, aut ut contrarium: neque ut leue sursum, graue deorsum, agitans purgandam materiam, sed quia talem [egritus est sortitum facultatem.] Omnis enim res (ut a Philosophis dicitur) facultate duplici est dotata, & prædita: vna quidem elementari, qua calfacit, refrigerat, [humectat, siccatur,] non autem purgat: altera vero cœlesti, hæcque vel communi, vel sibi propria, & temperie illam dirigente, & qua hoc medicamentum est purgatorium, illud hanc, vel illam vacationem prouocat, aliud aliam atque aliam habet virtutem. Quæ omnia potest medicamentum a cœlesti virtute ad temperaturam accedente.

MOND.

Hic aduertendum, primo dicit Mes. quod omne ens mixtum hic inferius exiens est informatum duplici virtute scilicet virtute elementari, & cœlesti, causa est in promptu, quia omne mixtum habet duplex principium, quo potest operari suam operationem scilicet principium inferius, & se tenet ex parte materiz, & agentis proprii, & determinati. aliud est principium superius siue vniuersale, & hoc est corpus cœlestis. vnde dicit Arist. secundo physicorum, quod homo hominem generat, ex materia, & solè, & ideo bene dicit Mes. quod omne mixtum est informatum, & informatum virtute elementari, & cœlesti, cum per hæc duo perficiat suas operationes. Secundo aduertendum, dicit Mes. quod mixtum dotatum virtute cœlesti quandoque dotatur etiam communi exiens, quandoque propria.

Nam forma specifica quandoque est communis, quandoque propria communis, sicut quando inest pluribus eiusdem generis, aut eiusdem speciei, sicut dicitur quod omnibus odoriferis inest forma specifica, per quam habent attrahere matricem, & rebus foetidis inest forma specifica, perquam matricem sugant: sed forma specifica propria est illa, quæ non inest omnibus indiuiduis eiusdem speciei, & eodem modo. non enim omnis magnes mouetur versus polum meridiionalem, etiam est quidam magnes qui attrahit carnem hominis, & quidam non, ut Alber. ponit in suo de mineralibus, auctoritate Aristot. & tamen omnes sunt eiusdem speciei. Dicit postea. Et hoc quia a cœlesti virtute tale supra complexionem fertur, & per hæc verba innuit Mes. quod licet medicina solutiua non euacuet proprium humorem per complexionem suam immediate & principaliter: tamen ipsa complexio est principium preparatum, & deseruiens formæ specificæ ad faciendum illam operationem. Nam specifica forma non influit mixto absolute, sed influitur mixto preparato per complexionem. & ideo nos possumus dicere, quod ipsa forma specifica non est aliud formaliter, quam quoddam additum supra complexionem, per quod facit talem operationem. aut etiam licet complexio non sit primum principium operationis occultæ, tamen multum adiuuat ad occultam operationem, illius medicinæ solutiuæ, ut sit verum dicere, quod medicinæ solutiuæ, quæ cum forma specificæ habent complexionem calidam, & siccam eis annexam, plus attrahunt & euacuant, quam si non essent talis complexionis, adhuc quæ sunt vehementer calidæ & siccæ cum proprietate quam habeat, plus euacuant, quam alia quæ non sunt sic calidæ & siccæ.

Ribus enim omnibus natura (ut inquit Plato) proprietates quasdam indidit, quibus hæc ipsa, quod sibi est proprium, agunt, idque propria natura & motione insita, cum nullius rei actio propria esse possit vlla, nisi quam forma ipsa excitat & dirigit. Hoc autem demonstrare medici non est, sed philosophi, altiora speculantis. Absurdum igitur fuerit existimare, a simili trahi simile: absurdius, a contrario: contraria enim mutuo se expellunt, non attrahunt.

Quod Galenus dicit, totum substantiam similitudinem suam quatenus propriam, si la expectantia non habent, Mesur. virtutem cœlestis, si feruor specificus, si uis, tam qualitat. appellat.

De simili sciendum, quod similitudo est duplex: quædam est similitudo in qualitatibus manifestis, & hoc modo medicina nunquam euacuat siue trahit humorem, quia ei similis in qualitate scilicet manifesta, nec hoc fuit vnaquæ opinaris G. bene. n. fuisse rudis, si dixisset quod catharus & turbith attrahunt phlegma, quia ei similes in qualitate manifesta, primo cum phlegma sit frigidum & humidum, & turbith calidum & siccum, etiam differunt in modo substantiæ. Alia est similitudo in qualitate occultæ siue specificæ formæ, de qua loquitur Galen. in tertio de simplici medicina. Vnde euacuat catharus aut turbith phlegma, quia eis simile in qualitate scilicet occultæ siue specificæ formæ, & per hoc soluitur vna questio prius mota si bene auertatur, vtrum scilicet medicina laxatiua vel solutiua euacuet humorem sibi proprium, quia simile, vel quia contrarium.

MOND.
Similitudo medicamentum ad humores duplex.

IOANNIS COSTAE I
ANNOTATIONES.

De purgantibus medicamentis questio inter antiquos medicos fuit, attraherent ne ipsa humores quos detrahunt, an potius gignerent. Atque Hipp. quidem vetustissimus medicina parens non solum trahendi facultatem inesse ijs proficitur, quæ purgant: sed eam propriam & peculiarem etiam humoris attraherentem. Contrarium est Erasistratus aliquam in naturalibus rebus fieri attractionem negavit, & Asclepiades medicamenta ipsosmet gignere humores qui ijs assumptis educi solent, inuicem ausus. Mesur. hic, per rationalem, & diuinus certe medicus, ab Hippoc. non recedit: sed hoc veluti posito fundamento, quod attrahant,

De purgantibus medicamentis actione suæ, de vniuersali siue propria natura, quæ superioris aut non dimulgantur.

bant, quam vi id ipsum agant breuiter innuit, refutatis breuissime quibusdam aliorum hac de re opinionibus. Age aut, quando digna animaduersione est questio, qua hic de purgandi causa proponitur: praetermissa nunc veterum illorum opinione à Galeno in libello de purg. medic. facult. satis reprobata, attractionis huius causam paulo fusius inquiramus, & Mesuae sententiam expendamus, sane facultatis huius admirabilis causas, ut ego quidem video, alij manifestas asserunt, ut calorem, temperamentum, qualitates sensibiles nuncupatas, ac similitudinem in substantia, vel qualitatibus inter medicamentum, & humores. alij ad obscuras confugunt: atq; hi nonnulli ad similitudinem inter humores, & medicamenta, alij ad contrarietatem, quidam etiam ad proprietatem totius substantiae à celo impartitam. Explicemus ergo haec omnia sigillatim. Primum omnium, qui ob calorem trahere medicamenta arbitrantur, exemplo mouentur ab euentibus rebus desumpto: ut enim calore solis vaporum copiam ex terra suscipi effertur, et calefactas seu igne, seu frictione, seu medicamenti alicuius vi externas corporum nostrorum partes in tumorem attollit quotidie obseruamus, ob spirituum scilicet, & humorum attractionem; ita etiam quibus medicamentum humores allicit, ut eius calor in causa esse statuamus, non videtur à ratione alienum, atq; ob id maxime, quod attractionem omne ex calore fieri philosophi quidem clarissimi senserunt, & expurgantibus, quae calidiora sunt, ceteris minus calidis valentius expurgare usu ipso experimur, merito igitur purgandi vis calori videtur ascribenda. Contra aut alij, quamuis probabilem affectionis huius causam caliditatem dent esse; absolutam tamen esse non essentiantur. Atq; doctissimus quidem Auerroes, quibus attractionem duplicem esse docet. 5. Coll. alteram à calore, alteram à proprietate, quam etiam à tota substantia nuncupat; concurrere in medicamentis utramq; existimat, adesse, videlicet attractionem, quatenus attractio est (caloremq; eam vocat, quae à calore) cuius merito trahant; & attractionem à proprietate ob quam certum humorem ex certa regione expurgent, proprietatem vero hanc conuenientiam & proportionem esse ait inter medicamentum & humores, quae ex certa elementorum mixtione proneniat. trahere aut medicamenta non sine humoris cognitione existimat. Alij aut, quamuis attractionis initium caloris gratia fieri non abnuant: quia tamen caloris acies obtundi ab humiditate solet, ut primo statim humorum affluxu medicamenti quoq; caliditas reprimatur, attractioq; ipsa vis infringatur, necesse putant, si modo purgatio unius caloris vim sequitur, quam ob rem facta à calore trahendi initio, ac detracta humoris portio, succedere postmodum quaedam reliquum est, ut vacui, & consecutione quadam arbitrantur. Alij tamen rursus non calori, sed temperamento, quod ex primariis qualitatibus fit confusione, veluti ex varijs vocibus harmonia, purgandi tribuunt vires. quum enim scammoniam bilem primo loco in omni corpore & affectu omni semper educat, non pituitam, azaricus contra pituitam, non bilem; verisimile est facultatem hanc, quae toti speciei communis & perpetua inest, non caliditatem sequi, quae par in alijs reperitur medicamentis, quae tamen pares vires non habent: sed ex intimis ac proprijs horum principijs, atq; adeo ex peculiari eorum temperamento efficiere, quo pacto etiam propria rerum accidentia omnia ex proprio temperamento duci philosophi pleriq; profitentur. Sed neque haec tamen opinio omnibus satisfacit. praeter calorem enim & praeter temperamentum alij etiam qualitates secundas, saporis scilicet, & substantiae tenuita-

tem addendam putant: quare purgantia generatim omnia, quo calidiora, acriora, & tenuiora, fuerint, eò etiam crassiores humores, & ex remotioribus partibus aiunt expurgare. Hac autem ratione id fieri subdunt, ut medicamenta, quae minus calida, acria, & amaritudinis ferè expertia sunt, à toto corpore trahere vehementer quum nequeant, merito solam bilem flauam educant; calidiora vero & acriora tum calore, tum insigni partium tenuitate crassum ac melancholicum humorem alliciant; sicuti etiam quae cum insigni calore, & acrimonia vehementem amaritudinem coniunctam habent, pituitam; calidissima vero, & acerrima, ac penè caustica aquas expurgant. Haec illi. Ab his tamen omnibus discedunt alij, & attractionem hanc non nisi similitudinis gratia fieri aiunt: similitudinis inquam, cum substantia, tum qualitatum, quae inter attractum humorem est & medicamentum quod trahit. consentaneum certe est quae similia sunt facillime congruere. Sentire aut hoc ipsum Galenus interdum videtur, veluti quum. 3. de simpl. medic. fac. enicum pituitam non immerito expurgare ait, quia illi similis est colore, & substantia. Sed de manifestis causis haec tenet. Qui vero ad occultas causas rem deserunt, horum quum aliqui ad similitudinem, alij ad contrarietatem, alij ad occultam proprietatem confugiant; qui ignotae similitudini seu sympathiae vim hanc ascribunt, cum ut superiores, à similibus trahi similia argumentantur, tum tuentur sese & magnetis exemplo, qui opinione multorum ob similitudinem ferrum trahit (yde quippe utriq; natales sunt, eadè & ferri, & magnetis fodina est) & alimentorum quae similitudinis in idem gratia trahuntur à partibus, quibus alendi desiderium inest. hos autem & 3. de simpl. medic. facult. videtur Gal. sequi. At vero qui diffidij & antipathiae potius quam similitudinis viuis causa purgationes fieri suspicantur, alia mouentur ratione, non fugant se se quae similia sunt, sed quae contraria. at assumpto medicamento humores extrudi foras videmus. Non alia item de causa medicamenta purgare constat, quam quod natura nostra aduersantur, vim faciunt, ac veluti veneni vires exercent, id enim medicis omnibus est receptum. diffidij ergo purgationis est causa, non similitudo. Ceterum neq; haec opinio omnibus arridet. Sed alijs non antipathia, non sympathia, verum in ista quadam proprietate medicamenti forma à celo impartita actionis huius potissima visa est causa. quum enim duplex in re omni facultas sit, philosophorum testimonio, elementaris altera, & altera caelestis, quae supra elementorum est vires, & proprietates vocatur: iure admirabilis actio haec ad caelestem facultatem referenda videtur, non ad elementarem. ita sanè & magnetis attractionem diuinum diuinus Plato censet in dial. de poet. furore, licet interdum vacui addat necessitatem ut in Timaeo. Sequenti opinionem hanc doctissimi sunt viri Auisenn. atq; Auerro. tandem etiam sequitur Mes. noster, non temperamento, ac elementaris viuis facultatis gratia, non ob similitudinem aut contrarietatem: sed ob proprietatem caeli munere impartitam purgantium medicamentorum actionem fieri, primis statim verbis pronuncians. Itaq; quum haec ita se habeant, totq; ac tam varia de proposito problemate sint sententiae, perpendamus non rursus singula diligentius, & quid ipsi sentiamus ingenue explicemus. Proficito (ne ab instituto ordine recedamus) quod calor attrahat non est ut quis neget, quando id sensus docet, seu per se, seu per accidens attrahat. ita etiam quod nullo pacto attrahere medicamentum queat sine calore, fateri oportet, quando venarum reseratio, quae ad attractionem necessaria

Mesuae. A ij est.

Cap. 18.

Galenus
de re
medica
lib. 12
de purg.
medic. facult.
cap. 18.

N. D.
de
re
medica
lib. 12
de purg.
medic. facult.
cap. 18.

de
re
medica
lib. 12
de purg.
medic. facult.
cap. 18.

C A N O N E S

est, non nisi caloris vi fieri potest, quod tamen ad hunc locum facit, si caloris eius vi, qui medicamento inest, attractio humorum primario fieret, medicamenta ergo calida oia purgatoria essent, educerenturq; quouis ingesto pharmaco humores promiscue omnes, si mperq; tenuiora excrementa primo loco deicerentur. Contra tamen infinita prope modum calida, & ipsis, quae purgatoria vocamus, longe calidiora sunt, quae non expurgant, obseruareq; est medicamenta non confuse omnes, sed suos quaeq; humores primo semper loco detrahere, ac crassiora frequenter excrementa pro vi, scilicet medicamentorum varia primo loco excerni tenuibus relictis. id. n. pulchre in lib. de purg. med. facult. Gal. disse rit. quanq; illud quoq; pro certo habemus, in eadem humoris specie, quod tenuis est primum, de hinc quod crassius, ordine a medicamento omni elici: id enim & ratio docet, quando tenuiora fluxioni aptiora sunt qua crassa; et experimento licet cuiq; obseruare. Ita ergo consutari eorum placitum existimauimus, qui calori primarium in purgando ascribunt munus. De Auerois opinione qui caloris naturalis gratia & conuenientie ac proportionis (ut eius verbis utar) inter medicamentum et humores attractionem hanc fieri existimat, si liceat proferre quod sentimus, non satis assequimur quid tantus vir velit, esto inter medicamentum, & humores conuenientia, & proportio. vnde haec? Ex certa quadam missionis mensura? At & prima, & secunda, & tertia qualitates certam exigunt elementorum missionem, ut edantur, quod enim absinthium primo ordine calfaciat, minus quam sal astringat, & abstergat, non aliunde quam ex diuersa elementorum missione puto prouenire, non differet ergo attractio ex proprietate ab ea, quae ex calore, si utraq; missionem sequitur elementorum non ergo vnus, aut alter, sed confuse omnes, & ex quacunque regione, humores trahuntur. At cognosci ait Auerr. a medicamentis humores. Non venio, neq; ut quidam tam crassa minerva hominem fuisse Auerroem puto, qui sentienti vim medicamentis ascripserit, ac fateor inesse medicamentis, vim talem, qualis in ijs, quae ut alantur, trahunt, neq; enim sine naturali appetentia, ac propterea cognitione, ac rectius, instinctu quodam trahunt, id quod Platonem, ut plantis sensum tribueret, compulit, verum quia non alantur humoribus medicamenta, quod ita appetant, attrahantq; videtur digniori quam elementis initio deferendum. Faciunt vero haec non minus aduersus eorum opinionem, qui, quum trahendi initium calori acceptum ferant, detracta tamen humoris portione succedere aliam consecutione quadam, & metu vacui existimant. Sed hos etiam illud particulatim refellit, quod si modo, vi vacui purgatio fieret, leui quouis assumpto pharmaco humorum omnium, & sanguinis etiam ipsius euacuatio succederet. ita scilicet, tubulos, qui hauriendis, vi vacui aquis parantur, nunquam in trahendo habere modum videmus, atqui hoc ridiculum est. Sed quid de ijs dicas, qui purgandi facultatem accidens veluti proprium medicamento esse aiunt, ex toto temperamento emanans, atq; adeo temperamentum purgationis causam esse putant? His certe, quum temperamentum ex permixtis elementorum qualitatibus originem ducat, neq; aliud sit, quidpiam quam certus quidam ex calore, frigore, humiditate, & siccitate concertus, cur & quo pacto praeter primas eas qualitates, vires huic, quam eius primordijs tanto, intervallo maiores ascribi debeant, reddenda ratio erat. Atq; haec aduersus eos qui calori, aut temperamento purgationis facultatis causam ascribunt. Qui autem praeter haec sapores etiam, & substantiae modum adiungunt, ijs non temere haec

E obijci posse videntur. primum quidem neq; acris amarae omnia, cum tenuissima etiam partium substantia purgandi vi praedita sunt: neq; quae purgant omnia, vel amara, aut acris sunt, vel tenui substantia constant, quod hi veluti perpetuum ponere videntur. ascribi vero etiam haec facultas non minus odori posse videtur quam saporibus quando ex solo medicamento odore pluribus citari alius solet. Quid? etiam umbilico, & calcibus ad mota medicamenta interdum expurgant, quod Aetius, & Paulus, & Aelutius docent. frequenter etiam integra euomuntur medicamenta, & larga tamen delectio sequitur. neq; raro catapotia, qualia prorsus assumpta sunt, reddere alius solet cum copiosa humorum colluue. An etiam saporis, & substantiae tenuitas in his purgationis sunt causa? Quod certe substantiae tenuitas praesare potest, penetratio est medicamenti in intimas, & remotissimas corporis partes. acrimonia autem, & amaror cum sentientes partes irritare, tum abstergere apta sunt. non id autem possunt nisi medicamenta ipsa, met in vniuersum ferantur corpus, quod (ut nunc quandoq; fieri de mus) fieri tamen perpetuum non potest, veluti, quum foris admouentur vel integra vomitu, aut deiectione per aluum redduntur, non est ergo purgatio, vel saporum, vel substantiae tenuitatis, ut primaria causa opus, ut hi putant. Quare neq; quod subdunt, errore vacat, qui aiunt medicamenta, quae minus, acris, amarae sunt, bilem tenuem tantum, ac leuem humorem ducere; acriora vero, & amariora, ex maxime longinquis partibus crassum educere, quale pituitosum, & melancholicum est. amarissimum. n. medicamentum est aloë, quae tamen hepar vix attingit, & bilem vix expurgat. contra autem armenus, & cyaneus lapidis saporis ferè omnis expertes, (praesertim trituram, & lotionem pass.) melancholica, & pituitosa excrementa, ex extremis corporis partibus euellunt. ita, & polypodium, quod dulce est, ac redinis prorsus expertes, pituita elicit, marina brassica, quae subamara, & hermodactylus ferè dulcis, ferrosos humores trahit. Non sunt ergo purgationis causa saporis, aut substantiae modus, licet non negem huius generis qualitates ad purgationes et plurimum conferre. Ab ijs vero, qui ob similitudinem inter humores, & medicamenta illos allici ab his putant, haec querenda essent. Primum quidem, quia substantiae vocabulis non vno significatu sumi solet, sed quandoq; substantiam vere ipsam, quandoq; ius modum substantiae significat, utrum horum intelligunt? Si vere substantiam, ea est materia rei, ac forma. ridiculum aut sit dicere eadē, aut simili forma, seu materia constare medicamenta, & humores, quae toto genere differunt, nihilq; eoe habent. Si aut substantiae modum, atqui agaricus pituitam trahit crassam, viscidam, grauem, ipse tamen tenuis, friabilis, leuis, infinitaq; vsu quotidie veniunt pituitae hoc palli similia, omni albumen, casens, itria atq; eius generis alia, quae pituita non eliciunt. Quod si in qualitatibus sensibilibus similia medicamenta sunt, & humores, quum ea, quod ad hoc negotium facit, alia ad ratiū referantur, ut caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas, alia ad gustatū, ut saporis, alia ad aspectum, ut colores, si rē perpendas, medicamēta pleraq; calida frigidos etiā humores ducunt, ut colocynthidis, enicis, agaricus pituita, & dulcia amara dulcē, aut certe insipidum eliciunt, ut eadē colocynthidis, enicis, agaricus, eandem pituitam, & dulcia amara, ut manna, & cassia bile, ita etiā scammonium cineritio colore praeditum, & manna, quae candida est bile flaua, ac myrabolani chebuli nuncupati subnigri pituitam ducunt. Sequitur nunc eorū opinio qui ad occultas causas consugientes similitudinem in substantia

ac qualitatibus non manifestam, ut superiores, sed occulta inter medicamenta, & humores ponunt. Sed paucis, utram similitudinem intelligas, occultam, aut manifestam, in qualitatibus, aut substantia, maior non videtur ratio, ut medicamentum humores trahat, quod trahatur, quod non solet Gal. excusare, hoc illos trahere quia Valentius, vel ex eo confutatur quod assumuntur pharmaca sepius frustrata purgationis expectatione: quo docemur quandoque etiam attractioni resistere humores, neque semper a medicamento superari: alioqui est hoc ipsum quod Gal. ait, praeter eam quae ex eventu fit observatione, nulla coniunctam habet rationem. Verisimile scilicet videtur id quod trahit eo quod trahitur esse validius, et qui non idem semper trahit aut trahitur, non semper medicamentum purgat, sicuti etiam non semper magnes ferrum, sed contra magnetem ferrum, aut etiam ipsemet trahit magnes. Infirma ergo haec de re Galen. ratio videtur. Adde, quod quae ob familiaritatem, seu similitudinem substantiae trahunt, ob id trahunt, ut attractio fruatur: & quae ad trahens mouentur, mouentur omnia ut perficiantur, at quis medicamentis humorum usus, quae etiam humoribus ex medicamentis perfectio esse possit? Addamus etiam postremo nunquam satis laudati Avicennae rationem. Si attractio ob similitudinem fieret, ferrum ergo ferrum attraheret. quid non ferro similitudinem est quod ferrum? falsum igitur est non solum quod medicamentum ob similitudinem humores alliciat, sed generatim quae similitudinis gratia vlla fiat attractio. Nec dici possit aduersus eos quod similitudini purgandi vbi ascribunt. Non difficile vero etiam est eorum placitum euertere, qui anticipata gratia purgationis fieri putant. Quae anticipata haec? obscurane an manifesta? Vtram dixeris, fugant & suuunt se se quae contraria sunt, non autem cogreduntur. humorum autem propulsio (qua scilicet opinio haec sulcitur) quae assumpto fit medicamento, expultricis naturae viscerum opus est, non medicamenti. hoc non licet naturae nostrae insensum, nobis suis qualitatibus ac substantia sit molestum, absurdum sit, si quis veluti sensu aliquo praeditum, persequi humores dicat. Superest iam eorum placitum, qui purgatricis facultatis causam occultam proprietatem esse profiteantur, quae etiam qualitates occultas, formam specificam, & proprietatem totius substantiae appellant. Hanc autem deident multi, et turpissima ignominie vertunt medico, qui sensitiuus est, ut autem artifex, ad obscuras causas con fugere, apertis, & quae sensui euidentes sunt relictis praesertim aut castigatione dignis hic auctor qui busiam visus est, quod a Gal. discesserit, gentiana, brassica marina, & pegenia vires ad manifestas qualitates referre conatur, & nusquam specificam formam agnoscit, quae etiam nulla noua ratione illius dogma euertit. alij etiam inconstantia ipsum dant, quum alibi de rosa verba faciens, primam eius operationem, i. purgationem, suu oblitus, in amaritudinem referat. Adde vero etiam horum calumnijs has rationes nos possumus. Si a specifica forma purgandi vis medicamentis inest: ut purgant, nisi seruat a illorum forma, inesse illis non potest. atqui quum ea offeruntur, vta vegetali atque adeo forma propria exuta offeruntur, ne de confusione, tritura, & coctione aliquid dicam, a quibus ex propria natura miris modis exuuntur; forma ergo ascribi purgatrix vis non potest. Adde hoc et, quum eadem purgandi vniuersi humoris facultas pluribus infit; si non vis haec formam sequitur, vna etiam horum omnium erit forma, quae est absurdum. Recitauimus haec tenus varia de proposita questione placita, & ostendimus, quo pacto confutari aut certe labefactari posse singula videmus. Reliquum nunc est, quod nos in hanc arenam descendamus, vbi per vna veritate, et per bonorum auctoritate de-

A certamus, ut ipsi quoque quid in tam multiplici controuersia sentiamus, libere explicemus. Naturalium ergo rerum quum varia sint actiones, eas quidem, quae toti alicui speciei sunt coes, ex intrinseco rei principio initium ducere inter omnes constat, quibus de natura studium fuit. sunt vero intrinseca rerum principia materia & forma. quae ob rem quia attractio, quae a purgatorijs fit medicamentis, ex earum est serie, quae in tota sunt specie, est non omni rhabarbaro & scammonio vis expurganda bilis, illud primum omnium est inquirendum, sit ne huius, de qua nos in loco agimus, attractionis facultas materij ascribenda an formae profecto materiam sequuntur, quae primas elementorum vires sequuntur, sunt non haec & stirpium, & medicamentorum, & rerum inferiorum omnium materia. atque sicuti duo haec in elementis sunt ipsis, qualitates ac substantia, & ex permixtis quidem qualitatibus temperamentum, ex substantijs vero fit quae visio nuncupatur: ita etiam qualitatum confusionem primae qualitates, alterum vero quae in substantijs secundae, & alia deinceps sequuntur, sapores, odores, crassitudo & tenuitas, quae modum substantiae vocant: ad haec ceterae quae in corporibus sunt omnibus generatim, quae sensui patet, et vulgo sensibiles nuncupantur. Ex his diuersae, & plures in rebus actiones fiunt, sicuti & esse sunt diuersae, ac multae: & ascribi oes materiae solent, non quidem quod has ipsas materiae edat actiones, agit non materia, non forma, sed compositum: verum materia ascribitur, quod ipsi maxime sunt affines. his exceptis ceterae oes quotquot in naturalibus reperire est rebus, formam sequuntur, et proprie nuncupantur, quod formae, ex quibus emanant, sunt propriae, haec etiam obscurae atque abditae dici solent, quod ignota & sensui minime conspicua habent initium, sunt non ignota rerum formae, et propterea, quae formas sequuntur, actiones quoque: ignota, sicuti quae ascribuntur materij & communes sunt & patentes, quod ex elementis et communibus, & quae sensibus patent originem ducant. Haec quum ita se habeant, utrum nam principium medicamentorum attractio sequitur materiam an formam? Ex ijs quae supra attulimus vtrum horum opportunitatem actionis huius initium sit, difficile statueret vllus potest: quod eorum qui temperamentis, ac qualitatibus sensibilibus, i. materij ipsi, et eorum qui formae id acceptum referunt, de pressa opinio videtur rationibus varijs. Est tamen, sententia nostra, res formae ascribenda non materij, si rem propendamus. Namque si naturam in collocandis atque agendis rebus sapienter se se gerere verum est, actiones quae coes sunt eadem causam sequi et oportet, & proprias propriam. Est autem coes rerum causa materia, propria vero sua cuiusque rei forma, scammonij ergo actione qua bilis, & agarici qua pituita & epithymi qua bilis atram non aut humores alios expurgat, quae horum propria est, non etiam medicamentis omnibus cois, forma putarim merito a scribendam. formae inquam non cois, genericae, qua purgatoria oia vbi purgandi praedita sunt, sed specifica, qua & singularem quandam humorum, et ex certa quadam corporis regione vnuquodque trahere natura insitum habet. Neque igitur temere vis haec quae purgatorijs inest medicamentis, eorum proprietatem nuncupatur, et si non quae vere propria sunt, vni, et ois & semper conueniunt, pituitam vero, & bilis vtraque, & serosus humores plura sunt quae expurgant: non est tamen ut facultatem hanc inter communissima accidentia reponamus, quae & oibus speciei indiuiduis & perpetuo inest, sed dignanda est propria, quamuis non omnino legitimi, nuncupatione. Illud vero etiam collare existimo, non falli eos, qui totius substantiae proprietatem hanc apponant, quum actiones vere ex composito corpore non ex materia aut forma emanent. Ad haec etiam, quum philosophorum testimonio pro-

Melus. A iij priatum

CANONES

priviarum formarum prouentus in inferiora omnia ex celo, (Plato mundi animam, Aristoteles naturam vniuersalem, Avicennas datorum formarum, seu colchodeam vocat) ortum suspiciat, sol namq; & homo hominem gignit: non est de deus admirandum, qui medicamentum quatenus tale, i forme gratia, que profecto rei cuiq; largitur, ut hoc ipsum sit, quod quaq; est, & ex celestibus, que impartitur formas, purgandi vires obtinere medicamenta proficitur. Itaq; suscipienda, laudandaq; in primis Mesue quidem sententia videtur, cum hac tamen si eorum quoq; opinionem coniungi posse dixerem, qui consensum inter medicamentum, & humores attractionis consim ponunt, non diffido ipsum quoque Mesuem assensurum. Sed adscribenda attractio hac similitudini, non veluti effectrici causa est, verum ut causa, que sine qua non, solet nuncupari: ita ut ipsa quidem actio primum celo accepta referatur, & eius finis & forma, & formarum proprietates emanant: proxime autem forma, aut corpori per formam ascribatur, sed non tamen nisi interuentu similitudinis perficiatur, hoc Mesuem non detrectaturum arbitror, qui similitudinem reprobat, ut effectricem causam reprobat, non ut causam, qualem nos dicimus, que quidem res si a Gal. forte fortuna ita ut nos scribimus fuit intellecta, non recte faciunt recentiores, qui ab illo discedunt. Neq; vero ad medicamenti attractionem sola necessaria est similitudo, verum quia non sine calore reserari meatus possunt, per quos attractio fieri debet, habet ipse quoq; calor causa sine qua non, ratione, sicuti etiam substantia medicamentorum tenuitas, causa, cum qua expeditius purgatio fiat, rationem subit, amaritudo vero acrimonia & saporibus uno verbo omnes in purgatione indigni sunt causa nomine: sed maioris duntaxat aut minoris caliditatis, aut substantia crassitudinis tenuitatisue, sunt signa. & hac qua na incidendo penetrando abstergendo magis valeat, docere possunt. Hec igitur de attractionis medicamentorum causa sint dicta. Caterum si res ita se habet, quid ad rationes, quibus & similitudo, & proprietates hac supra improbat? Difficiles ea profecto sepe visa sunt nobis: paucis tamen, quum primo loco de similitudine obijciatur non maiore esse ratione ut medicamentum humores trahat, quam ab ipse trahatur, probaturq; vires (quod Gal. ait) in medicamento non esse maiore, quam in humoribus, quando non semper trahunt medicamenta, sicuti neq; semper magnes ferrum trahit; id satisfacere posse pro Gal. videtur, quod licet quandoq; frustraretur medicamenta expectato euentu, plerumq; tamen expurgat, quod argumento est humores superare, quanquam interdum etiam superantur ob naturam illius, qui assumpsit robur. Fulcitur ergo Gal. coniectura quotidiana et ordinaria, (ut ita dicam) observationis testimonio. Quod autem trahant medicamenta, ut humoribus fruatur, cui mirum ut fruatur, in qua, ut frui magnetem ferro aut, non veluti alimentis fruatur, que viuunt, atq; ignoramus certe quis humorum usus ipsis sit medicamentis, ignoramus etiam qua perf. actio humoribus ex eo congressu adueniat; non ob id tamen contentiosius despicienda hac res est nobis, quos natura magister, consiliuq; latet de rebus multis. Sed quid ad Avicennam negantem similitudinis gratia vlla fieri attractionem, quando ferri ipsummet ferrum, & aurum aurum traheret? Conciliamus hos magno inter se viros alias, nunc aut ut huic loco satisfaciamus, illud aduertendum putamus, sicuti similia ea sunt, que aliqua in re conueniunt, simile n. Plato esse ait, cui aliquid idem accidit; ita, eadem dici que in omnibus conueniunt. Improprie autem que similia sunt, eadem dicat: & que eadem, similia. Transferri tamen

E similitudinis v. ad ea que idem sunt, quandoq; solet, qua certe quum conueniant in omnibus, tam similia videntur, ut nihil magis, ita bos boui, homo homini simillimus interdum dicitur licet improprie. identitas. v. h. ac potius est quam similitudo; nos identitatem hanc alias similitudinem exactam vocabamus, quia nihil desit quin conueniat; rectius autem impropria similitudinem nunc dixerem. Avicennas igitur impropria similitudinem, id est identitatem negat attractionis causam esse: ferro. n. ferrum traheretur, & auro aurum; propria vero non negat, ita & Galen. impropria illam 3. de simpl. med. fac. renuit attractionis esse causam, eodem ferri allato exemplo, propria aut ascribit, atq; hoc patet idem duo q; medicina primates sentiunt. Ergo obiecta ratio nihil aduersus nos facit, qui de propria similitudine, non de identitate verba facimus. merito igitur ferri ferro simile esse Gal. non asseritur, quod idem specie est, & merito etiam erroris taxandi sunt recentiores Gal. hac de re accusantes, si enim simile, id est, cui aliquid idem accidit: non tamen cui omnia eadem accidunt similia sunt, sed eadem, quod aut homo homini similis vulgo dicitur, quod obijciunt: accidentium externorum praesertim, figura, coloris, magnitudinis, aut etiam actionum gratia similitudo ea spectatur, quod hac quum tota speciei communia non sint, duobus tamen his conueniat: sed quod ad substantiam atq; adeo materiam ac forma pertinet, idem homo homini semper dici solet, non similis. At vero, ut qua de specifica forma obstat nobis videbatur, expeditam, primum quidem quod Mesue dantur, quia a Gal. discedat referente ad manifestas causas omnia, & specificam formam negligente: quod etiam nullam aduersus Gal. promat nouam rationem; hoc inquam, eq ac docti iudices nullius auctoritate seduci, quum quod sentiret libere profert, neque autem quamvis Gal. brassicam marinam, gentianamq; manifestis qualitatibus agere scripserit, amaritudo tamen, aut alius vllus sapor purgatoria facultatis causa sunt, sed signa tantum, quali substantia, modo substantia, calore, ac siccitate medicamentum consistet: deinde vero, quantum incidendo, attenuando, abstergendo, abstergendo valeant, purgatoria vero facultatis tantum abesse ut causa sint; ut neque etiam perpetua sint signa, quando infinita sunt amara, acrida, salsa, acida, que eiusmodi vi carent. Sed esto etiam ut alium subducatur marina brassica amaritudinis ac salsedinis ratione, & gentiana, quia amara est expurget; quid tamen in reliquis propemodum infinitis medicamentis similia actionum sit causa, neq; Gal. expressit, neq; eius emulacione ex manifestis causis sumi pot. iure ergo neglecta etiam Gal. snia communem asserit Mes. purgatorum omnibus causam, specificam formam: qua quidem quia obijciunt fuisse a Gal. ignorata; ut de m? utis specifi: e forme nomen fuisse ab eo suppressum, q forma inter causas nunquam agnouit, ut bene fatetur docti, & in illius libris versat; vni; non tamen substantia proprietate, qua eadem in specifice forme facultate res est, dissimulauit, in reliquis, in purgatorum, id quod ob pernicaces monstrare iam aggredimur. Primum quidem 6. simpl. medic. facultates ait medicamentorum alias ratione, alias experientia dignosci, ratione quidem, que calefaciendo, refrigerando, humectando, exsiccando: sola vero experientia, que totius substantia proprietate efficiunt. Hoc ipsum affirmans lib. 9. facultates ait, que proprietatis totius substantia ratione insunt, a metodo ac ratione esse abstinendas, & per solam experientiam dignosci. Hic etiam lapides dicit vires partim secundum effectricem qualitates habere, partim secundum totius substantia proprietate. Quod

Cap. 11.

Cap. de lapidibus.

auicenu

2 princip.

antem per effectrices qualitates intelligat, lib. 10. expli-
cat priorum librorum summam colligēs in hac verba.
ostensum est (ait) medicamenta quae effectricibus nomi-
natis qualitatibus agunt, nempe caliditate, frigiditate,
humiditate, & siccitate, haurum missione effectricibus acerbas,
austera, falsa, saluginosa, amara, acris, dulcia, praeter-
ea extergentia, & percussiva, attrahentia, emollientia,
virentia, septicia, crassifica, ad haec secundum alias
actiones magis speciales sarcotica, synulotica, glutina-
toria, tum fistularum, tum ulcerum, aut carnis excre-
scentiam detrahentia haec Galen. quae verba idcirco at-
tullimus, ut ne quis purgatoriam, de qua hic agimus,
facultatem referri ad effectrices qualitates eo auctore
contendat. Scribit vero etiam lib. 9. iaspidem virentem
vere proprietatem habere, ut stomachum, & os
ventris adhaesu adiuret. Et lib. rursus decimo, quod
stercus bubulum apium, & vesparum morsibus, pro-
ficere possit, ut a proprietate totius substantiae eveniat.
Ita etiam lib. 11. canthos exustos, quod rabidis succur-
rant, opinari se ait fieri ex totius substantiae proprietate
contra Pelopis doctoris sui sententiam. At nonne
etiam 8. de comp. med. per loca, eclegna ex coctileis ab
Asclepiade paratum, & lupinum iecur in hepatis af-
fectibus prodesse ait non secundum unam, aut alteram
qualitatem, sed secundum totam substantiam? propter
eaque medicamenta haec probat ut benigna, quae & nu-
trire iecur possunt, & media quum sint iuxta calidi, ac
frigidi oppositionem, omnibus intemperaturis conue-
niant, ut quae ex substantiae proprietate commodita-
tem de se exhibeant, neque calidas, aut frigiditas intem-
peries ledant? Quum ob rem quum haec ita se habeant,
patere existimo, qui ex Galen. sententia proprietates
resutant, non satis strenue in eius libris esse versatos.
An vero purgatoria medicamenta proprietate sub-
stantiae an manifestis qualitatibus agere idem existi-
met, ex 6. de simpl. medic. fac. plane constat. quum enim
medicamentorum qualitates alias ratione, alias experi-
entia disci doceret, atque experientia eas dignosci, quae
ex totius substantiae proprietate inter has, quae tota sub-
stantia sunt, ait, quae facultatis deleteria, & deleterio-
rum alexiteria, & purgatoria. Quod si quis obijciat non
esse hoc ipsum legitimum Gal. iudicium, quum 3. de simp.
med. fac. & alibi passim, purgatoria, totius substantiae
similitudine humores allicere tuatur: Nobis equidem
licet varijs vocibus Gal. utatur: idem tamen per substan-
tiae totius similitudinem, totius substantiae proprietatem,
& totam substantiam significare prorsus videtur. id
huius rei coniecturam nobis praebet, quod quum 6. et 9.
de simp. med. fac. de abrotano, & lapidibus verba fac-
iens, quae a proprietate totius substantiae agunt, a me-
thodo ac ratione esse aliena, solaque experientia agnosci
asserat: hoc rursus idem 6. simpl. 21780, & reliquis
ijs aseribit, quae totius substantiae similitudine agunt.
Itaque (quod pollicebar) patere ex his potest & specifice
formae vim, sub diverso licet vocabulo, a Gal. agnosci,
& ab eo Mesuem haec in re non discrepare, quem etiam
ut discrepare aliquis contendat, quod nulla nova ratio-
ne resutatam opinionem consutat, quod obijcitur, non
admiramur: quando hic ad ea quae medico sunt long-
utiliora transiturus satis habuit praetermissa longiori
disputatione quid sentiat brevissime aperire. Ita vero et-
iam quod illum inconstanter darent, non multi aestima-
rim. habet certe rosa ex amaro purgandi potestatem,
quod ubi hic euenerit, ab ipse quoque facultas purga-
toria, sicuti etiam medicamentorum quorumvis aliorum fa-
cultas eorum sapore abolito facessit, at primaria tamen

Cap. 3.

Capit. de Abrotano.

Cap. 17.

de lapidibus

A purgandi potestas non amaritudini ascribitur, sed rosa ip-
sius proprietati. amaror vero aut illius causa rationem
subit, quam sine qua non appellat; aut ipsa amaritudo,
id est, rose partes, quibus amaror inest, subiecti locum te-
nent, in quo purgatoria facultas resideat. haec vero rose
ipsi, sicuti alijs quoque medicamentis totius substantiae
proprietate, ac caelesti inest largitione iniuste ergo ac-
cusant magnum hunc scriptorem inconstantia. Quod
sequitur magis anxium semper me habuit, ratio scilicet tu
prior tum posterior, quae aduersus specificam hunc for-
mam adduximus. His tamen haec forte satisfaciant.
Ac priori quidem, quum corrupta medicamentorum
forma corrumpi et eius actiones oportere assertur. huic,
inquam, ita iri obuiam posse existimavim. euulsis certe
plantis, ac artificium terendi, coquendi, macerandiue
expertis, & vegetalem, qua viuunt, & formam pla-
ne ipsam specificam corrumpi. alioqui enim adhuc viue-
rent. dispositiones tamen, quae forma instrumenta erant,
cum materia ipsa superesse, veluti & figura, & color,
& sapor, & plura alia supersunt. cum his ergo & pote-
statis illius, quae forma inerat seminaria quadam re-
manere, ab hisque forma actiones prodire non est a ra-
tione alienum. immo (quod quis forte magis admire-
tur) insunt rebus agendi vires nonnunquam, quae tamen
nisi diffracta earum substantia nunquam sese exerant.
id in magnete videre est, qui ubi ob situm, quo obduc-
i solet, vel aliam quamuis ob causam trahere desijt, con-
fractus nouas veluti vires trahendi acquirat. ita ferè &
in purgatorijs medicamentis. haec enim difrupta eorum
substantia, atque adeo forma, tum vegetali, tum propria
exuta, sepe magis purgando valent, quam integra & vi-
uentia. huius quod dicimus, lathyridis semen exè plus pre-
beat, quod integrum deuoratum minus quam cofractum de-
trahit. cuius sane rei non obscura est ratio, soluitur. n. vin-
cula veluti quaedam, ubi frangitur, & in partes oēs inna-
to calori nostro a litus patet, ad quae. s. vni pertinet, vi,
quae potestate medicamento inerat, in actum (ut aiunt) du-
cere. quae ob rem quamuis purgatio specificam formam se-
quatur, corrupta tamen forma, ut actio haec obeatur, quae
formam sequitur, (licet non vnius sit formae, sed animalis
etiā caloris) hoc pacto fieri posse arbitramur. Quod autem
sequitur, si specifi a formam purgatio sequitur, quia eadē
vnius detrabēdi humoris facultas pluribus inest, vna ē
erit plurius specifica forma, quod est absurdum: hoc, in-
quā, ita dilui posse existimo. differt bilis a bile, pituita a
pituita, & plures humorum singulorum sunt differētia, quā
do alij tennes, alij crassi, viscosi, calidi, acre magis, aut
minus, ergo licet eūdem specie humorē plura detrabant;
non eiusdem tamen modi, sed neque eadem copia, eadem
violentia, ex eodem loco, eadem noxa, aut comodo, aut
eodem temporis intervallo medicamenta haec detrabūt.
haec igitur a specifica forma fortasse etiam procedunt,
quamuis non ignorem ex materia, & substantiae modo
eadē quoque variare. conueniant ergo in eodem ducendo
humore & eadem actione medicamenta plura: non con-
uenient tamen in agendi modo, & reliquis. id quod re-
quiri dixerim, ut aliqua eadem consistere forma dicantur.
Sed esto etiā ut eadem actio sit, & similis planē humor
eodem prorsus modo a pluribus trahatur: non id tamen
sequi putandum est, ut eadem specifica forma sit multo-
rum, quando rhabarbari actio, qua bilem detrabit, etsi
rhabarbaro omni & semper conuenit; illius etiam ma-
xime propria non est, quae vni illi conueniat: sequitur ta-
men non minus specifi cā formā, quam quae maxime pro-
pria est actio, quae quidem, si quis, quae nā sit, vos roget,
satemur ignorare, & credimus ignorari, sicuti & aliarū
plu-

CANONES

plurimum rerum forma ignorantur. Atque hic obiecta- rum rationum, & in summa proposita quaestione sit terminus.

Medicamen- tuum qualitate- bus suis ali- cuiusmodi similitudinem non tra- hit, sed tota- sua substantia seu qualitate acculta simi- lem.

Medicamentum praeterea humores pur- gat, sed natura eius actionem inchoante, limitante, dirigente. Nam ipsa humorum vacuatio naturae est opus, sed per medicamentum ipsius naturae artificis instrumentum. Natura enim (ait Hippocrates) morbos curat, non medicus: medici vero munus praecipuum est naturae instrumenta suppeditare.

COST.

Actionis, qua medicamentum humores purgat, prin- cipium esse ait naturam; eam enim inchoare, li- mitare, & dirigere; ita ut, euacuatio sit opus naturae per medicamentum, ut per instrumentum. Id vero Hippo- cratis testimonio probat, qui curationem esse ait naturae opus, non medici. Est igitur hoc loco ut dubites. Attra- ctio enim humorum non est natura corporum nostrorum gu- bernatricis opus, sed illius, quae forma est medicamentorum. Quin etiam Hippocratis sententia videtur importune as- fferri. Probandum est, non medicamentorum, sed corporum naturam curare morbos: At quod ex Hippocrate addu- cit, non est de medicamentis, sed de medico. Profecto quum purgatio duplex quaedam actio sit, tum humorum ad ventrem attractio, tum eorumdem extra corpus propul- sio: humorum quidem attractio non est natura corporum actio, sed natura, ac forma medicamentorum; at non tamen sine corporis natura, immo calore; qui vim in medicamento sopitam excitat, & in actum deducit: attra- ctio vero ad ventrem humoris persecutio & expulsio cuius est corporum natura opus, allectos ad ventrem humores ob sui vel copiam vel qualitates molestos non ferentis. Itaque; siue attractionem, siue excretionem spe- ctemus in purgatione, utriusque causa non perperam cor- poris natura constituitur, licet vario modo; expulsionis quidem absoluta & vera, & una citra vim ullam me- dicamenti; attractionis vero & mixtae, seu adiutrix causa, & in earum genere quae causa, sine quibus non, vo- cantur; quum vera primariaque; eius causa sit medica- mentorum forma ac natura. Haecenus igitur de medica- menti purgantis actione recte Mesues, sententia vero quae ex Hippocrate affertur, licet ab interprete hoc loco qua- si de medico prolata asseratur, vere tamen quum ab Hip- pocrate ipso. 6. vulg. mor. sect. 5. id in uniuersum pro- ponatur, naturas morborum esse curatrices, de natura, non ut medico tantum, sed etiam, ut medicamento coparatur, intelligi debet. proptereaque; opportune adducitur ad probandum, quod purgatio non sit medicamenti actio, sed naturae. ita ut meo periculo audeam affirmare, fuisse à Mesue, nudam, ut ab Hippocrate proponitur, senten- tiam hoc loco positam: licet, nescio quo casu medici quo- que fuerit interposita commemoratio.

MOND.

Quae si opus naturae, aut quantitate, aut qua- litate malefica vincant, immoderatus agunt magno naturae incommodo, quantitate vero si plus quam natura exigit, vincant, no- xam multitudinis inuehant. si autem qualitate malefica, non multitudinis modo noxam, sed aliam quoque atque aliam excitant.

Utrum medi- cina euacuet humorem per suam comple- xionem.

Circa haec est dubitatio, utrum medicina laxatiua eua- cuet humorem per sui complexionem quam habet, & praecipue calidam, quia de hoc est magis dubium, & vi- detur quod sic, per id medicina habet euacuare humorem, per quod attrahit ipsum: sed medicina laxatiua attra- hit ipsum humorem per caliditatem: quare, &c. maior est nota, eo quod per hoc medicina habet euacuare, quia at-

trahit. Minor apparet, eo quod caliditas est vna ex causis attractiuis, ut ponit Auic. primo casu. Fen. prima, cap. de virtutibus naturalibus ministrantibus, capitulo etiam de operationibus. Item, si medicina euacuet humorem resolu- uendo per sui caliditatem: ergo etiam per caliditatem eua- cuat ipsum exsoluendo. sed ita est: ergo, &c. Maior est nota, eo quod euacuatio per solutionem humoris, & eius res- olutionem non differunt, nisi secundum magis & minus: etiam ex alio differunt, nisi secundum magis & minus: quae fit per solutionem; alia occulta, ut illa quae fit per resolu- tionem. modo magis & minus manifestum & immanifestum non diuersificant principium operationis. In contrarium est Mes. & alij auctores. Dico ad hoc quod principium, per quod medicina euacuat humorem, est duplex. f. generale, per quod medicina. f. est euacuatiua non determinati humoris: aliud scilicet speciale, per quod medicina est euacuatiua determinati humoris à determinatis locis, per determina- ta loca, illum etiam attrahens ad determinata loca. Modo si loquamur de primo principio operationis medicinae solu- tiuae, dico, quod ipsa potest talem euacuationem facere per complexionem, & praecipue calidam. Rô est ista, si medicina solutiua per sui complexionem calidam potest introducere va- cuum in corpore, tunc ipsa per suam complexionem calidam po- test humorem euacuare: sed ita est. quare, &c. maior est nota eo, quod medicina solutiua cum euacuat attrahendo, inducit vacuum non absolute, sed vacuitate substantia. mi- nor apparet, eo quod de ratione calidi est dilatare, & aperire, & inanitionem inducere, & sic per consequens vacuum inducit, & facit loca vacua. Sed si loquamur de secundo prin- cipio, per quod medicina solutiua humorem euacuat: dico quod ipsa non euacuat per complexionem, sed per formam spe- cificam. Rô est ista, omnis operatio, quae est appropriata a- licui rei & non est còis, fit à propria specie siue specifica forma: sed medicina solutiua hoc modo assumpta est appro- priata determinato humori, illi etiam euacuans à determi- natis locis: quare, &c. maior est nota auctoritate Platonis. o. n. quod mouetur, à specie, & à specifica forma sua agit, quod ei proprium est: minor est de se nota. Itè hoc confirmetur sic, si medicina solutiua euacuat determinatum & prop- rium humorem ipsum euacuans, per complexionem, aut ipsum euacuaret per similitudinem, quae habet ad ipsum in quali- tate prima, aut per contrarietatem quae habet ad ipsum: non potest dici quod ipsum euacuat per similitudinem, quae ha- bet ad ipsum in qualitate, quia tunc hoc modo turbith eua- cuaret choleram & non phlegma, cum sit ei contrarium, quia phlegma est frigidum & humidum: item etià epithymum cum sit calidum & siccum non euacuaret melancholiam, sed cholera, quia cholera est calida & siccata: & violam, & serum caprinum, & succus atriplicis non euacuaret choleram, sed phlegma, cum sint frigida & humida, sicut phlegma. Nec etiam potest dici, quod medicina solutiua euacuat de- terminatum humorem per contrarietatem, quam habet ad ipsum in qualitate: quia tunc hoc modo scamonea non euacuaret choleram, nec etiam rhabarbarum, cum medi- cina non sint contraria in qualitate ipsi cholerae, sed ei si- miles. Et per hoc soluntur rationes, eo quod omnes con- cludunt quod medicina solutiua respectu operationis suae communis, quae est euacuare quemcumque humorem in- determinatum, potest hoc facere per sui calidam comple- xionem, unde & hoc concessum est, nam medicina solu- tiua calida euacuans indeterminate humores illos, eua- cuat per sui caliditatem, resoluendo & euacuando humo- rem quemcumque, & non determinatum, per sui calidi- tatem.

Responso. Principium quae medicina euacuat duplex.

COST.

Purgantia medicamenta non modo immoderata co- pia, aut malefica qualitate incommoda sunt, sed etiam parcius sumpta. quare ad prioris huius libri cal- cem id quoque docebit, quomodo symptomatibus succur- ras, quae ex medicamento imbecillio proueniunt. Sed non est ut hic alieno loco omnia commemoret. sat. n. est ma- ximorum incommodorum meminisse, quorum gratia de malignis, benignisque; medicamentis disputationem hinc instituit.

Qua propter tua interest, medicamenta ma- lefica à salubribus discernere. Sunt autem malefica quaedam toto genere, quorum virtus effcans omnib. est cognita, ut thymelga, lathy-

is, euphorbium. Alia [specie tantum, vel acci-
 dente maligna, eaq;] in multis generibus, vt tur-
 bith nigrum, agaricus niger, & darus, colocyn-
 this vnica in planta sua, scammonium Sceniti-
 cum, a quibus (ambobus) abstine, nisi si quando
 in magnis affectibus est his (prius omni ratione
 correctis) vtendum, idq; cum formidine, & pre-
 meditatione. Morbis. n. quibusdam venenjs sūt
 salubria, vt vipera elaphantiasī, malefica tamen
 vicijs modis omnibus, vel saltem quibus nobis
 licet. fracta, vt dicemus (lib. 2.) quāquam stolidi
 quidam, præcipue rustici, & idiotæ improuidi,
 quibusdam non castigatis vtuntur, ignorantes
 quātam noxam principibus corporis partibus,
 & virtutib. ipsum corpus gubernantibus, affe-
 rat venenum illorū perniciosum. Neq; tantum
 hæc deleteria sunt vitāda, sed omnia quoq; alia
 medicamenta etiā benigna, nisi dicendæ post (si
 per Dei gratiā mihi licuerit) conditiones obser-
 uentur. Huius autē obseruationis in secernendo
 medicamētū benignum à malefico, methodus
 versatur, in cōsideranda medicamētū substantia,
 tēperatura, sequentibus temperaturā qualitati-
 bus, tactilibus, olfactilibus, gustatilib. [visilibus]
 tempore, loco natali, vicinia medicamenti alte-
 rius, numero. Ab his. n. singulis differētijs dispo-
 sitio quædā propria, & virtus medicamento ac-
 quiritur. Porro à medicamenti substantia diffe-
 rentiæ ipsius sunt obseruandæ, si id est leue, gra-
 ue, rarū, densum, crassum, tenue, leniū, friabile.
 Per quæ, medicamenta bona à malis secernere
 poteris. Quæ. n. sunt inter hæc facultate valentio-
 ra, qualia iunt omnia trahendo purgantia, quo
 sunt leuiora, eō meliora, grauiora autē maligna.
 Ob id scammonium, colocynthis, euphorbium,
 agaricus, nitrū, aloë, & similia leuiora sunt præ-
 stantiora: similiter quæ humiditatem habēt ex-
 cremētosa, vt agaricus, turbith, polypodium,
 scilla, & similia leuiora sunt meliora. Cōtra ve-
 rō grauiora sunt meliora, vel quibus coacta esse
 substantia debet (vt hermodactylus, iris, cyanus
 lapis) vel quæ comprimendo purgant (vt myro-
 balani, species rhabarbari, absinthium, absinthij
 succus) vel quæ leniēdo purgant & lubricādo (vt
 psyllium, pruna, myxa, cassia fistula) vel quæ ple-
 na, non vacua esse oportet (qualia cassia fistula,
 tamar Indi, balanus myrepica, cuius grabū nil,
 (quod carthamum indicū quidam vocant) rici-
 nus, & similia. De substantia rara, vt de leui: de
 densa, vt de graui est iudicandum. Quamuis autē
 substantia friabilis esse tenuis, & lenta esse crassā
 videatur, tamen id absolute verū non est, cū ex
 his quæ substantia sunt crassā, (vt idem de tenui
 polliceat) quædā lenta, & friabilia inueniantur,
 vt ex aloë crassā, quædam lenta, alia friabilis. Idē
 ostendunt scammoniū, salis species, & nitrū.
 Sagapenum quoq; est leniū, & tenax, sed tenue:
 & item anacardus. Nō est igitur vnicum tenue,
 friabilis causa, neq; crassum lenti, & glutinosi,
 sed à puritate, & impuritate cū tenuitate, & cras-
 sitie iuncta, proficiscitur vtrunq; nam purum &
 tenue est friabile, impurū simul & crassum, est
 lentum. Præter illa, quorum essentia est humida
 lenta; vt saccharum cādum, manna. In his enim
 quod purius & tenuius, est glutinosus.

A A temperamento autem, medicamētum be-
 nignum à malefico secernitur, per qualitatū pri-
 marum actiones & opera: nam medicamētum
 calidum, calfactio, tenuatio, rarefactio, matura-
 tio, coctio, viarum apertio, & similia effecta pro-
 pria consequuntur: si autem immodice calidum
 est, morsus, desiccatio, sitis: si deniq; est summe
 calidū, inflammatio, vltio cauterij modo, mor-
 sus accerimus, attractio immodica, consumptio,
 phœnigmosis id est, rubrificatio. Frigidum autē,
 frigeffectio, cruditas: & similia: si supramodū est
 frigidum, coarctatio, obstructio: si extreme frigi-
 dum est, congelatio, [stupefactio] mortificatio.
 Humidum item humectatio, lubricatio, lenitio,
 glutinatio: si admodum est humidum, obstructio,
 flatu, nausea, & similia [præsertim si etiam
 glutinosum sit:] Siccum denique, siccatio, rare-
 factio, emaciatio, [coarctatio cavitatum,] cutis
 corrugatio, cutis scissio, furfuratio, & similia.
 Propterea medicamentum purgans calidum, sa-
 lubrius frigidum: humidum siccum, et etiam calido.
 In summa quanto medicamentum est tempera-
 mento hominis medio propinquius, tanto salu-
 brius: quanto remotius, tanto malignius. Quod
 si qualitatibus his à media hominis tēperatura
 extreme recedat, venenum potius est dicēdum,
 quā medicamentum.
 Tactus index est certus, mollis, duri, asperi, le-
 nis, molle est quod cedit nostræ carni: durum
 contra, cui nostræ caro cedit: illud quoque fa-
 cile partitur, alteratur, corrigitur: hoc difficul-
 ter. Asperum quoq; à siccitate est, lene ab humi-
 ditate: ob idq; medicamenta purgantia, præser-
 tim virium violentarum, lenia, sunt salubriora,
 & alia similiter, præsertim quibus & lenibus &
 asperis in eodem genere esse contingit: aspera
 contra. Sic colocynthis, absinthium, fumaria, e-
 laterium, agaricus, & similia lenia probantur,
 aspera improbantur.
 Medicamenta bene olentia sunt salubriora,
 quia odor ille bonus, partes princeps facultatū,
 ceu fontes, roborat, spūs instaurat, & facultates,
 animamq; exhilarat: grauius: contra: ob id effe-
 cta molesta; & difficilia illi succedunt.
 Sapor autē præter cætera obseruandus in iudi-
 cando medicamento purgante salubri, aut in sa-
 lubri. Nā hic medicamenti virtutē immutat, &
 modice diuersam facit: hoc autē loco de saporibus
 tantū nobis est dicendum, quantū ad discer-
 nendum medicamentum bonum à malo perti-
 neat, quatenus scilicet eos propriæ quædam &
 puræ dispositiones omnes consequantur.
 Acre enim medicamentū facile inflamatur,
 mordet, penetrat, aperit, vrit, vlcerat, flatus dissi-
 pat, tenuat, incidit, separat, resoluit, è longinquo
 attrahit, siccatur, emaciat, sitim facit: ob hæc om-
 nia cito, & valēter agit, & sua tenui essentia ama-
 rum medicamētum, & cætera imbecilliter aut
 tarde purgantia, celerat, & purgantiora reddit.
 Amarum autem siccatur, consumit, vlcerat, ape-
 rit orificia venarū, hæmorrhagiā mouet, à put-
 redine vendicat, terget, incidit, torminosū est,
 conturbat, resoluit, attrahit, sed tardius quam
 acre: flatus dissipat, sitim excitat, valēter agit,
 sed tarde, suaq; crassā substantia acre obrundit.

Galeni in
 lib. 11. simp.
 & libro 2. ad
 Glau. & in
 vltimo.
 Medicamen-
 tum. vt mat-
 rias ceteras fa-
 ctas faciat.
 quantitas. et
 pur.
 Gal. lib. 1. &
 4. de san. tu-
 da. & alibi
 passim.
 Qualitas
 tactus. quia
 substantia per
 se non sensibi-
 li sunt. Proxi-
 ma. ipsam de-
 clarat. Quæ
 medicamenta
 purgantia con-
 ueniuntur.
 Absorptio
 potentia. &
 in vltima spe-
 ritas. & leni-
 tas. nota sunt
 medicamenti
 consistentia.
 lib. 9. simpl.
 in vlt. in ter-
 ra Samia.

Effecta calidi
 ardore prima
 & secunda.
 Tertia.
 Quarta.
 Effecta frigi-
 di. ard. 1. &
 2.
 Tertia.
 Quarta.
 Effecta humi-
 di. siccitas: plura
 de his in vlt.
 lib. 2. de ra-
 tione canop.
 mod. scripsi-
 mus. Vlt. n.
 à calido in hu-
 mido: mors à
 contrarijs. ob
 id intemperies
 fri. sic. peris-
 iosis. licet
 alia et immo-
 dica necent.

Sequentes tē-
 peraturā qua-
 litatis.

Olfactus.

Gustatus
 Sapore tempo-
 ramētem cer-
 tium indicant.
 quam odores.
 ceteros. lib. 4.
 simpl.
 Effecta sapo-
 rum. seu tem-
 peramentorum
 quæ ipsi sapo-
 res sequuntur.

Acria.

Amarj.

Scien-

MOND. Sciendam ut videamus causam eorum quæ dicitur in litera. **S**icut enim dicitur in 3. summa, quod duplex est sapor amarus, hoc etiam ponit Auer. cap. de modo cognitionis virtutum medicinarum ex facibus. Vnus est, qui generatur ex vitione partium terrestrium subtilium, sicut quando res dulces sunt amara: hoc enim est per vitionem partium terrestrium subtilium, quæ in eis sunt, sicut quando mel ex temporis diuturnitate in amaritudinem conuertitur, sicut etiam contingit de fructibus quando sunt dulces, & postea in processu temporis sunt amari, sicut contingit de amygdala dulci, quando fit rancida. Alius est sapor amarus, qui generatur ex vehementi, & forti congelatione facta à frigido, sicut est opium, quod in sapore est amarum, & est valde frigidum, sicut probat Auer. in 5. sui collectorij: hoc etiam modo contingit in fructibus antequam perveniant ad debitam maturitatem: primo sunt amari, postea pontici, postea styptici, postea acetosi & postea dulces, sicut isto modo est glâs, aut castanea. Modo primus sapor in complexione est valde calidus: secundus autem est frigidus. Ideo Mesue de primo sapore amaro hic intelligit, & non de secundo, quod apparet, eo quod tales operationes, quas explicat hic Mesue non competunt sapor amaro secundo modo dicto: non enim est verum dicere de opio, quod sit aperitium: imò est oppilatum, similiter non est etiam consumptium, & sic de alijs loquitur hic ergo de primo sapore amaro, qui est valde calidæ complexionis post acutum, generatur enim per solam vitionem partium terrestrium subtilium, quare oportet, quod vitiatio in eo suum effectum relinquat, quid est caliditas, & ideo iste sapor in complexione aduarsu est calidus, & in complexione passiuu est siccus nam iste sapor habet duas conditiones, propter quas in eo non est humiditas: una est, quia non nutrit aliquod animal, eo quod nutritio fit ex re aliqua ærulum delectabili, modo ex amaro puro præcipue non delectantur animalia: hoc autem non est nutritium, quia in eo non est humiditas, quæ sit materia nutrimenti, & ideo non nutrit, & propter aliud, in eo non est humiditas eo quod res amara alias res à putrefactione præseruat, & etiam seipsam, unde in ea nunquam generantur vermes, & ideo in ea non est materia putredinis, talis autem materia est humiditas, & ideo iste sapor in complexione est siccus priuatus humiditate, & præcipue superflua, tamen non fundatur in substantia sicca ignea, quia in tali fundatur res acra: sed fundatur in siccitate terrestris subtiliata per aduersionem, ut conuenit in re cineritia.

Salsum verò incidit, terget, tenuat, liquat, mordet, à putredine vendicat, cõturbat, subuertit ventriculum, & ad vomitum impellit, siccit, sitim excitat, asperat, expurgat radendo, aperit, & hæc omnia opera imbecillia & tarda efficit: ob hæc, suamque mediocrem substantiam, omnia imbecilliter, & tarde soluentia roborat.

Vntuosum itẽ lenit, lubricat, laxat, mollit, abominabile est, & nauseabundũ, flatu gignit, obstruit. Hæc omnia imbecilliter, & tarde perficit, suaque mediocri substantia acra, amarum, & salsum reprimit.

Dulce lauat, lenit, obstruit, flatulentũ est: omnia autem hæc præstat imbecilliter, nec cito, nec tarde, sed in horum medio: acra autẽ, amarum, salsum quoque reprimit, sed inspidum roborat.

MOND: In parte ista Mesue ponit virtutes & operationes saporis dulcis, propter quod est aduertendum ut ponit Gale. in 3. & 4. de simpl. medic. ponit etiam Io. filius Ser. loco præallegato. sapor dulcis est substantie æqualis, temperatus in humido & sicco, declinans tamen ad humiditatem, habens etiam temperatum calorem, quod apparet, nam videmus quod res dum perveniunt ad perfectam, & temperatam decoctionem, sunt dulces, sicut apparet in fructibus, sicut etiam si perveniant ad superfluum decoctionem sunt amara: sicut & quando res non sunt perfecte decoctæ, non sunt dulces, ideo res perfecte decoctæ & temperata existens dulcis est, calore temperata, licet sapor dulcis ratione saporis declinet ad caliditatem & hu-

miditatem, hoc ergo viso apparet ratio eorum quæ dicitur in litera. Dicit enim quod, dulce est lenitium, lauatium, & hoc habet sui humiditate. Opilatum, hoc etiam habet propter sui humiditatem: & ex alio est oppilatum, eo quod citius attrahitur ab hepate indigestum à stomacho propter sui dulcedinem, eo quod epas valde delectatur in dulcibus, unde dulcia quam plurima non eleuant, id est oppilant splenem & hepar, ut ponit Galen. 13. Therapeuticæ. & propter hanc causam ponit Hippoc. & commentator in tertio acu. quod vinum dulce est oppilatum, generatum ventositatum: quia non excedit in calore, & est etiam humidum. Et ponit operationem suam debilem, eo quod iste sapor dulcis est valde amicus naturæ, unde non agit contra naturam, & ideo medicina solutiva, quæ in sapore est dulcis, facit suam operationem valde debiliter, & præterea cum medicinis solutivis effrenibus admiscetur medicinæ dulces, ut scilicet istæ medicinæ effrenes fiant magis benignæ & amice naturæ, ita ut ex eis non fiat operatio, quæ sit egrediens naturam.

Acidum penetrat, aperit, incidit, diuidit, tenuat, terget, densat, asperat, extinguit calorem, cito agit hæc opera: sed in medio valentium, & imbecillium est: sua denique substantia tenui acra obtundit, dulci & insipido vigorem addit.

Aduertendum quod duplex est sapor acetosus, quidam est sapor acetosus simplex, sicut sapor agrestis, quando appropinquat maturitati, & etiam sicut sapor herbarum, quæ acetosa dicitur: alius est sapor acetosus, qui simplex non dicitur, & iste est sapor acetosus, qui dicitur sapor acris, qui acumine participat, sicut est sapor acetici. modo primus sapor acetosus fundatur in substantia frigida aquea non digesta, nec bene permixta cum sicco terreo, unde quanto plus procedit eius permixtio, tanto magis appropinquat dulcedini, sed secundus sapor acetosus, non solum fundatur in substantia frigida, aquea, sed etiam fundatur in substantia ignea, unde habet aliquas partes subiles & illas propter putredinem, quæ est in eo, dum ex dulci ad acetosum permutatur, modo Mesue loquitur hic de primo sapore acetoso, non de secundo, eo quod hæc medicinæ non bene possunt applicari acetoso dicto secundo modo.

Stypticum intro cogit, densat, repellit, roborat, diuisa glutinat, tarde & imbecilliter agit, suaque substantia crassa prædicta omnia obtundit, quibus acra, [amarum,] & salsum vires addunt.

Aduertendum ut ponit Galen. in 2. de simplic. medic. 3. cap. ponit etiam Serap. sermonem 2. primi lib. præallegato. sapor stypticus est frigidus, & sicca complexionis, fundatur enim in substantia terrestris crassa valida, & per hoc differt à sapore amaro, eo quod licet uterque sit sicca complexionis, tamen vnus est cum caliditate, ut sapor amarus, alius est cum frigiditate, ut sapor stypticus: differunt etiam in alio, eo quod sapor stypticus fundatur in substantia terrestris crassa nec vitiata, nec incinerata, sed congelata, ut ita loquat. sed sapor amarus fundatur in substantia terrestris subtili vitiata, & per hoc conuenit in complexione sapor stypticus cum pontico, quia uterque est frigidus & sicca complexionis, licet ponticus sit maioris stypticitatis & crassitiei, quam sapor stypticus.

Inspidum denique lubricat, flatulentum est, obstruit, densat, congelat, calorem extinguit, & hæc omnia tarde, & debiliter, sua tamen substantia mediocri, acra, amarum, salsum, acidum reprimit.

Propter hæc, quæ medicamenta purgantia sunt solum, & omnino acra, ut euphorbium, thymelæa, sunt maligniora, quam synceriter amara, ut colocynthis, cucumer agrestis. In horum medio sunt acra simul, & amara, ut scammonium. Innocentiora his sunt acra simul & styptica,

Sapor amarus duplex.

Sals.

Tinguis.

Dulc.

MOND.

Acriditate.

MOND.

Insipid.

De medicamentis purgantibus dicta ex serap.

styptica, vt thymum, epithymum. His adhuc mitiora, quæ amara simul & styptica sunt, vt rhabarbarum, absinthium, fumarica, (aloë:) in horū medio acra & amara, & simul styptica, vt floechas. In summa quāto medicamentum ab acri & amaro sapore recedit longius, rāto est benignius: quoq; acris & amari medicamenti proportionem styptica substantia magis vincit, eō est sanius medicamentum. Saluberrima quoque sunt dulcia, vt cassia fistula, māna: & insipida, vt psyllij viscago: & dulcia, simul & acida, vt pruna, tamarindi. Minus his salubria, dulcia & amara simul, vt violæ: meliora, quibus ad dulcedinem & amaritudinem accessit styptica substantia, vt rosæ: stypticis enim medicamenta omnia purgantia reddit salubriora. Quibus autem natura deest salubre aliquid, ars natura imitatix & ministrat, id sufficere debet; quo autem modo dicemus postea.

Ex colore autem secretio medicamenti benigni à maligno certa, & vniuersalis sumi nequit: quāquam ex accidenti in quibusdam generibus sit ordinata & scientifica: vt agaricus, colocynthis, turbith, alba sunt præstantiora: nigra, malefica: scammonium subalbum aut varium, est bonum: nigrum vero, malum: rosa exacte rubra, melior, & alia aliter, vt in simplicibus singulis docebimus. De his autem qualitatibus temperamentum sequentibus, si plura requiris, lege philosophiam naturalem.

Ad medicamenti quoq; delectum recte iudicandum, & bonum sit an malū, expendendum, tempus iuuat, tum quo medicamenta sunt præcipuè colligenda, vel non colligenda: tum quāto virtus medicamentorū durare potest. Quædam enim recentia sunt meliora, quā vetera: alia contra, dum antiquata sunt, euaserunt meliora: alia in horum medio sunt.

Meliora siquidem recentia sunt, primò styptica & amara, (nam cū ipsa sint siccissima, vetustate adhuc sicciora euadunt, ob id deteriora;) secundo loco quorū facultas imbecilla est, aut superficialia, aut facile resoluibilis, ob raram corporis medicamentorū texturā. Antiquatis enim his, tēpus vires oēs resoluunt. In contrarijs horum cōtra res habet, hoc est antiquata sunt præstantiora, & acra similiter. Tēpore etenim calor eorum inflammabilis, & superficialis (quod hæc, dum recentia sunt, mordent & vrunt) expirat, acrimonia autem à reliquo obtunditur.

Media autem recentium, & antiquatorum, dulcia, insipida, & salia sunt præstantiora. Nam salia, recentia turbant ventrem, & euertunt ad nauseam & vomitum: veterata eadem, moriū violenter pungunt. Reliqua duo, recentia quidem, ob largum humorē excrementosum sunt flatulenta, [vetusta verò exanimata sunt.] Recētia verò & antiqua intellige pro cuiusq; generis natura, [non eodem dierum, mensū, vel annorum numero metienda:] nec quæ germini proxima sunt recentia, nec iam vetustate putrētia, & velat iā cinefacta, veterata hic intelligo, sed minus diu, aut magis, post collectum seruata. Quo autem sint tempore medicamenta colli-

Agenda, & quādiu viribus integris seruari possunt, postea Deo auspice dicemus.

Locus autē natalis, quia medicamenti simplicibus multis non modo promptam generationem & felicem præstat, sed & propriā quādam virtutem impertit, in medicamentorū delectu, maximi faciendus est. Natura etenim (vt Plato inquit) locis quibusdam, aliquas virtutes proprias impertit, quas illa rebus in se genitis & crescentibus communes faciant, sed tantum diuersas, quantum causa harum differunt, & artifex natura est multiplex. In locis ita quæ liberis, excrementaq; nulla sortitis, plantæ proprietatem perfectionemque assequuntur generi suo debitam: in non liberis, excrementorum naturam induunt, & à perfectis degenerant. Attrahunt enim singuli ex terra alimentum sibi familiare, & conueniens: vitis (verbis gratia) dulce: lupinus, nitrosū: colocynthis, cucumer agrestis, amarū, ex partibus terræ adultis natum. Eius autem rei inquisitio, sermonis nō est præsentis, sed altioris.

Ob id plantæ humido excrementoso præditæ natura in locis [humidioribus quidem, deteriores:] siccoribus vero, præstantiores euadunt: siccoribus contra, in locis siccoribus, peiores, [meliores in humidioribus damnantur: & thymelæa, cucumer agrestis, colocynthis in siccoribus & calidioribus mala sūt & venenosa: absinthium item maritimū est maleficū, vt scammonium ex regione Scenitarum: Antiochenum vero est præcipuum:] quæ enim immoderatus calidæ sunt, vt scammonium, in locis calidioribus, peiores etiam euadunt, & frigidæ ad portionem.

Ad hæc terræ, & per hanc plantis virtutem magnam impertit, & variam non sol tantum, sed aliorum quoque corporum cælestium aspectus hunc locum & illum aliter atque aliter afficiens. In quo causarum genere, quædam plantæ locum, & cælum habentes suę intemperaturæ contrarium, sunt meliores: alia simili emendantur: sic guaril, & aquaticum sisymbrium, & quæ aliæ humido abundant excrementoso, sub cælo suæ naturæ dissimili meliores sunt: turbith quoque, agaricus, scammonium, sub dissimili sunt meliora. Plantæ præterea nonnullæ ex alterius cuiusdam vicinia vel contactu, meliores aut peiores euadunt: sic hermodactylis scilla, aut raphanus vicina, vigorē addit: & thymus epithymo, & quercus polypodio, & sennæ ruta. Contra autem maligniora euadunt scammonia, esula: aut tithymallis propinqua: polypodium lapidibus: epithymum ozymo. Numerus quoque plantarum vel fructuum, vires eorum mutat: nam cassia fistula singularis, & sola est præstantior, contra sola colocynthis, scilla, cucumer agrestis, deterior vis enim plantæ, & terræ, diffusa, multiq; distributa, est remissior: tota vero in vnicam plantam, aut fructum solum coacta, valentior. Eodem pertinet fructus 8 quantitas, quod in paruum virtus coacta, est valentior: in magnum soluta, imbecillior: ob id colocynthis magna est melior.

5. Leno.

10. Timet.

Triticum. vitum & carum ego non pecturifate.

Absinthium scripsi. seu maritimum etiam dicitur Dios. & Gal. lib. 6. simplic.

Guaril potius lactea sit vellet. vitum valde prouocant. sed hinc loca non conuenit agenti de plantis.

6. Vicinia & contactu.

De

Alimenta medicamentosa sunt meliora. Lib. 1. par. in vno.

Gal. capit. ult. Lib. 1. simp.

OND.

hi. v. ste.

OND.

spid.

e. medic. entis por. tribus. sic. cia. ex. se. re.

CANONES

De medicamentorum delectu, indicatione sumpta ab ipsorum facultate.

Medicamentum purgans a nostro calore in energiam reductum motu violento vacuat: neque enim vacuaret, nisi naturam vim afferret.

MOND. **E**x his verbis concipimus duo principia, per quae medicina attrahit humorem sibi proprium a loco scilicet ad loca communia expulsionis. vnum est principium extrinsecum magis, aliud est intrinsecum magis, & per hoc concipimus modum operationis correspondentem illi principio. principium extrinsecum magis istius operationis siue attractionis humorum solutiua est medicina. cum enim sit quaedam res non naturalis, est sicut eius principium extrinsecum, vnde non agit nisi regulata a natura. haec autem regulatio est duplex, vna est eius regulatio, vt exterius existens est antequam a corpore assumatur: nam ipsa operatur per principia suae generationis, & debita commixtione elementorum regulata cum debito aspectu caelesti, & hoc non est aliud, quam forma specifica in ea existens, vnde quiddam addit supra complexionem medicinae. vnde medicina attrahit hunc humorem proprium per commixtionem proportionatam, & regulatam a corpore caelesti, & suo aspectu, & hoc est, quod dicebat supra Mes. qd medicina solutiua attrahit humorem non quia calida, nec quia frigida, sed quia tali virtute caelesti dotata, quia in ea est forma specificata. & per hoc innuitur, quod medicina est principale agens in attrahendo humorem non incitatum, aut irritatum sed principale: vnde sicut magnes principaliter per formam specificam, quae est in ea, attrahit ferrum ita medicina per sui formam specificam attrahit humorem sibi proprium. tñ non est principium perfectiuium, aut completiuum illius attractionis, sed potius natura: Alia est regulatio ipsius medicinae, quando interiorius est assumpta, & hanc regulatiōem sortita est a calido, & virtute: nā medicina solutiua comparata corpori nostro est talis in potentia, & non actu humores attrahens. omne autem quod est in potentia relatum nobis, nunquam fit in actu tale, nisi reducat ad actum a calore nostri corporis, & ab eo regulatur, & tunc sicut est attractio humoris proprii, quae quidem est in ea potentia, cū hoc quod agit s. in actu. secundū regulatiōem, quā sortita est, s. a calido naturali. & hoc satis consonat veritati, si enim in aliquo loco exteriori ex vna parte poneretur multa quantitas scamoneae, & ex alia parte poneretur quāritas pauca cholerae, nunquā scamonea attraheret cholerae, nunquā et cholera moueretur ad scamoneam, & ideo oportet, quod eius operatio sit secundū regulatiōem, quae sortita est a calido nostri corporis, & hoc etiā vult infra Io. Mes. si n. ipsa per se faceret hanc operatiōem sine alicuius auxilio, tūc ipsa per se sanaret corpus qd falsum est: immo natura oīum principaliter est operatrix, & sanatrix aegritudinum principaliter, & hoc modo exponēdo dicemus, quod principale agēs in hac attractione humorū ad loca cōmunia expulsionis ē ipsa virtus expulsiua mēbrorū, in quib. cōtinetur humores nocui; & attractiua virtus, quae est in locis cōmunib. expulsionis, & ex his duabus virtutibus perueniant postea humores ad stomachū & intestina, sed instrumētale agēs est ipsa medicina. Per hoc soluitur dux quæstiones, vna est in qua queritur vtrū medicina solutiua attrahat humores ad stomachū & intestina per virtutē, quam acquirit a corpore nostro, an nō. Soluitur et secunda quæstio, quid sit principalis agēs in attractione hac an medicina, an virtus operas cū suo naturali calido. Quare dicendū, qd principale in hoc est virtus, & est principiu intrinsecū istius operationis, vt et supra ponebat Mes. auctōritate Hipp. oīum. n. natura est operatrix rerū, & sine

Datum dicitur incidentium fluit.

natura nō educitur humor a corpore, medicus verō ministrat est. Tagatur et modus secundū quē natura operatur in hac attractione. Neq; .n. educit, nisi quae naturae vim inferat. Ipsa .n. medicina inquantū iuuat virtutē expulsiuā alicuius mēbri, in quō mēbro erat multo tpe cōtētus aliquis humor malus, ita qd erat factus illi mēbro cōsuetus, & tūc a mēbro nō posset expelli, adueniēte medicina ipsū mēbrū vincēte & incitāte, sit qd tūc talis humor nocuius a mēbro expellitur, & vsq; ad locū cōmunē expulsionis peruenit, & hoc modo medicina solutiua infert viam naturae. nō .n. hoc est violentia simpliciter, quae sit destructiua siue impeditiua operationis ipsius naturae: immo cōfortat naturā in expellendo. iterū ē talis violentia simpliciter facta ipsi naturae est irregularis & mala; hęc aut nō est mala, sed infert iuuentū ipsi corpori euacuādo ab eo, quod pter naturā est, in tm quod est regularis. sed hac violentia s. m. quid facta per incitatiōem virtutis expulsiuae mēbri a medicina solutiua, & per hoc soluitur quoddā argumentū, quod cōsuevit fieri. Nō videt (diceret aliquis) qd medicina solutiua euacuet inferēdo vim naturae, quia si faceret medicina vi naturae, tūc esset pugna inter naturā & medicinā; quare eius operatio nō esset regularis. Soluitur per iadictā; nā hoc nō est violentia, qd sit cū pugna, s. ē violentia, qd sit p quādā incitatiōem naturae a medicina. cū .n. virtus expulsiua mēbri incitat ab aliqua re nocēte, tūc vehemēter operatur, vt ponit Gal. v. d. accidenti & morbo, & iō quia virtus expulsiua mēbri incitatur a medicina, incitatur et ab humore, qui iā cōmotus est per medicinā; idēo tūc virtus mēbri vehemēter illū humore expellit: multa .n. videmus principia, quae valde vehemēter operantur, qñ incitantur ab aliqua re nocēte, & hoc habet verū in virtutibus naturalibus, immo et in vitalibus & animalibus, vt ponit Gal. scipue de virtute vitali in libello d. causis pulsuū ponit .n. quod virtutes aliquā necessitate assumptas. s. ab aliqua re prater naturā, vehemēter operantur, & tūc posset fieri pulsus fortis valde.

Atractionis quē tres modos. Alex. 3. quæst. natur. tradat, quādā s. vi & tactu trahunt, & hac modo mouentur, alia calor vi, quod intermedium est, trahentia, quod est intermedie coniunctū consecutione quadam, v. v. videlicet ratione, trahunt; alia ob familiaritatem benigno motu trahunt: iure cuiusnam modi medicamentorum attractio sit, dubitare licet. Galenus sanē, de qua re in superioribus sat. s. ob familiaritatem attrahere, quae purgandi facultate praedita sunt possunt tenet. praesertim 3. de simpl. med. fac. atq; ita in tertio attractiōis modo reponit. Cōtra hoc in loco Mes. nō nisi, ob violentiam, quā natura infert, vacuare medicina pronocians, in primo mō collocat. atq; a Galeno hac et in re videtur dissentire. Mesius aut astipulatur Hipp. & quotidiana experientia. Sanē non ignoramus, velle aliquos magne. & eruditionis, & authoritatis viros, quia violentia inferunt, quae purgant nō nisi primi ordinis hanc esse attractiōem, et propterea Gal. damnare, quod tertio modo, ob familiaritatem scilicet trahere ea existimant, quae hoc pacto trahunt, benigno non violento modo allicunt. Nō est tñ, vt nos vel hęc ratio, vel vllius autoritas seducat. Quae primo modo attrahit nō solum vi, & tactu trahunt, sed eadem tangendo amplectendoq; trahunt, & dum mouent mouentur atq; propria huiusmodi attractio est, at medicamenta, quo pacto amplecti humores possunt, aut tangere, quomodo et moueri ipsa possunt, sensu & motu omni destituta? somnio certe hoc pprius videtur, ad animal aut (vt ego video) prima attractio pertinet. ita .n. equi currum, aut nauis trahunt, non ita et medicamenta, neq; magnes. Cōsultius igitur statuisset medicos alios oēs, dixerim, impropria me dica-

COS 2
Fol. 4.
4. cap. 4.
Text. 11.
Text. 41.

Text. 29.

dicamenti esse attractionem, qua, quod trahit, quiescit. neq; enim ad ipsos humores medicamentum fertur; sed ut mox ostendemus, quiescens illos allicit in ob substantia familiaritate, tum ob alias causas, quas supra explicauimus. At medicamenta (dices) vim inferunt: quæ tertio modo trahunt, non inferunt. Quod vim faciant, respondeo non attractionis esse causa: sed insunt ipsis, propter attrahendi vim, qualitates eorum substantia annexa, natura hominis aduersa, ob quas perturbari necesse est: sunt. n. & sapores ingrati admodum, à quibus nausea, & vomitus, et mordicatio, atq; alia ea effecta prodeunt, qua hic primo capite fusius docuit, secandi, incidendi, abstergendi, status excitandi, conturbandi, & id genus alia: sunt fetidi odores, & substantia ipsamet medicamenti toto sape genere homini inimica, à quibus omnibus affligi oportet. Sed non medicamenti tantum causa perturbatur. quin, & humorum crassitudo, aut lentor, rarum angustia, obstructioq; rotius noxa frequenter origo esse solet. quare, & diuinus Hipp. paranda esse corpora admonet ante purgationes, ut humores scilicet fluxiani apti reddantur, & via, per quas ferri debent, expeditantur. Ob has igitur causas assumpto medicamento conturbantur, non autem ob attractionem: hec enim blatio, & amico admodum fit motu, nisi aliud obstat. quare, & sapissime obseruare est, ex castigato, & opportune propinato pharmaco absque ulla prolixo noxa largam sequi attractionem, & attracti humoris expurgationem. Erit ergo medicamentorum purgantium attractio propria, & terrij modi ut Gal. & medici vniuersum omnes consentiunt.

Vacuatur autem proprium, & familiarem sibi humorem, non etiam alium quemuis, nisi actio eius, ob quantitatem iniustam [& qualitatem alienam] effrenis, ac immodica eualerit.

COST.

Pen. 4. doc. 4. cap. 4. Tex. 31. Tex. 41.

Medicamenta aut proprium humorem non promouunt humores omnes educere, quod, & paulo post reperit. hoc, & Gal. in lib. de purg. medic. facult. & Auic. I. Can. & Auic. 5. Coll. & ante omnes Hipp. in lib. de natura hom. Contra tamen idem Hipp. eodem libro, medicamentum, ait, idem, si quater in anno exhibeas, hyeme pituitosissima tibi euomet, vere liquidissima, aestate biliosissima, autumno nigerrima, atque idem paulo etiam dixerat in superpurgationibus cholagogum medicamentum bilem primum, debine pituitam, atrum humorem, ac sanguinem detraberet: phlegmagorum autem pituitam primo, postea bilem suam, atram, & ipsum sanguinem euacuare. Quare si ita se habet, edaccer ergo medicamentum quoduis humores pro diuerso tempore, & diuersa mensura omnes, neque unum trahet peculiarem. Scribit etiam Arist. 1. probl. medicamenta ubi in ventre resoluta, & ad venas delata sunt, ex venis, quia concoqui nequeunt regredi, & quicquid obuium fit secum detrabere, atque hanc esse, quam purgationem vocamus. quare si hoc quoque verum est, nullus etiam intrahendo erit delectus. Ceterum, ut his satisfaciamus, animaduertendum, duplicem medicamento omni expurgationem fieri: alteram abstergendo eorum omnium, qua obuiam sunt: alteram attrahendo, quod peculiare est tantum. pollent enim acrima, amara, sulfura, acida medicamenta abstergendi; dulcia autem, & insipida abluendi facultate, ut priori capite, hic author fusius docet; medicamento igitur cuique quum duplex huiusmodi expurgatio succedat, prior ea est, qua abstergetur, & hac quicquid obuium est eximitur: posteriori vero, qua attrahendo absoluitur, non nisi quod peculiare est, & proprium: quamobrem, quod Hipp. scribit de vomitu, qui

A ventriculi presertim expurgatio est; verissimum esse putato: sciatere enim ventriculum hyeme pituita, & ea crassa, vere liquidiori pituita, aestate biliosis excrementis, & autumno atris, proptereaq; diuersis hisce temporibus diuersè quoque euacuari, ut rationi maxime consentaneum sit; ita quod expurgatio huiusmodi fiat, attractione non est opus, sed sola perficitur absterfione. expurgato autem ventriculo si illi medicamentum adhuc haereat: tunc demum neque vere liquida, aestate biliosa, autumno atra, hyeme pituitosa expurgantur semper; sed talia à circumstantibus partibus, ac à toto planè corpore alliciunt, qualia attrahere aptum fuerit medicamentum, illi scilicet peculiaria, & propria: hoc etiam ipsi euenit, qua subducendo alium expurgant. primum sanè absterfioria, qua vigent, potestate, quicquid obuium sit, euerunt, seu nostra potius natura ab illorum acrimia, & molesta qualitate irritata facta impetu foras pellit; dein vero

B insita vi familiarem humorem ad sese alliciunt, qui postmodum expultricis facultatis conatu deorsum protruduntur. Quod aut ex eodem Hipp. postea adducitur, cui etiam quotidiana experientia astipulatur, trahi, scilicet medicamento omni, humores omnes in superpurgationibus, ut verum est, ita sententiam nostram confirmat. cur enim, quod familiarissimum est primum trahitur, quacunque mensura medicamentum dederis? cur scammonium semper bilem, colocynthidis semper pituitam primo loco, debine humores alios eliciunt? argumentum hoc prabet certe, & peculiaris facultatis, qua peculiarem humorem quaque detrahunt, non communis, aut fortuite. At cur familiari attracto, alij quoque humores succedunt? Gal. de simpl. med. facult. venarum imbecillitatem, ofcularum laxitatem, & medicamenti mordicationem affert pro causa: venas scilicet & quia à medicamento mordicantur, ac quodammodo emulgentur, &

C. 27. & 28.

C quia eiusdem medicamenti vi à temperie sua cadunt, imbecillas reddi, & imbecilliter continere, atque ita medicamento expultricem vim irritante alienos etiam humores expurgari. Eandem quest. 5. Coll. proponit Auerr. & dissoluit aliter quam Gal. sed tam obscure, ut vix, quid velit intelligam. hoc tamen voluisse auguro. Quum duplex insit purgantibus medicamentis attractio, ut idem Auerr. eodem loco docet, altera caloris proprii, qua absolute trahit, altera à proprietate, qua non humores quosuis, sed proprium, & ex propria regione trahit; utraque hac tractio potestate medicamento inest, reducitur autem in actum ab insito nostro calore: at vim hanc peculiarem, ut certum humorem ex certa regione trahat, attractionem scilicet ex proprietate, non nisi sub certa quadam, & exacta medicamenti mensura sortitur. quo fit sub alia mensura hec quidem, qua proprietate est desinat, sola autem ea remanet, qua merito caloris perficitur. calor vero, quicquid obuium est, promiscue trahit, proptereaq; attractione ex proprietate feriente, caloris tamen illius vi purgatio adhuc sequitur, sed alieni humoris. Hac (arbitror) Auerr. sententia est à positis ab eo principijs non recedens neque, ut mihi videtur, parui adlimanda, si enim, ut ipse posuit, duplex attractio medicamenti inest communis altera, ita enim qua fit à calore, nuncupari potest: altera propria, si propria hac, qua non nisi sub certa medicamenti mensura seruari maxime consentaneum est, ob excessum corrumpatur, omnem superesse integrā, veritatis speciem habet: atq; ob id alienos humores trahi. Nobis certe, licet id suspectum habeamus, quod attractione à proprietate ex elementorum mixture, ait emanare; hec tamē Auerr. de duplici attractione opinio maxime arridet. Eslo qd Gal. ait, ut vasa imbecillia

bliesue. B sint

Tex. 29.

CANONES

sint ob medicamento mordicantis molestiam, & ob eius fultum, ut etiam eorum laxiora sint oscula, ac irritata a medicamento expultrix expurgandi modum non habeat; inesse tamen attractionis non nihil necessarium videtur, quum adhuc vigeat medicamento calor, attractionis commune instrumentum; & expultrici facultati contentrix membrorum vis nunquam non elubetur: etsi enim imbecillior forte hanc est reddita, non tamen propterea invalida, alio qui, & sanguinis & humorum omnium, ex largiori medicamento omni euacuatio succederet expultrice vigente, contentrice autem prostrata. Itaque preter expultrici operam, preter rationum imbecillitate, atque osculorum huiusmodi, de quibus Gal. quod in super purgationibus euacuato proprio humore alieni sequatur, calorem medicamenti potissimum causam esse ego facile affirmarim, atque ita propositam solui questione. At obijciat aliquis, si exhibitum ampliori mensura pharmaci attractrice non propria, sed eorum agit, ut ait Auer. ergo quodcumque ipsum fuerit, tenuiores primo humores post crassiores educet nullo alio habito delectu. Contra tamen propinato maiori copia melanogogo medicamento atrum humorem, & phlegmagogo pituitam e duci primo sepe loco videmus, relictam bile, que tenuior est. Impulit hanc rationem nonnullos viros, certe praesertim, ut de Auer. male sentiret. Nobis vero infirma admodum obiectio videtur. Non statim medicamentum largius sumptum immoderatum concipit calorem: sed tanquam nostrae caliditatis vi excuscatatur primum, & ad agendum promouetur: tunc vero medicamento calore vias referante attractoria, quoque vis, quae ex proprietate illi inest, exeret sese, & quod proprium, ac peculiare, cuique est, allicit: at exandescit paulatim insitus corporis nostri calor continus subministrata ex medicamento materia, & medicamento quoque caliditas maiori acceditur flamma: quo fit, ut eius propria vis calore certam metam transgresso corrumpatur, & trahere desinat, tunc vero peculiaris humoris euacuatio supprimitur, intenditur autem altera vis, ipsa videlicet caliditas, & trahendo laborat, sed nullo amplius delectu, quicquid obuiam sit, trahit; tenuiora tamen primo loco, & fluxioni aptiora, deinceps etiam crassiora subsequuntur, sanguis autem, licet attraibile, & crassa pituita tenuior, minus facile admittitur, quod eo membra maxime alatur. Ergo cur medicamenta maiori mensura assumpta proprium tamen humorem alliciant, attractrice proprie robur est, quod non statim dissoluitur, dissoluitur autem postea, tunc vero purgationis est finis: incipit autem super purgatio, & sola attractio eorum vigeat, & humores confuse omnes trahuntur, qui faciliores. Erit igitur, ut semel dicam, super purgationis causa ipsa quidem caliditas; purgationis autem vis propria, recte ergo Auer. attractionem propriam non nisi cum determinata mensura consistere, insuper autem purgationibus attractricem eorum vigere arbitrat; attractionem autem communem voco, quae ex calore, quam quidem si recentiores purgationibus medicamenti generatim inesse intelligunt, quo ad peculiarem trahendi vim generalem, quoque quandam tribui illis oportere autem; recte illi quidem, sed non rem nouam docent, sin aliam praeter calorem vim esse putant, frustra eos arbitror laborare. Sed de hac re satis. Quid autem ad Arist. sententiam trahi medicamenti, quicquid obuiam sit, scribentis? Suspecta ea semper nobis fuisse, quae is diuinus alioqui vir scribit de purgatione: quando experientia plane ipsa peculiaris humoris delectum cuique inesse medicamento, admonemur, quod ipse igitur ait, ut in primo ipsius purgationis initio venum esse fateor (manifestis, scilicet qualitatibus, quod ventriculo adheret secundo, at tenui-

edo, & detergendo) ita & in super purgatione puto euacuari, in qua, ut modo dixi ex Auer. sola vigeat attractio, qua caloris sit ope. de purgatione vero ipsa, ab Arist. ipsa me rei veritas abducit.

Quoniam vero omnia prope medicamenta purgantia genere iunt deleteria, ac sua violentia naturae nostrae grauissima: ipsa tamen natura, quibus potest modis illorum motibus facultates nostrum corpus dispensantes purgando dissoluentibus occurrunt dum corporis excrementa illis trahentibus, non modo facilis permittit, sed etiam his per medicamenta expellendis, tanquam onere leuata, recreatur, non minus, quam si ipsa motu suo naturali expelleret. Porro fit purgatio duobus potissimum modis (ut lib. 1. aphor. meminit Hippocrates) interdum vomitu agitata sursum ad stomachum materiae frequentius, deiectione, excrementis ad aluum deturbatis. Ne pures autem medicamentum purgans ventriculo, receptum ad humorem vacuandum penetrare, sed vi attractrice sibi insita delectu quodam cognatum humorem, & familiarum ex venis, & corporis meatibus sensum latentibus, ad se ventriculum, & intestina rapere: quomodo Magnes ferrum, & succinum festucam, & alia quaedam alia attrahunt.

Antiqua versio ita habet (& illud ideo quoniam medicina laxatiua perueniens ad stomachum, non adit humorem, quae euacuare debet penetrando ad ipsum: sed virtute attractionis sigillata in ipsa attrahit, eligens, quae ex humoribus est ei proprium attrahere. & est comparatio operationis eius ad materias, comparatio magnetis ad ferrum, charabe ad fustem, & ad alia.) Variant tamen etiam codices in manuscripti, qui Philippi Florentini medici egregij opere ad nos peruenit legere est, (addit) alij oes (adit.) Refutare iuxta priorem lectionem Aesclepiadis sententiam videtur, gigni a medicamento humores opinatis, iuxta vulgata litera opinionem eorum, qui medicamentum concedere ad ipsos humores, & vniuersum corpus excuscatant. Est autem questio utraque digna animaduersione. An medicamenta certe humores gignant, quos educunt, fustus Gal. lib. de purg. med. fac. prosequitur, & conuellit, in eandem tamen sententiam quoque videtur interdum ire, veluti quum 3. de simp. med. fac. medicamentum mitius, si a corpore superatur, non autem superat, in humores ait degenerare. quare, & cum damnare Auic. merito videtur. 1. Can. An vero, quod in quast. 2. ambigitur, medicamentum ventriculo immoretur, seu in venas, & corpus vniuersum comect, discrepare a medicis videtur Arist. & ipsamet experientia. Medici, praesertim Auic. 1. Can. habere pharmaci ventriculo, atque ita trahere persuasum habet. Contra Arist. 1. probl. id ubi in ventre resolutum est, in venas per cibi vias permeare; ex venis autem, quia concoqui nequit, regredi, atque humores detrahere, sed, & quotidiano quoque experimento videmus, assupto rhubarbo, & casta stanscere lotia, quod argumento est, ad venas atque ipsos etiam renes duo haec ferri. Quin & Auic. causam reddens, cur medicamentum interdum vomitum, quoad alui deiectione faciat; citius, aut tardum illius ad intestina deiectionem offert, ex quo pertinere ad intestina medicamentum, atque adeo ventriculum excedere, confirmare videtur. At vero, ut haec etiam persequamur, quod primo loco quaerit, an medicamentum humores gignat, de qua re notatur Gal. in const. 1. & erroris etiam ab Auic. ingenue dicam, quod sentio. Tuebatur alias in nostris in Auic. ad not. 1. tionibus

CO

Ap. 2. lib. 1. & 4. 6. 7. 8. 9. 14.

COST.

Cap. 24.

Fen. 4. doct. 5. ca. Probl. 34.

COST.

Distinguit purgantium medicamentorum actionem, A
 eaq; alia dissoluendo, alia comprimendo, alia leni-
 niendo, alia lubricum faciendo purgare aut. Id & Aui-
 cen. 1. Can. Quæstione autem dignum videtur, sitne idem
 leniens, & lubricans medicamentum: solent. n. hæc vo-
 ces nullo discrimine pro eadem re sumi à recentioribus:
 sintne præter eos quatuor, alij subducendi modi, laxant
 enim aliqua etiam abstergendo, ut serum, absinthium,
 beta, sal, ac nitrum; alia emolliendo ut oleum, & pin-
 guia omnia, quæ induratas feces subductioni accommo-
 dant: alia humectando, ut aqua, cucurbita, atriplex,
 malua; alia elquando, ut euphorbium: an demum qua
 leniendo, lubricando, comprimendo subducunt, vere sint
 purgatoria, quæ attrahendo expurgent: Mesues. n. quum
 hoc in loco his tribus vim trabendi admodum imbecil-
 lam tribuat; idem tamen paulo post catalogum eorū fa-
 ciens, quæ bilem, pituitiam, aliaq; excrementorum ge-
 nere à proprietate educant, horum quoq; meminit, quod
 etiam paracelsus facit, quum de simplicibus agens,
 singulis suam peculiarem humoris educationem ascribit,
 quæ sine attractione fieri non potest. Profecto ut ad sin-
 gula hæc respondeam, an lenientiam dicamenta, quod
 primo loco queritur, à lubricantibus differant, sunt non-
 nulli ex recentioribus, qui unam esse lenientiam, & lu-
 bricantium speciem putent, contra quæ Arabes senserint,
 horum tamen duo genera esse aiunt, alterum eorum
 quæ, quia frigidam, humidam, & lubricam temperiem
 habent, lentore, & aluum imbecillam mouent, & in-
 ternarum partium meatus frigida sua, & lubrica vi-
 scositate condensant, infarciuntq; emplasticorum more:
 talia autem blitum atriplicem, portulacam, cucurbita-
 tam, & insipida penè omnia esse aiunt, quæ scilicet inti-
 mis viscerum meatus neque permeant, quos lentore po-
 tius suo, & frigidiitate obstipant, neque quicquam edu-
 cunt, nisi per accidens, alterum genus esse dicunt eorum,
 quæ præter dictas qualitates aliquid etiam caliditatis
 habent, & tenuium partium, quibus intestinorum recre-
 menta non modo lenientia ut primum genus, sed etiam
 rarificando, ac tergeudo aluum subducunt: in hoc ge-
 nere ponunt cassiam, maluam præsertim agrestem, vio-
 lam reentem, borraginem. Hæc illi, quæ sanè si singula
 examinare animus esset, ut obscura, ita vereor, ne etiam
 sint frivola. Primum eodem, quidam lubricam temperiem
 nominare voluit, quæ in primo lenientium genere esse aiunt,
 non video, nisi temperiem pro subtilitate usurpent, lu-
 bricum autem, quod humidum est, & viscidum intelli-
 gant. Sint ergo frigida humida, & viscida substantie,
 quod subducunt; quæ talia sunt lentore imbecillam aluum
 mouere, & internarum partium meatus viscositate sua
 frigida, & lubrica condensare, infarcireq; valde obscru-
 rum est nobis, ut. n. præteream, quod nugatio quædam
 videtur, quum aiunt à visciditate lubrica hæc fieri, si. n.
 lubricum est, quod cum humiditate etiam viscidum est,
 lubrica viscositas erit viscositas cum humiditate, & vi-
 scositate, ut. inquam, hæc præteream, sicuti lentor, visci-
 ditasque, quibus vocibus tanquam diuersa significantibus
 utuntur, pro eodem ab omnibus sumi solent; ita contra-
 rios effectus prodire ab eadem nequeunt qualitate, ut
 laxet aluum, & internarum partium meatus infarciat,
 condensetq; emplasticorum more. R. Etius ergo ab humi-
 ditate quidem laxari aluum, à visciditate vero interna-
 rum partium meatus condensari, & infarciri dixissent.
 At quis unquam internarum partium meatus infarci-
 ri, condensariq; à lenientibus dixit? At equidem Gal.
 non raro, & maluas, & blitum, & alia eius generis, cū
 lentore, tum humiditate aluum subducere; at, quod len-

toze infarciantur internarum partium meatus, neque
 ipsum neque aluum scripsisse unquam meminisse; aduersa-
 tur. n. potius obstipatio, infarcitq; ille subductioni, quæ
 auxilietur. Age ergo his præmissis, an lenientia à lubri-
 cantibus differant, videamus. Nobis certè, quos Ara-
 bum autoritas plurimum mouet, lenientia à lubrican-
 tibus distingui, vel exempla persuadent, quibus quid hor-
 rum utrunque sit, & hic author, & Aui. insinuat, alia
 quidem ratione cassia, & manna, & alia psyllij mucago,
 sebesten, atque alia id genus aluum mouent, paucis ergo,
 ut quod sentiam exponam, lubricantia ab Arabibus ea
 videntur intelligi, quæ quum lentore suo non mediocri
 feces viciant, humiditate etiam, & gravitate impetum
 fluendi addunt, hoc psyllium, hoc sebesten, hoc pruna præ-
 stare videntur, cætera autem quæ intestinorum, aut etiã
 humorum asperitatem aufcruat, lenientia puto appella-
 ri, talis manna, & cassia videtur, talia pingua, & oleo-
 sa sunt omnia, quæ profecto aut intestinorum superficiem
 leuem reddunt, aut etiam ipsis excrementis durioribus
 adiuncta fluorem illis adijciunt, ita ergo distingui le-
 nientia à lubricantibus videntur. Cæterum incidit etiam
 hic scrupulus, quum. n. cassia lentoris aliquid insit, huius
 gratia inter lubricantia hæc quoque esset reponenda, sè
 modo lubricantia sunt qualia diximus. Non ignoro quid
 ab alijs dici soleat, nihil, s. referre, quo minus idem, &
 leniens sit, & lubricans, ac utroque simul subducendi
 modo valeat. Sed adde præteream, lubricantia non visci-
 da tantum esse, sed insigniter viscida, talis autem non est
 cassia. Nunc autem videamus, quod sequitur, an præter
 lenientia, lubricantia, comprimantia, soluentia, alij sint
 modi subducendæ alui. Atque id quidem quod obijcitur,
 esse & quæ moliendo, quæ abstergendo, quæ abluendo,
 quæ aliquando aluum moueant, differre; hæc à lenienti-
 bus, lubricantibus, comprimantibus, habet certe verita-
 tis speciem, quando si harum vocum vim spectes, leniunt
 quæ asperitatem tollunt; lubricant quæ visciditate sua
 feces cogunt, ac humiditate, et gravitate impetum dant
 fluendi; comprimunt quæ partem viciant, & quod illi in-
 erat exprimunt; soluant quæ meatus referant, & quo-
 dammodo, quod in vinculis erat liberant, inde. n. acces-
 sisse huius vocis usus medicina videtur; mollit quæ du-
 ritiem auferunt; extergunt, quæ sordes à parte remouent,
 id verò, aut sicciore sui substantia præstant, & serè abster-
 gentia proprie vocari hæc video, aut humore multo, quo-
 rem persudant, & ablutiva nuncupantur; colliquant
 aut, quæ quod à frigore concreuerat sui calore dissoluit,
 ex his ergo differre hæc inter se videntur non mediocri-
 ter. Entendum tamen est hæc è in re, ut ad verum quæ
 proxime accedamus. Itaq; quæ emolliunt, abluunt, ab-
 stergunt, ad lenientia redigi posse arbitror, eadem. n. quæ
 molliunt, asperitatem quoq; intestinorum leniunt, & ea-
 dem lenia sunt, quæ & mollia, licet diuersa lenientium,
 & mollientium sit ratio, ita etiam quæ abluunt, abster-
 guntq; dum sordes auferunt, illa quidem copioso humore,
 hæc vero siccitate veluti corradentia, naturalem statum
 visceribus conciliant, quæ. s. mollia, & lenia suapte sunt
 natura, ita ut seu per se, seu per accidens eadem quoque
 leniant. Colliquantia vero ad soluentia referri possunt,
 euphorbium etenim præterquã, quæ in ventriculo, inte-
 stinisq; obuia sunt à frigido coacta, qualia pituitosa sunt,
 sui calore dissoluit; èt à venis, quarum ora maxima refer-
 rat, valenter trahit, quod eorū propriū est, quæ soluendo
 expurgat, quæ ob re si hæc ita se habent, superest, ut qua-
 tuor tñ sint modi laxandæ alui, quos Aui. & Mes. de-
 scribunt. Trãseo nunc ad id quod tertio loco quærebatur, an
 lenientia, lubricantia, comprimantia, purgatoria sint verè, an
 Mesua. B iij scilicet

1. lib. 1.
 176. 4. 6
 9. 4.

ST.

24.
 doct.
 34.

CANONES

scilicet humores, cum delectu trahant, & specifica forme ratione, ut purgantibus veris supra attribuimus. Nō ignoramus hac etiam in re Mesuen carpi, si enim leniendo, lubricando, comprimendo educunt; ut ob manifestas qualitates educant, & quidvis obuium nullo delectu habito detrahant, necesse videtur: ac propterea ut temere in his quoque specifica forma pro causa afferatur, & certi humoris electio ascribatur. Ceterum autem medicamenta huiusmodi proprios humores spectent, experimento standum censeo, at assumpta rosa, mirabolano citrino, manna, castia, rhabarbaro bilem multam, & ex polypodio, mirabolano emblico, & alijs eius generis medicamentis pituitam præter communia excrementa, qua intestinis adhærent, detrahi semper videmus: atque hoc argumento est non promiscue omnia, sed certos ab his quoque; ipsis deligi humores; quod si verum est, ex ijs quoque, qua supra longa disputatione statuimus, ut à specifica forma agant necesse erit. At Mesues ipsemet (dices) hæc inter stercoraria, & ea, qua obuium potius quidvis educant, quam attrahant, reponit. Nihil impedit, ut medicamentum idem ob manifestas qualitates leniendo, comprimendo, & lubricando, ac ob occultas soluendo etiam expurget: ac præter communem attractivam vim, propriam etiam insitam habeat, à manifestis autem qualitatibus, qua eiusmodi sunt præsertim denominationem suscipiunt, & quod dum expurgant effecta sensibilibus qualitatibus similia apertius prodire ab his, quam à solventibus videmus, assumptis enim lenientibus lenis, comprimantibus astricta aliis remanet, peracta purgatione: & quod hic ipsa nihil posse in purgando videntur vere purgantibus comparata.

Hippoc. lib. de nat. homin.

Ceterum que dissoluendo purgant, & deiciunt, fere eadem vel attrahunt, vel eradicant: attrahunt quidem, à supernis partibus materias, eradicant ab infernis. Reliquis vero tribus deiectionum generibus facultas purgatrix insita, est admodum imbecilla: ob idque parum perspicua, ut quæ solum materias, quibus ipsa occurrunt, euacuet, neque hepar transcendat. A capite autem per accidens vacuare videri hæc possunt, quod materias ad ipsum tolli conuectas vacuant. Medicamenta enim purgantia iuuant per se, quædam etiam per accidens. Per se enim, que ex sua temperie, & propria facultate commodant, ut pituita turbith: bili flauæ tamarindi, temperatura, & proprietate opponuntur. Per accidens vero, id est, alio aliquo interueniente, quando quædam ab aliquibus fiunt contra propriam ipsorum facultatem, ut hæc ab his posse fieri non facile creditur, ut scammonium cum sit calidum, corpus tamen refrigerat, per accidens scilicet, seu per calidæ materie vacuationem: qua enim causa præsentem sit hoc, eadem absente sit contrarium. Facultas præterea medicamentorum, in materias ostenditur, quando ea humorem sibi familiarem delectu quodam educunt: autem (ut quibusdam visum est) eum, qui cæteris in corpore sit largior, & post hunc, alium copia illi proximum. Nam omnia medicamenta purgantia pituitam fere vacuant, utpote in nobis vtraque bile propè semper largiorem; quod falsum est: imò humorem absolute non vacuant, sed hoc genus medicamenti humorem

hunc sibi familiarem delectu quodam expellit, eumque interdum tenuem, crasso in nobis relicto: interdum contra. Cuiusque enim medicamento purgantis actio insita, & bene directæ hæc eligit, illa relinquit: hunc vel illum humorem respicit, non omnem: nec ultra quam passurus humor exigit, transgreditur, nisi immoderatus agat. Rei cuius abunde scientem te naturalis philotopia reddiderit. Medicamentum igitur omne humorem sibi familiarem primum educit deinde illum, qui ad sequendum magis est habilis: postea alium sequi paratorem: postremo sanguinem, quem ceu thesaurum quendam natura, quoad potest, retinet, trahiq; prohibet: tandem vero victa, trahentibus permittit expellendum. In hac humorum successione primum sibi cognatum trahit medicamentum, suo iure directum: alios vero tanquam degenerans, ob actionis vehementiam: quomodo si quis irasci facilis, ira sic incitetur, ut furiat. Tunc enim rectas actiones suas, ultra quam par est, & quam statuerat, transgreditur.

Notandum, quod ex ista litera possumus habere **MOND.** solutionem cuiusdam questionis, in qua consuevit queri, utrum aliqua medicina solutiua possit euacuare alium humorem, quam proprium sibi. Quia dicere aliqui videtur, quod non, quia si ipsa euacuaret alios humores à suo proprio, tunc ad omnes illos haberet formam specificam determinatam vel per quam illos euacuaret, hoc autem est impossibile. Dico ad hoc, quod ipsa medicina solutiua per se, & secundum se non euacuat nisi proprium, & determinatum humorem, sed per accidens bene potest euacuare alios à proprio humore, & hoc contingit, quoniam ipsa est effrenis, & irregularis. Est autem effrenis, aut irregularis ex quatuor, aut ratione malæ qualitatis, aut ratione quantitatis, aut ratione corporis, & virtutis eius, aut ratione vtriusque, ratione qualitatis & hoc dupliciter, aut ratione qualitatis communis, aut proprie, ratione qualitatis communis, & hoc non potest euacuare humorem hunc & illum; nam ut ponit Auer. in 5. sui coll. c. de medicinis euacuatibus. à forma specifica ipsa medicina solutiua non potest absolui à virtute communi, quæ est educere humorem; nam turbith cum educit phlegma, educit etiam cum hoc humorem modo cum humores ipsi non sint tantum disparati, sicut viuum, & cadauer, imò ipsi aliqualem conuenientiam, & communitatem habeant, potest medicina solutiua manente in ea virtute euacuatia communi, euacuatio proprio humore, alios euacuare. Hoc etiam potest esse ratione qualitatis proprie ipsius medicine, & quæ inest sibi per se, & accidentaliter: per se, nam agaricus euacuat phlegma, & choleram per se, quoad quædam simul dum inuenit eos adinuicem mixtos, quandoque autem successiue: potest etiam medicina per qualitatem accidentalem diuersos humores euacuare, sicut turbith quando esset rubeum, aut nigrum, venenosum: tunc enim non solum phlegma euacuat, imò euacuat quæcunque humorem, ut etiam sanguinem euacuet. Secundo dico, quod euacuare potest plures humores ratione quantitatis, quando offertur in maiori dosi, quam debeat: nam sicut medicina euacuat appropriata huic humori, ita oportet ut sit hæc quæta, quia in conuenienti dosi, & ideo si sit superflua euacuat euacuatione communi, & associata. sicut apparet in scammonia, quando exhibetur in superflua quantitate, tunc enim primo euacuat cholera, post phlegma usque ad sanguinem. Itæ etiã hoc contingit tertio ratione virtutis corporis: nam cum ipsa medicina euacuet vim inferendo natura, ut Auer. ponit 5. sui coll. posuit eam

Quatuor de causis modi se effrenis.

Cum delect

Nel.

tionibus refutari ab Auic. non Gal. sed Aſclepiadis placitum, opinantis .f. ſemper gigni aſſumpto medicamento humores, quum Gal. non ſemper, ſed tantum, ubi non ſoluunt, id fieri exſtimaret. Nunc tamen re diligentius animaduuerſa video, id non admitti, aut reijci ab Auic. quod putabam. Illud potius Auic. ſuſpectum arbitror, quod Gal. medicamentum in eundem verti humorem ait, quem eximere conſuevit: hoc .n. non videtur carere dubitatione, quod certe aloë, expurgat, in bilem vertatur, verifimile eſt, quando calidum, & ſiccum medicamentum eſt: at quo pacto enicus, agaricus, polipodium calore, & ſiccitate prædita in pituitam degenerabunt? Fateor ego, id me non aſſequi. quamuis ergo medicamēta, ubi eodem conſtat cum humore, quem trahunt, temperamento, concoqui, ac in peculiari ſibi humoris naturam abire poſſe negandum non eſt, ubi diſſimili tamen temperatura conſtant, id neque neceſſarium, neque etiã rationi admodum conſentaneum videtur, ut propterea non temere doctiſſimus Arabs à Gal. deſciſcat. Sed quid de quaſtione altera? ad eum ne medicamenta humores, an ventriculo hærent? Suſpecta (ruſſum dico) ſemper nobis fuerit, quæ Philoſophus de purgatione. neque enim videre unquam potui, cum quo pacto medicamenta ſpõte moueri poſſint, quæ inanimata ſunt, aut trahi à venis debeant, quæ inepta ſunt, ut alant: tum quo modo experimento, id iſſura reſpondeat, quando medicamenta interdum extrinſecus applicita umbilico, calei, volę man? & navibus ad mota expurgant, & integro ſæpe reiecto medicamento per vomitum larga ſuccedit deiectione, ac peracta copioſa expurgatione, catapotia ruſſum integra, qualia deuorata fuerant, reddere ſæpe alius ſolet. Sunt tamen ex medicamētis multa mitiora, & nature noſtræ magis affinia, quæ, & per ciborum vias admitti, imò ab ipſiſſimis membris ob alimenti ſimilitudinem quandam trahi etiam poſſe probabile eſt, qualia, caſia, manna, tamariindi, rhubarbarum: quare, quod iſs aſſumptis flauescant lotia, & alienos colores ſuſcipiunt non eſt admirandum. his exceptis reliqua hærent ventriculo, eorum aut vapores, quoquo verſum diſſandi medici conſentunt: atque per hos veluti manus quaſdam agnatos ad ſeſe humores allicere: quanquam iſs, ubi peruenere ad inteſtina, expultricis facultatis impetu deorſum præcipitantur, raroque ad ipſum uſque ventriculum pertingunt. At cur Auic. quod medicamenta vomitu, aut ſubductione expurgent, ad citum, aut tardum eorum ad inteſtina deſceſſum reſert? Reſte ille, quidem, & doctè. Medicamentum quandiu ventriculo in hærent trahendi ſine nunquam facit, ac ſæpe è ventriculo ipſo, cui ob medicamentosa ſubſtantia ingratum, & inſenſum eſt, ad inteſtina antea deturbatur, quam ad ipſum allecti eius vi humores aſcendat: tunc vero purgatio deorſum procedit. interdum tñ etiã diutius in eo. moram trahit, & propria vi humorum ad ſeſe copiam allicit, quorum multitudine, aut etiã qualitate irritatus venter in vomitum prorumpit. Quod ergo medicamētum per alium, aut vomitum expurget, citus quoque ac tardus illius ad inteſtina deſceſſus facit, quod aduertit Auic. non ex hoc tamen illud ſequitur, quod obijcitur, medicamenta ad venas, ac vniuerſum corpus ferri, quod eſt poſitum in quaſtione.

Hoc aut humore vetricali, & inteſtinorum natura dum grauatur, eum expellit, quam ad ventriculum rarius reparat, vomitu, ſi ſtomachum agiter: aut deiectione, ſi ad pylorum declinet, vacuandus: frequentius ad inteſtina, propter multas cauſas. Materia .n. ob inſitam grauitatem ad inferna ruit. Præterea venarum

A meatus, excrementis expellendis dedicati, plures ad inteſtina, quam ad ventriculum feruntur. Tertio loco inteſtina vacuandis excrementis deſtinauit natura non ventriculum. Excrementa .n. ad partes ignobiles, & propinquas ſedi à natura tranſmitti, fuit melius, quam ad nobilem particulam, & à ſede remotum ventriculum: in quæ ſi repant, ea deijci quoque per inteſtina præſtat, quam per gulam euomi: quod pylorum inferiorem ventriculi portam expulſioni, gulam vero attractioni dedicauit natura. Ex quibus apparet, eandem naturam medicamēti purgantis opus deiectione potius, quam vomitu moliri: omnis enim partis actio contra primum naturæ inſtitutum facta, eſt in proſpera. Eſt igitur medicamētum purgans, aut vomitorium, aut deiectorium.

Gal. Aph. 21. lib. 1.

Medicamentum purgans du p. 10.

Aliud ſubdit, quod controuerſa non caret. Cur medicamenta alia vomitoria, alia ſubductoria ſint, ex proprietate eſſe ait. & explicans qualia nam vomitoria ſint, talia eſſe dicit, quæ ex proprietate habent, ut os ventriculi ſuperius debilitent. Contra tamen cur alia vomitoria ſint, alia ſubductoria, aliqui grauitati, ac leuitati acceptam retulere, cui quidem opinioni, quauis eam hic auctor. 1. cap. primis ſtatim verbis reſutavit dicens (& neque quia graue, aut leue agitatum ſuperius, vel inferius, ſed quia tale.) neque .n. quod multos ſentire video de medicamentis generatim, id protulit, quaſi aliquis ea purgare ob grauitatem, aut leuitatem ſenſerit, ſed pro cauſa aſſert, cur alia ſubductoria, alia ſint vomitoria; ſubſcribere tamen ipſemet videtur paulo poſtea, dicens medicamenta, ſi ſuapte natura facilis deſcenſus fuerint, ex vomitorijs fieri deiectoria: ſunt autem deſcenſu facilia, quæ graua ſunt. quare, & lapidem Carnenum laxare alium ob ſui grauitatē aiunt, licet excitandi vomitus gratia exhibeatur. Diſcrepare ergo à ſe ipſo Meſ. videtur. Alioqui etiam, ſi iſs tantum citari vomitus ſolet (quod hic innuit) quæ ex proprietate habent, ut ventriculi os debilitent, at qui agaricus aſtrictoria vi pollet, qua ventriculus ſolet conſirmari, & maxime tamen omnium vomitum facit. Cæterum ad hæc breuius, quæ graua ſunt facilius, & citius deorſum labi, leuia vero ſuſum moueri nõ eſt, ut quis ambigat, in medicamentis autē, licet agaricus ob ſui leuitatē raro vomitum, aut certe naſceam nõ faciat, & lapis armenus ſæpe alium laxet; nõ propterea tñ perpetua ea regula eſt, aut frequēs, quod quæ graua, per inferiora, quæ leuia, per ſuperiora expurgent: quando, & agaricus ſubducit & armenus lapis vomitum concitat, alioqui et, & lapis iſte, & ſimilia omnia lenigata, & terrenis ſordibus, quæ grauitatē faciebant, expurgatiſſima offeruntur. Non temere ergo Meſ. grauitatis, aut leuitatis gratia illud ſubductorium, hoc eſſe vomitorium negat: & ad eandē vim reſert, à qua etiã purgandi facultatē putat emanare, dicens medicamento horum alterum inſeſe, quia tale. Aſſiunt tamen vomitoria oia os ventriculi ſuperius, ſeu quæ in illo ſupernatent, quæ pinguis præſertim faciunt; ſeu quod medicamentosa virus ſapiant: ferre enim id ventriculus præſertim os eius, ſenſu eximio præditum non poteſt; aut etiã quod ſtutus copioſiores excites, qui ſuapte natura ſuſum repant. Pro ab urdo igitur habet Meſ. quod grauitati, aut leuitati hoc aſcribatum minus. At obijciet, iſs tñ, quæ deſceſſu facilia ſunt alium ſubducere ait, quis ſpõte vomitoria ſint: talia aut ſunt quæ graua. Ego vero, quia cito deſcendunt eſt, quæ fluxa, ac leuia ſunt, hæc & alia huiusmodi puto à Meſ. inteligi, non quæ graua, atque hoc pacto nulla erit in eius verbis controuerſia.

COST.

B ij uerſia.

D.

ſe

Commedia ſex deiectionum.

CANONES

uerfia. De agarico autem, quum astringente vi polleat, & ventriculo ob id robur conciliare aptum sit, an os ventriculi debilitet, & propterea, an vomitoria omnia ventriculum imbecilem reddant, non est intellectu difficile. insuat agarico diuerse qualitates, & aerea, ob quas facile supernatat ventriculo, & vomitum ciet, & terrena, ob quas astr. Eioria vi quum polleat, ipsum quoque ventriculum confirmat, nihil ergo impedit ob qualitates varias, varias etiam vires eundem obtinere, quamuis igitur agarico facultas etiam insit, qua ventriculo robur conciliat, nullum tamen vomitorium illius non infestat, quod Mes. statuit.

Vomitiorum est quod stomachum (id est, os ventris superius) suę substantię proprietate debilitans, & in ipso immorans, ad ipsum ex hepate, intestinis, & partibus ceteris, materias attrahit, a quibus offensus stomachus, & ad nauseam euertus vomitu per os expellit, motu scilicet suę naturę contrario. Deiectoriũ est, quod in ventriculo manens, ab hepate, & ceteris partibus humorem sibi familiarem, ad intestina potius attrahit, propter commoda prius dicta, a quo quidẽ humore irritata naturalis intestinorum facultas, ipsum, vt solet alia excrementa, ad sedem protrudit. Sicque vomitorium medicamentum est tantum vomitorium: & deiectorium nihil aliud, quam deiectorium.

MOND. **N**otandum quod Mes. in istis verbis, tagit tria. q̄ requiruntur ad hoc, vt medicina solut. euacuet p̄ secessum, vnũ est sumptum ex parte loci, in quo ipsa manet, cũ dicit. Quęcunque in stomacho manentes: nam siue med. solut. soluat ventrem per virtutẽ attractiuam, quę in ea est, siue per violentiã quã infert, siue per vtrunque, quod est melius dictum, semper vel vt plurimũ oportet, quod maneat in stomacho, & in hoc cõuenit cum medicina vomitiua. quoniã tã vomitiua, quã solutiua medicina moratur in stomacho, quod cũ medicina vomitiua moretur in stomacho est satis notum cuiuslibet, pot̄ autẽ declarari de medicina secessiua, q̄a in quo loco magis suã operationẽ pficit, in eo moratur: sed dum est in stomacho magis suã operationem perficit. quare, &c. Maior de se patet, minor etiam est nota, quia hæc est operatio regularis, quę magis completur, dum est in loco conuenienti: sed cum ipsa est in stomacho magis a longinquo attrahit, non autem illud sit, dum est in intestinis, vnde si ipsa esset in intestinis, cum intestina sint deputata ad expulsionẽ, possent ex aliquo incitante, vel stimulatẽ intestina illam talem medicinam cito expellere, tunc autẽ quando est expulsa non facit amplius suã operationẽ. Et licet medicina solutiua, et vomitiua maneãt i stomacho, tñ in alia, et alia parte stomachi, vnde medicina vomitiua manet magis in superiore parte stomachi, solutiua autem magis manet in fundo eius. Secundum quod explicat Mes. in operatione medicinę solutiue, est locus, per quem materiam euacuat, attrahit enim ad intestina. nam quamuis ista medicina solutiua maneãt in stomacho, non est necesse, quod attrahat ad stomachum: tunc. n. ois medicina solutiua esset vomitiua, & nõq̄ solueret ventrem, immo oēs attraheret ad stomachũ humores, qui educerentur postea per vomitum, sed attrahit solum tales humores ad locum deputatum magis a natura ad expulsionẽ: talis autem sunt intestina. Et per hoc posset haberi argumentum ad p̄bandũ, q̄ medicina solutiua non euacuat per virtutẽ attractiuã, quę est in ea. probatur: nã posuit statim, q̄ ipsa manet in stomacho. si ergo euacuat manẽs in stomacho per virtutẽ attractiuam, eos attrahit ad stomachũ, eo qd̄ attractio est motus alicuius ab aliquo

Utrũ med. solut. euacuet per virtutẽ attractiuã, quę est in ea.

Ad se, vt Aristot. ponit 7. Physic. Posset solui hæc ratio hoc modo, nã medicina solutiua attrahit per virtutẽ attractiuã, sed non est necesse, quod attrahat ad locum, in quo est: sed sufficit quod attrahat ad locũ deputatum a natura ad expulsionẽ, qui locus est intestina. Si dicis q̄ attractio est motus alicuius ab alio ad se: dico quod etiam est motus alius attractionis, quem etiam recitat Arist. ibi, qui quidẽ est ab alio ad aliud, quia ad locum deputatũ: vnde & si medicina posita super volam manus, aut super v̄trem, vel illa, euacuet per fluxum ventris, non est necesse, quod ibi sit attractio humoris ab alio ad se: sed sufficit, quod sit attractio humoris ab alio: quia ab aliquibus m̄bris determinatis, siue a toto ad aliud, quia ad locum aliũ deputatũ a natura ad expulsionẽ, talis autem locus sunt intestina. Tertũ q̄ explicat in his verbis, est per q̄ medicina solutiua euacuet, & hoc per secessũ est, quia innuit nobis membra, a quibus euacuet, siue attrahit cum dicis, ab hepate, & alijs membris.

BEst autem quando deiectoriũ fit vomitoriũ, (vt etiam aliquãdo contra, vomitorium fit deiectoriũ) illudq; ob naturã vel medicamentũ, vel ægri, vel vtriusq; simul. Medicamentũ enim, si ventriculo supernatat, aut stomacho molestũ est, ipsumque valenter agitat, & subuertit, aut nimis abominabile est: sit pro deiectorio vomitoriũ. Adhęc, cui stomachus tũ est imbecillus, cũ sumitur medicamentũ deiectorium: cuiue stercus iam siccius intestinis obstructis, pertinacius hæret: aut intestina ipsa arctata, & angustiora reddita sunt, aut status aliquis medicamentũ subleuat: vomitoriũ euadit. Postremo corporis, aut animi motus aliquis immoderatus, vel fechor, vel rei abominabilis aspectus, & similia, medicamentũ deiectorium reddunt vomitorium. Vt̄ contra, quod natura sua est vomitorium, euadit deiectorium, causa similiter medicamenti, vel ægri, vel vtriusque, sed ratione diuersa. Si enim medicamentum ex sua natura propt̄ ad alium descendat, aut ei grata quaedã sint admixta: si item stomachus tunc est robustus, aut ob inanitionem, & vehementem famẽ valenter appetit, aut alius natura est lubrica, & facilis: si deniq; iucunda quędam obiecta externa apprehensionem medicamenti prohibeant: id pro vomitorio fiet deiectoriũ. Huc accedit, q̄ natura in melius omnia prudenter dirigens, rem vomitoriam efficit deiectoriam, propter dicta prius commoda. Ex vomitorijs præterea quędam sunt vehementia, alia clementia, quędam mediocria. Vehementia quidem, quę naturę ipsi vim magnam asserunt, vt vomitu vacuent: qualia sunt elleborus albus, sicutum, thymelæa, balanus myrpsica minor, lathyris, ricinus, thapsia, ruta agrellis, cucumer agrellis, & similia. Clementia, vi nulla, aut minima naturę molestia, vomitum cient: cuiusmodi sunt, alatum, flos myrica, semen cœpartum, anethi, atriplicis, melã hij, rapæ, thaphanidis, raphanus, sal, & similia. Mediocria sunt, nux vomica, cnicus, nitrũ, sal gẽma, sal indus, balanus myrpsica maior, & similia. Medicamentum autem deiectorium vacuat facultate propria sibi insita, eaq; aut dissolvente, vt scammionium, turbith: aut per astrictionem exprimente, vt myrobalani: aut leniente, vt casia fistula, manna: aut lubricante, vt mucago seminis p̄ylli.

Medicamentum ex deiectione fit vomitorium tribus causis.

Ægri.

Utriusque. Medicamentum ex vomitorio fit deiectorium tribus causis. Medicamentum.

Ægri.

Utriusque. Vomitorium differt a deiectione a natura & a materia & a motu ratione sumpta.

Deiectoria differ. Tribus. Comprimenda. Leniende. Lubricanda.

Distin.

C A N O N E S
T H E O R E M A
S E C V N D V M.

*De medicamentorum purgantium
correctione.*



Medicamentorum purgantium tam bonorum, quam maleficorum, differentias prius demonstravimus; nunc autem horum malignitatem auferre, vel saltem obtundere, & quibus poterimus modis corrigere, partim malitiam eorum, & excessum frangentibus, partim salubrem aliquam facultatem afferentibus, Dei benedicti beneficentia adiuti, tentabimus. Corrigimus autem medicamentum purgans maleficum, aut misto ipsi altero facultatem habente contrariam ipsi excessui, aut arte aliqua, & industria melius ipsum reddendo. Verum facultatis contrariae mistio tribus modis perficitur, ut inquit Democritus. Aut enim malitiam a proprietate innaram, ut qualitate venenosam, & vitæ nostræ inimicam, alijs proprietatem oppositam natura fortitis, emendamus: aut intemperiem eorum calidam, frigidam, humidam, siccam, contraria qualitate mista, permutamus: aut denique effectus ipsorum noxijs post dicendis, contraria opponimus.

*Corrigend. me-
dicamenti ra-
tio duplex.*

COST. Triplici medicamentorum vitio triplex praesidium accommodat, simile videlicet differentia noxae similem differentiam praesidij apponens: vitium ex proprietate castigat praesidio ex proprietate, quod ex intemperie est corrigit auxilio ex intemperie. & quod ex secundis, ac tertijs qualitatibus prodit, (effecta haec vocat) ijs, quae similis differentia sunt, & contraria efficiunt, emendat. Sed in his opportune adhibendis duo praecipue observari a medico desiderat. primum ut nulla coniungantur, nisi quae cognata sint natura, & concordia; alterum ut debita proportione commisceantur: ita enim fore putat, ut quod ex ea miscella prodit saluberrimum sit futurum. Par autem est, ut hic huius viri diligentiam admiremur. Non satis putat vitio ex proprietate medicamentum opponere ex proprietate contrarium, sed consensum quoque (sympathiam vocant) inter ea, quae ita commiscenda sunt, etiam desiderat, id quod plurimi ego certe faciendum duxerim, qui esse inter naturales res omnes assensum, & dissensum pro certo habeo, licet id etiam negent, qui proprietates occultas non admittunt. Atque, ut maior certe in componendis medicamentis sit difficultas, necesse est si observandus hic etiam est consensus: emendandum tamen medico futuro est, ut hac quoque in re plurimum proficiat, neque ijs sunt aures praebenda, qui dum Avabas superstitionum auctores faciunt, praedicantque, subterfugendi laboris gratia a diligentiori harum rerum observatione, cum ipsi abstinere, tum alios etiam abducunt.

*Miscendum
exquasi qua-
dam neces-
saria est ad su-
mutationem
& quoniam A-
ristot. lib. 1. de
generatione.
cap. 74*

Dvo praeterea omnino observantes: primum, ut medicamentis praedictis sit quaedam proprietatum inter se concordia, & cognatio, quae se mutuo afficiant, ut transmutatione absoluta, ex his duobus contrarijs virtus una consurgat: ut exempli gratia, zingiber turbith ipsi vim miram imprimunt: & raphanus hermodactylis: rapha-

Enus autem cum turbith, frustra permiscetur, quia his duobus insita non est inter se concordia. Scammonium quoque cor proprietate sua, & calore ipsum inflammante, ac multum dissolvente legitur: licet vero ambra corroboret, & crystallus inflammationem extinguat, & galla partes dissolutas cogat, tamen nullum eorum recte scammonio miscetur: quia haec, ac scammonio agendo inuicem & patiendi in unius virtutis concordiam non conspirant, nec contendunt. Quae vero medicamenta proprietatibus suis concordent, ac symbolum habeant, ab his discere, qui rerum variarum arcana scrutantur. Secundum tibi observandum est, ut proportione idonea misceas haec medicamento corrigendo opposita, inuicemque agere, & pati idonea: ut ex his iam consentientibus, medicamentum resultet unum, velut pacatum, pugnæ omnis expertis, magnarumque virium. De his autem proportionibus, quantum operi proposito expedit, postea dicemus. Medicamento purganti proprietatem quandam laudabilem, quae miscetur opposita, conferunt: quorum propria virtus ab ipsorum forma proficiens, in his atque alijs varia, aliquam medicamenti noxam peculiariter respicit, accorrigit: qualia sunt triplicia. Medicamenti enim purgantis virtutem vel imbecillam augent, vel violentam minuunt, vel malignam permutant.

*Correllio me-
dicamentorum
per alia opposi-
tam proprietatem
virtutem
habentia.*

Canon primus.



Siquidem medicamentorum actio imbecilla est intendenda misto proportione iusta eorum aliquo, quae actionis vigorem ipsi tribuunt, ob agendi inuicem, ac patiendi proprietatem cognatam seu ob totam eam substantiam, non ob caliditatem, vel frigiditatem. Quomodo corallium sanat stoma- machi imbecillitatem, praonia epilepsiam, non quia illud frigidum, haec calida: aut quia illud graue, haec leuis: sed quia haec virtutis dotem utriusque sortitur: sic serpens iuuenescere facit, Magnes ferrum attrahit, & alia similiter. Porro medicamenti facultas purgatrix est imbecilla, quando debilitat, & minus quam opus est purgat, aut tarde purgat, tum scilicet primum, quum corpus cibo, aut somno reficiendum est: immo interdum die postero: & interdum humores mouet, non vacuat: interdum coctionem vitiat, cibum crudum, aut tantum coqui ceptum, una secum detrahens, ac deturbans. Si igitur medicamenti purgatio sit debilis, imperfecta, parcius quam opus est, (ut turbith reuera pituitam tantum tenuem vacuat: epithymum parum aut nihil vacuat, nisi eius larga vis sumatur: manna, hermodactylus, & alia multa debiliter vacuant) robur facultatis ei addendum est per ea, quae ipsi sunt familiaria, & se se mutuo ferunt: ut ex utriusque conflata virtus una, purgationem absolutam perficiat.

Ex hoc apparet, quod secundum istum modum debilitatis medicinarum solutiuarum, aliqua medicinalia solutiuia dicitur adhuc debilis dupliciter. Vno modo dicitur debilis ratione quantitatis medicinae, & suae qualitatis, seu substantiae, quia non euacuat multum de materia; nec etiam euacuat de se, nisi quod subtile est, sicut isto modo dicimus, quod turbith est medicinalia,

na,

MON

Notand

Scam-
monium
virtutem
habentia

ty
n
f
tin

Mes. supra, tunc licet virtus expulsiua sit irritata ab ipsa, vt expellat solum vnum humorem sibi propriu; tamen postquam expulit illum, nititur virtus expulsiua corporis illum alium expellere, qui etiã est nocius ei, & superfluus in corpore, & illum fugare, et præcipue quando natura corporis, & virtus est fortis, & ex hoc potest apparere nobis, quod non parum facit ad euacuationem virtus ipsa violẽta medicina. Quarto etiam hoc potest contingere ex parte vtriusque: nam potest esse, quod virtus sit fortis in expellẽdo, medicina etiam euacuabit virtute communi euacuatiua, vnde cum inter humores non sit tanta disconuenientia, sicut inter viam & mortuum, poterit euacuare alios humores à proprio, & determinato.

HOc autem ordine vacuant materias hæc purgantia medicamenta, vt cholagogum bilem primum trahat, hinc pituitam, postea atram bilem, postremo sanguinem: phlegmagogum pituitam primum educat, postea bilem flauam, hinc atram, postremum sanguinem. Melanogoga denique bilem atram primum, deinde flauam, tertio pituitam, ad postremum sanguinem.

MOND. Aduertendum, quod causa quare medicina, quæ euacuat phlegma, primo id euacuat, postea melancholiam, vltimo sanguinem, est duplex: vnde, vt supra dicebatur, propter duas causas principaliter medicina post euacuationem proprii humoris euacuat alium humorem; vna est propter virtutem euacuatiuam communem, quæ in ipsa remanet post operationem virtutis propriæ: & hanc virtutem, & operationem communem habet ratione caliditatis, vel vacuitatis, modo omne quod attrahit ratione calidi, vel vacui, attrahit citius, quod subtile est, quam crassum, & ideo cholera cum sit subtilior, quam ipsa scilicet melancholia, post euacuationem phlegmatis euacuabitur cholera, postea melancholia, sed causa potest esse: nam vt apparuit supra, vna causa, quare vna medicina euacuat vnum humorem post alium erat, quia medicina inferebat vim naturæ, & ideo quando medicina euacuabit proprium humorem post illum, debet magis euacuare illum, qui magis molestat naturam, qui etiam magis abundat in corpore: & ideo si rhabarbarum euacuauit choleram in aliquo, post ipsam debet euacuare phlegma, postea melancholiam, eo quod magis phlegma molestat, plus etiam de eo est in corpore, quam de melancholia: vltimo vero educit sanguinem, eo quod cum sit thesaurus naturæ, non molestat naturam, etiam si sit de eo in corpore plus, quam de alijs humoribus. Aduertendum est, quod id quod dictum est, habet verum, quando solum iste humor, qui debet principaliter euacuari à medicina, peccat in quali, aut in quanto, vel vtroque: alij humores sunt secundum naturam: nam si aliqua medicina euacuat choleram, & illa peccet in quali in corpore, phlegma autem non peccet, sed magis peccet melancholia in quali, tunc contingit, quod medicina, quæ euacuauit choleram, post choleram euacuabit melancholiam, & non phlegma, etiam supposito, quod phlegma peccaret in quanto, & non in quali, vt melancholia, & ideo etiam si aliqua medicina detur principaliter propter vnum humorem euacuandum, & iste humor in corpore non peccet, tunc ipsa euacuabit prius humorem alium peccantem, quam illum, quem debet principaliter euacuare, etiam si medicus faciat illud ex errore, & ex hoc apparet, quod hic ordo debet intelligi in corpore, in quo solum iste humor, qui debet principaliter euacuari à medicina, peccat in quali, alij autem humores non peccent in quali. Et ex hoc apparet quare vltimo, & rarius educit sanguinem, eo quod raro est, quod sanguis peccet in quali, sicut alij humores, etiam natura ipsum recondit pro thesauro. Sed tu dices, quare etiam non coarctat hunc ordinem ad medicinam euacuatiuam melancholiam principaliter? Dico quod satis datur intelligi ex dictis ab eo: nam si aliqua medicina euacuat principaliter melancholiam, post ipsam euacuat choleram, postea phlegma, vltimo necessitate natura, euacuat sanguinem.

N Vllum enim medicamentum facultatem habet primam, & per se hæmagogam, id est, qua sanguinem abigat, & vacuet, quem natura vsq; ad postremu retinet, neq; trahi permittit, nisi coacta vi medicamenti immoderatiore.

A Duertendum, quod Mes. in suis verbis ponit duo in genere, vnum est, quod nõ est reperire aliquã medicinam regulariter, & de propria intentione sanguinis eductiuam & causa est, quia natura eũ recõdit vsque ad vltimum. Secũdum quod ponit Mes. in his verbis est, quod licet nõ sit aliqua medicina, quæ de propria intentione euacuet sanguinem, tamẽ virtus, siue natura coacta ab effrenitate pharmaci vltimo illum expellit. Ratio primi potest esse duplex, prima est, quoniam si natura nunquam intendit principaliter, & regulariter sanguinem à corpore expellere, sed ipsum ad vltimum retinere, secũdum quod est ei possibile, tunc non reperitur medicina, quæ principaliter illũ euacuet: sed ita est, quare &c. Maior est nota, quia medicina regulariter operans solum illum humorem expellit, quem natura intendit euacuare, minor est nota, eo quod sanguis est thesaurus naturæ, quem nunquam intendit expellere. Secũda ratio est, quoniam si medicina solutiua non habet à proprietate ipsũ sanguinem attrahere, tunc non est reperire medicinam quæ regulariter, & per se sanguinem euacuet, sed ita est, quare, &c. Maior est nota, eo quod istæ medicinæ euacuant humores, & eos attrahũt per proprietatem, minor apparet ex eo quod natura principaliter attrahit sanguinem, eo quod membra ex eo præcipue nutriuntur, & si attrahit alios humores, hoc facit, vt cũ sanguine sint permixti, quoniam non attrahuntur nisi permixti cum sanguine aut etiam propter diuersitatem membrorum in actu nutritionis ipsorum: vnde quædam magis indigent sanguine melancholico, vt ossa, quædam sanguine cholericico, vt pulmo; & sic de alijs. modo scitis, quod attractio naturæ, quæ attrahit sanguinem est opposita naturæ ipsius medicinæ solutiuæ, eo quod medicina attrahit per virtutem venenosam quæ est in ea, virtus autem venenosa est contraria naturæ corporis, quare concluditur, quod non reperitur medicina principaliter sanguinis euacuatiua. Tamẽ istæ rationes non sunt demonstratiuæ: non enim concludunt, quod nullo modo possit reperiri medicina sanguinis eductiua, imò bene reperitur, sed tamẽ medicus non debet eã alicui ostendere, nec demonstrare, cum illa medicina sit valde effrenis, physicus etiam medicus non potest sic subuenire nocumẽtis eius vnde Gal. ponit in li. de simp. pharm. quod talis medicina sanguinis eductiua non reperitur, & si reperitur, medicus ea vti non debet: nõ enim euacuat sanguinem nisi propter pessimã accidentia, quæ inducit, & nocumẽta scilicet excoãdo venas, & superflue aperiendo scilicet orificia venarũ, & etiam quando valde superfluit in euacuatione, vt ipse statim ponet, & iam magis tute, & commode possumus sanguinem euacuare, quam cum medicina: possumus enim eum euacuare per phlebotomiam, & cum ventosis, nõ autem sic alij humores, eo quod alij humores euacuatur magis cum electione, non autẽ ex necessitate vacui, vel consecutione vnus ad alterum, sicut contingit quando ex phlebotomia sanguis euacuatur; euacuatur enim magis ex necessitate vacui, vel ex quadam consequentia, quam ex acuetur electione.

B Litter illũ euacuet: sed ita est, quare &c. Maior est nota, quia medicina regulariter operans solum illum humorem expellit, quem natura intendit euacuare, minor est nota, eo quod sanguis est thesaurus naturæ, quem nunquam intendit expellere. Secũda ratio est, quoniam si medicina solutiua non habet à proprietate ipsũ sanguinem attrahere, tunc non est reperire medicinam quæ regulariter, & per se sanguinem euacuet, sed ita est, quare, &c. Maior est nota, eo quod istæ medicinæ euacuant humores, & eos attrahũt per proprietatem, minor apparet ex eo quod natura principaliter attrahit sanguinem, eo quod membra ex eo præcipue nutriuntur, & si attrahit alios humores, hoc facit, vt cũ sanguine sint permixti, quoniam non attrahuntur nisi permixti cum sanguine aut etiam propter diuersitatem membrorum in actu nutritionis ipsorum: vnde quædam magis indigent sanguine melancholico, vt ossa, quædam sanguine cholericico, vt pulmo; & sic de alijs. modo scitis, quod attractio naturæ, quæ attrahit sanguinem est opposita naturæ ipsius medicinæ solutiuæ, eo quod medicina attrahit per virtutem venenosam quæ est in ea, virtus autem venenosa est contraria naturæ corporis, quare concluditur, quod non reperitur medicina principaliter sanguinis euacuatiua. Tamẽ istæ rationes non sunt demonstratiuæ: non enim concludunt, quod nullo modo possit reperiri medicina sanguinis eductiua, imò bene reperitur, sed tamẽ medicus non debet eã alicui ostendere, nec demonstrare, cum illa medicina sit valde effrenis, physicus etiam medicus non potest sic subuenire nocumẽtis eius vnde Gal. ponit in li. de simp. pharm. quod talis medicina sanguinis eductiua non reperitur, & si reperitur, medicus ea vti non debet: nõ enim euacuat sanguinem nisi propter pessimã accidentia, quæ inducit, & nocumẽta scilicet excoãdo venas, & superflue aperiendo scilicet orificia venarũ, & etiam quando valde superfluit in euacuatione, vt ipse statim ponet, & iam magis tute, & commode possumus sanguinem euacuare, quam cum medicina: possumus enim eum euacuare per phlebotomiam, & cum ventosis, nõ autem sic alij humores, eo quod alij humores euacuatur magis cum electione, non autẽ ex necessitate vacui, vel consecutione vnus ad alterum, sicut contingit quando ex phlebotomia sanguis euacuatur; euacuatur enim magis ex necessitate vacui, vel ex quadam consequentia, quam ex acuetur electione.

C Quod si sanguis iam corruptus est, ac conputruit, sanguis esse delijt, & portione tenui in bilem stauam abiit, crassa in atram, vt inquit Gal. quam vtranque medicamento purgante vacuari posse, nemini ambigitur. Emouet quandã obiectionem. Dixerat, quod nõ reperitur aliqua medicina euacuatiua sanguinis

D iam magis tute, & commode possumus sanguinem euacuare, quam cum medicina: possumus enim eum euacuare per phlebotomiam, & cum ventosis, nõ autem sic alij humores, eo quod alij humores euacuatur magis cum electione, non autẽ ex necessitate vacui, vel consecutione vnus ad alterum, sicut contingit quando ex phlebotomia sanguis euacuatur; euacuatur enim magis ex necessitate vacui, vel ex quadam consequentia, quam ex acuetur electione.

Quod si sanguis iam corruptus est, ac conputruit, sanguis esse delijt, & portione tenui in bilem stauam abiit, crassa in atram, vt inquit Gal. quam vtranque medicamento purgante vacuari posse, nemini ambigitur. Emouet quandã obiectionem. Dixerat, quod nõ reperitur aliqua medicina euacuatiua sanguinis

MOND;

Quædam reperitur med. de propria intentione sanguinis eductiua.

Lib. 7. de dif. feb. ca. 22

MOND de

med. oppo. tracta. natura.

Notandum.

Secundum. In illis euacuatis similitis sanguinem in vltimo.

CANONES

de propria intentione, mō diceret aliquis, non est verum, eo quod sanguini putrescēti inuenitur medicina eum euacuans Responderet & dicit quod iste sanguis recessit à natura sanguinis: nā dicit ipse auctoritate Gal quod sanguis putrescēs subtile eius cōuertitur in choleram, & crassum eius conuertitur in melancholiam & ideo qua ratione inuenitur medicina euacuatiua ipsius cholerae & melancholie, ita etiam medicina eadem euacuatiua est sanguinis putrescētis, cuius subtile est conuersum in choleram, & crassum in melancholiam: vnde tenet naturam humorum, in quos transmutatur, & ex hoc apparet, quod non solum Auic. immo etiam Mes. & alij authores posuerunt quod de intentione fuit Gal. quod sanguis putrescens non est sanguis, de hoc tamē est dubium, & hoc dicitur perfecte in secundo de feb. Tamen sciendum ad presens, quod sanguis putrescens, aut est in fieri aut est in facto. si est in fieri, tunc adhuc seruat naturā sanguinis, & non est conuersus in choleram, nec in melancholiam, sed est aptus conuerti ad illos: si autē sanguis iste sit in termino putredinis, tunc non seruat naturam sanguinis; imō eius subtile iam est cholera, & eius crassum in melancholiam est conuersum. Sed tu dices, si sanguis est in putrescēti, reperitur ne medicina ipsius euacuatiua? Dico quod non, nam quod talis medicina non reperitur, hoc non est ex parte virtutis, eo quod virtus, & natura regitina totius gaudent bene in eius expulsionē: sed hoc est, quia nō inuenitur aliqua medicina, quæ à forma specifica possit sanguinem euacuare, & si reperitur talis medicina, tamen aliter, & meliori modo posset talis sanguis euacuari, quam à medicina, quia cum phlebotomia, & ventosis, etiam talis medicina posset sanguinem laudabilem euacuare, & nō putridum, aut magis euacuare, quam putridum, etiam nō posset sic resisti nocuētis talis medicina euacuatiua sanguinis, sicut si euacuaretur cū phlebotomia, & ventosis, non enim medicus potest sic regulare medicinā euacuatiuam, sicut phlebotomiam tantum licet ipse sanguis putridus euacuari possit per phlebotomiam adhuc circa istum humorem expectamus digestionem, antequam euacuetur. sicut circa alios humores, vt ponit Auic. primo ca. fen. iij. c. de phlebotomia.

Vinum detur
med. euacuatiua
sanguinis
actualiter putrescentis.

COST.

Cap. 4.

A Nimaduersione hoc etiam dignum est, quod ait, m dicamentum nullum propriam, ac pedicularē sanguinis detrahendi habere facultatem, naturam enim sanguinem ad postremum vsque retinere, neque vt trahatur permittere, nisi coactam. At contra Gal. lib. de purg. medic. fac. deprehensum sua tempestate hamagogum medicamentum testatur, neque alioqui ratio, quam hic Mesues affert opportune off. rri videtur, non enim si natura tantam sanguinis habet curam, id sequitur, vt medicamentum non detur sanguinem ducens: habet e quidem natura etiam hominis curam, cuius gratia passasse inferiora hæc aiunt omnia; at ea tamen venena plura, animalia homini infesta infinita quotidie pfert. Profecto sanguinem ducunt medicamenta plura immoderatus sumpta, hæc tamen hamagoga non sunt, quod primo loco eum non extrahant, sicut cholagoga bilem, phlegmagoga pituitam, melanogoga atrum humorem præ omnibus eliciunt: sanguinem etiam per vrinis eruum, & cantharides detrahunt, sed neque de his est sermo, quæ purgatoria non vocantur. aloë quoque sanguinem detrahit per venas sedis (vt ait Mes.) proprietate, sed non primo loco, neque attrahendo id agit: verum bilem primum allicit, sanguinem vero ob id detrahit, quod ora venarum referet; atque hæc propterea non est per aluum expurgatio, de purgantibus autem que hæc nunc instituta est, an eorum aliquod primo loco

E ex proprietate humorem hunc extrahat, sicuti alios humores alia. At Gal. quidem, tale quoddam suo tempore inuentum testatur. Vere tamen (vt ingenue dicam) cogit me adducta à Mes. ratio, vt nullum tale inueniri medicamentum suspicer, nempe, quod natura sanguinem totis semper viribus custodiat, neque trahi nisi coacta permittat. At contra argumento sumpto à simili obijcis naturam venena, belluazq; ac ferarum homini aduersas. & infestas proferre, licet eius precipuum, ac veluti primam curam gerere videatur. addisq; experimentum Galeni acate comprobatum, verum ad hæc. Modicamentum id sanguinem educens, ex proprietate ne ac primo loco id ageret, an potius manifestis qualitatibus secundo ac erodendo, aut post immoderatam aliorum humorum euacuationem, non asserit Galen. sed quod inuentum illud asserit obseruatione facta in suillo iecore; coniecturam facio, id ex ijs fuisse, quæ erodendo, dissoluendoq; agerent: propterea ergo non aduersatur nobis Galeni historia, qui de ijs verba facimus, quæ x proprietate, ac primo loco sanguinem educunt. Quod autem aduersus rationem nostram asseritur, irritum puto, & vanum. Est enim vt medicamentum tale ad sit sanguinem appetens, & attrahere primo loco contentens; quum tamen fieri humoris vllius attrahitio non possit, nisi annuente contententeque retentrice membrorum facultate; propria hæc partium natura tuendo sanguini, quo alimenti gratia egent, tota operæ semper incumbens, trahi illum primo loco, si integre partes sint, non sinit; sed admittet omnes antea humores alios, quam sanguinem. Firma ergo ratio est Mesua. qua hamagogum medicamentum non inueniri persuadet.

O Mnia autem, quæ summe & efficiant virtute purgant medicamenta, sanguinem tandem, non tamen propria vi educunt, sed vel ex coriatis venis, vel orificijs venarum tam late apertis, vt sanguis effluat: vel sua vi immoderatiore extremam vacuationem moliente. Quæ sunt, aloë mala, cucumer agrestis, centaureum, colocynthis vnica in planta vna, scammonium è regione Scenitarum, euphorbiū, thymelæa seu granum gnidium, præsertim paruum. Sunt tamen medicamenta quædam, sanguinem purum & clarum efficientia, vt lupulus, adianthum album, rhabarbarum Sceniticum, serum lactis, præcipue caprarum bono pastu educatarum: succus rosarum, casia fistula, absinthium, fumaria, aloë, succus bonorum fructuum vt Damascenorum, asphodelus, potissimumq; ipsius succus & similia. Medicamenta autem præcipue cholagoga sunt, aloë, scammonium, absinthium, eupatorium, lupulus, myrobalani citrea, fumaria, rhabarbarum, serum lactis, succus rosarum, viola, casia fistula, tamar Indi, manna, pyllium, pruna, succus fructuum bonorum, Phlegmagoga vero magis sunt, myrobalani cepulæ, emblicæ, bellerica, sal gemma, colocynthis, turbit, stoechas, iris, sarcocolla, balanus myrepica, ricinus, hyssopus, thymus, opopanax, sagapenum, euphorbium, aristolochia, enicus, centaureum, eupatorium, agaricus, cucumer agrestis, hermodactyli, scilla, cuminum, asarum, polium, polypodium, vrtica, zingiber, serum lactis, mel, saccharum rubrum. Bilem atram proprie, & potissimum vacuat, epithimum, stoechas, myrobalani

na solutiva debilis: & parum de phlegmate euacuat de se, & est subtile est. Secundo modo dicitur medicina debilis hoc modo, ratione loci à quo euacuat, quia scilicet non euacuat à longe, sicut siracost. casia: terebiabin .i. manna. & tamarindi, hæ enim medicinæ non euacuant nisi humores, quibus obuiant in vijs communibus expulsionis, vnde si inueniat humores crassos, & multos in vijs cõmunibus, ita eos euacuat sicut cholericos, vel alios subtiles humores, & ideo hæ medicinæ non dicuntur debiles primo modo, sed dicuntur debiles secundo modo, quia non possunt euacuare multum à longe.

VT turbith, zingibere adiutum, pituitã crassam, & succum crudum vacuat, alioqui p se non vacuaturum. Epithimum cum sero lactis, vel hydromelite, vel sale Indo, vel sale gemma, vel myrobalanis nigris, potentius purgat. Manna cum thymo, aut ammi, aut cardamomo, laudatam & abiolutam facit purgationem. Hermodactylus cum cumino, aut pipere, item hermodactyli puluis cum succo scilla; vel raphani in trochislos coactus, materiam crassam, & lentam à iuncturis mire educit. Si autem tardius, & longo post tempore purget medicamentum, (vt agaricus, aloë, hermodactylus, turbith, & similia) misce purgationem tuto accelerantia, vt agarico oxymeli, sale gemmeum: aloë, aromata: hermodactylo, scillam, raphanum; turbith, zingiber.

MOND. **H**ic aduertendum, quod aliqua medicina admixta medicina solutiua dicitur accelerare suã operationem per virtutem sigillatam, & occultam, sicut quũ cum agarico permiscetur fecaniabin, aut species aromaticæ. Secundo modo dicitur accelerare operationem eius per suã virtutem communem, quam habet inducẽdo scilicet mordicationem in stomacho, & hoc modo sal gemma eis admixtũ accelerat operationem, & sal commune, & sal nitrum, & sal indũ ad huc etiã accelerant sui operationem per proprietatem. Aloë autem cum speciebus alefanginis, idest cum speciebus aromaticis, & hæc est cã quare Gal. & alij auctores in compositione hieræ non solum ponunt aloë, sed etiam ponunt species aromaticas, vt habeant accelerare eius operationem, cum illa operatio sit valde tarda, sicut est spica assata, cyminum, & folium, & similia. etiã propter aliud ibi ponuntur species aromaticæ, vt. s. confortent virtutem stomachi, & cordis & aliorum membrorum, quibus obuiare potest medicina solutiua sui malitia; & turbith cũ zingibere proprie. Et ex hoc apparet, quod non est inconueniens. quod vna & eadem medicina admixta medicina solutiua debili fortificet eam in operando, & tarde operando: nam ponebat etiam supra, quod zingiber admixtum turbith fortificat, & vigorat eius operationem, modo ponit, quod accelerat eius operationem.

Canon secundus.

Medicamenti malignitatem permutamus, his mistis, quæ proprietate quadam id præstant. Malignitas autem medicamenti in ea parte plurima est, quod corpus & senescere cogit, & vsu crebro lædit, partes ipsas principes virtutum nos gubernantium ceu fontes, & spiritus, caloremque natium, hæc motores, infirmat. Quapropter medicamenti soluendo purgantibus miscere cogimur, quæ cor, & alias partes principes quadam proprietate roborant; illaque purgantia fa-

Alubria reddat, adeo vt mistis vtrisque; corpus sit sanũ, & iuuenescere videatur. Qualia sunt cardiaca, stomachica, cerebrica, & quæ alias quoque partes principes, & viscera roborare cognoscuntur. Cor namque in oĩ vacuatione, in primis roborandum est, (quod ipsum cor, ceu vitæ basim, symptomata purgationi succedentia primum infestent:) secũdo loco ventriculus, vt qui medicamentum primus sit suscepturus. Alia v̄ vero partium robori non admodum, nec primo studemus, nisi cum ab ipsis vacuandum est. At medicamentum facultate cardiacum, quadruplex eligendum est: vel roborans tantum, vt poma dulcia, & aromatica, xylaloe, dõronicum, & similia: vel alterans purgantis medicamenti temperiem, tam calidam, vt dum scammonio rosa, santala, & similia, miscentur: quam frigidam, vt dum tamar Indis miscetur macis, & similia: vel roborans, & simul purgationem adiuuans, vt succus rosarum, & violarum, & myrobalani emblicæ, & similia: vel purgantis violentiam, & immodicam vacuationem exoluẽs, ac remittens, vt succinum, spodium, & similia. Stomachicum vero etiam miscendum medicamenti dissoluendo purgantibus, vt stomachũ, [& hepar] facultatis naturalis fontes, muniat & tueatur: cuiusmodi est, mastiche, spica nardi, & similia: vt etiam à medicamentis excitatã intemperiem corrigat, calidam, frigidam, humidam, siccam. Quam in rem victus quoque ratio idonea iuuat, à nobis contra hæc institui cõsueti. Miscẽdum item cerebricum aliquod medicamentum: quam ob rem plerique medici (vt ait Galen.) hieris miscuerunt nucem moschatam, cerebrum, & nervos roborantẽ: quod idẽ præstat stœchas, gallia, castorium, & similia. Hepaticum similiter miscendum, & alijs partibus familiare medicamentum, qualia plurima inuenias in tabulis medicamentorum simplicium.

Libro secretorũ Galeni scribitur: hæc enim nucem ignorauit.

Canon tertius.

Meliorem medicamenti purgationem reddunt, quæ ipsius virtutem ad partem purgandam insita sibi proprietate deducunt.

Hic sunt duo notãda, primum est quod melioratio medicina solutiua est triplex. vna est, quæ fit per medicinam aliam fortificatẽ, & accelerantem operationem medicinæ, alia est quæ fit per medicinam aliam, quæ appropriat eam, quod nõ est aliud, quam appropriato operationis ipsius ad membrum vel ad corpus, à quo euacuare intendimus, ita quod non ab alio, modo prima melioratio medicina solutiua acquiritur in r. c. præcedẽti ab isto, in quo docebat Mesue addere in virtutem, & operationẽ medicina solutiua, & accelerationem suę operationis, sed secũda melioratio ipsius medicina solutiua acquiritur per aliud capitulũ sequens illud immediate, & de illa etiam non intendit Mes. hic, sed intendit de tertia melioratione, quæ est per medicinam aliam appropriatẽ ipsam ad determinatum membrum, siue sit caput, aut pectus, aut similia: ista autem est magna melioratio in medicinis; nam quando medicina aliqua euacuatua absolute à toto corpore est, quod quõdoque medicus vult euacuare determinatum humorem, vt phlegma à determinato membro: nõ medicina de se hoc non faceret, quare bonum est miscere, cum ea medicina, quæ ipsam ducat ad id determinatum

MOND.

CANONES

natum membrum, & euacuet ab eo determinatam humorem, & ideo tunc per illam medicinam remouetur eius nocuum, nā si volo euacuare phlegma p̄ter naturam contentum in capite tantū, exhiberem medicinam euacuātem, absolute à toto, tunc quā ratione euacuabitur id phlegma p̄ter naturā contentum in capite, ita euacuabitur et aliud phlegma naturale contentum in hepate aut in stomacho, aut in alio membro, & sic inducitur inde nocuum. modo si miscuero illi medicinam respicientem caput, illam ibi perducens, remouebitur hoc nocuum. Etiam ex hac permixtione acquiritur aliud maius iuuamentum: nā si volo medicina confortatiua materiam cōtentam in cerebro euacuare, & cum medicina solutiua, nisi apponatur medicina alia, quæ cerebrū respiciat, & illā ducat ad ipsum, tūc medicina solutiua vagatur, q̄a ita euacuabit alia mēbra sicut cerebrum, & sic cōtingit, quod non in sufficiēti quantitate euacuabit à cerebro. Secūdo est aduertēdum, quod duplex est medicina, quæ alteri admixta facit ipsam penetrare ad membrū, quædam est, quæ hoc facit per sui virtutem, vel per sui qualitatem cōmūnem primam, secundam, vel tertiam, sicut isto mō acetum, vel vniuersaliter omnis medicina penetratiua; alia est medicina, quæ alteri adiutrix facit illam penetrare ad membrum per sui virtutem occultā, siue proprietatē, sicut isto modo crocus facit euenire medicinas hepaticas: modo Mes. intelligit hic non de primis medicinis, quæ faciunt alias penetrare per virtutem cōmūnem, sed de secundis intelligit, quæ faciunt alias penetrare per proprietatē, eo quod semper sermo ipsius Mes. de consolatione medicinarum est respiciens formam specificam.

COST.

In superioribus quum de medicamentorum purgantium differentiis ageret, in se ipsis etiam trahendi ex peculiari regione proprietatem scripsit, quam rem particulatim est prosequutus: hic, alia etiam non purgantia affirmat eadem proprietate praedita, qua peculiarem corporis partem spectent, quod quidem occultarum proprietatum derisores, si forte derideant, occulta enim, & hac proprietate est, habes quem illis obijcias Galenum, quem vnum sibi sapientiae ducem faciunt. 1. de comp. med. per genera, & lib. de ther. ad Pis. & alibi. quod enim eupatorium iecori, asplenon, et vnguentaria glans lieni, pulmo vulpis, thoraci, betonica, & saxiphragia renibus opitulentur, quod cantharides vesicam, lepus marinus pulmones offendat, non alia est ratio, quam ignota hac proprietate.

Natura enim medicamenti actionem dirigit, & hanc, & illam ipsius virtutem distinguit, & dirigit. Medicus autē naturę ipsi, rebus inuicē, quā optime fieri potest, multis suffragatur. Domini enim benedicti opere factū est, vt rerum sumptarum proprietates natura dirigat, aliter tamen atque aliter: vt exempli gratia, agarius cum stachade, aut acoro, capitis affectibus prodesse certo cognoscitur: hepatis autē, intybus, & cichorium agreste, spicam nardi, thoracis, thymus, & hyssopus. Confidimus igitur naturam ad partes virtute medicamentorum varia agentes, hoc & illud transmissuram: cum sint hæc instrumenta ipsi auxiliantia, quæ natura sapiens distinguit, & dirigit: quomodo exempli gratia artificis norma, & perpendicularum subseruiunt, illa ad angulos constituendum, hoc ad operis rectitudinem. Sic naturam confidimus his vel illis partibus, hac virtute rei sumptæ necessario egentibus, porrecturam, praestaturamque.

E aduertendū quod medicus aliquid potest permiscere medicinae solutiue ducēs ipsam ad determinatum membrum duobus modis. vno modo quā est secum fermentata, & redacta ad vnam formam, et tunc ea valde reducit ad illud membrum: nā cum acorus de se respiciat cerebrū, quā ratione ipse solus vadit ad cerebrum, ita eadem rōne medicinam secū fermentatam illuc ducet, vnde ista talis medicina determinatur tali mēbro per ipsum acorū, aut stachadem. Secundo modo potest ei permisceri, quā secum non est fermentata, nec redacta ad vnam formā, et hoc etiam ducit ipsam medicinam solutiua ad determinatum membrum: nam licet quā permiscetur hoc modo agarius, et acorus, vtrunque seruet suam virtutem, quā ratione acorus stimulat virtutē corporis, vt per eā, ad cerebrum perueniat, ita etiam stimulat agariū, vt ibi conducatur, et natura ab eo irritatur, ab eo præcipue fit causa iuuamenti, et non nocuum, cum duo de medicinis contrarijs ad inuicem permixtis, qualiter vna ex illis vadit ad determinatū membrum, et alia ad aliud membrum, hoc autem magis infra apparebit.

MOND.

Prestantiora igitur medicamenta purgantia peccimus miscendo, quæ illorum virtutes ad partem vacuandam deducunt. Illa vero sunt (vt diximus) quorū virtus huic, vel illi parti est familiaris. Hoc autem loco docere libet medicamentorum cum partibus cognationem, quæ aliorum medicamentorum virtutes ad partes ipsas perducit. Ad caput enim medicamenti purgantis facultatem deducunt, nux moschata, pæonia, stachas, acorus, xylaloe, sal Indus, sal gēma, balsamum, xylobalsamum, carpobalsamū, anacardus, thus, ladanum, buthurscenden, myrrha, chamædrys, chamæpitys, scœnu anthos, scilla, spica nardi, castorium, gentiana, thymus, hyssopus, opus Cyrenaicus, strobili, piper, maiorana, lagapenum. Ad thoracem vero, & pulmones, iris, thymus, hyssopus, crocus, glycyrrhiza, eius succus, vna passæ, adianthum, scilla, ammi, cardamomum, succus brassicæ, ius galli antiqui, nasturtium, amygdalæ, strobili, auellana, pulmo vulpis, sceli, opopanax, myrrha, lagapenu, raphanus, calamus aromaticus, asphodelus, volubilis maior, laurus, calamynta, labina, violæ, aristolochia [vtraque], tragacantha, gummi, thus, mel, saccharum, morum, scenum Græcum, marrubium, lilium, & similia. Ad hepar item, spica, asarum, anisum, sceniculus, & eius succus, intybus, cichoriū agreste, amygdalæ amaræ, folium, daucus, eupatorium, absinthium, cancamū, cassutha, * grana quatuor, cinnamomum, asparagi, decoctum cicerum, chamædrys, arnoglossa, volubilis, iris, laurus, scœnu anthos, chamæmelum, fumaria, serum lactis, petroselinū & sceniculi succus, poliū, scilla, & similia. Ad splenem, daucus, calamintha, spica nardi, tamarix, capparis, cyclaminus, cortex salicis, sal gemma, sal Indus, iris, acorus, prasium, rubea unctoria, absinthium, eupatorium, anisum, sceniculus, aiparagus, castuta, asplenon, scilla, asarum, volubilis, scordium, agnus, chamæpitys, amygdalæ amaræ, aristolochia, & similia. Ad iuncturas denique medicamenti purgantem vim deducunt, zingiber, ruta, agrestis, opus Cyrenaicus, opopanax, thapsia, cardamomum, aqua porri: succus brassicæ; acorus: triplex piper: scordium, chamædrys, chamæpiti-

* Semen cucumeris. cucum. lica. melonis. citreus.

mapitys, thymus, amomum, polium, & similia. Quae ad alias quoque partes deducunt, virtutem medicamenti ex tabulis medicamentorum simplicium collige, nobis praestantiora, & praecipua scripsisse iussit.

Medicamentorum purgantium correctio, per ipsorum temperaturam contrariam.

Medicamenti purgantis temperiem immodice calidam, vel frigidam, vel humidam, vel siccam, [vel harum coniugatione aliqua noxiam] contrario aliquo valentiore, imbecilliore, aequali, pro scopis, & indicationibus varijs permutamus. Hac autem de re fusius scribere non statui, quae pleaque apud Halyfenem, & Alchindū legere potes.

Medicamentorum purgantium correctio, per ipsorum effectus contraria.

Medicamenta valenter purgantia, opus excitant violentum, & effecta saepe malefica, & noxia symptomata, naturamque prosterntia, qualia sunt conturbatio, animi deliquium, morsus stomachi, flatuum generatio, inflatio, p̄ctio, incisio, viceratio venarum in orificijs, apertio, attractio immodica, viscerum lubricitas, congelatio, siccatio, corrugatio, inuisicatio, seu adhesus, obstructio, arctatio, & similia. Quibus per ipsis effectis contraria est occurrendum: qualia plerumque sunt odore, aut sapore, aut tota substantia iucunda, ob id medicamentum melius, & salubrius reddentia. Odores enim iucundi, medicamentum reddit melius, quod agitationem, & nauseam sedat, cor & cerebrum roborat, animū gaudio exhilarat: fetens vero atque grauis, contraria molitur. Odoratum vero purganti medicamento opponatur, calidum, aut frigidum, quantum ipsius medicamenti intemperies postulat [& aegri, morbi, aeris.] Medicamenti quoque actionem temperat lapores iucundi, & medicamenti affectio contrarij, acerbis, austeris, acidis, dulcis, vinctuosus, salus, amarus, acer: prudente medico coniectore, qua horum differentia sit opus ad frangēdos medicamenti purgantis excessus varios. Res enim acres, ut aromata, flatus à medicamento excitatos, tenuat & dissipant: ob id ipsi haec miscentur, ut daucus; foeniculus, piper longum. Foeniculus, anisum, polypodium, & similia, scammonio mista, materiam crassam, lentam incidendo, appayant scammonio expellendam, id, quod ipsum forsan per se non effecerit. Scilla hieris magnis ratione eadem addita est, ut materias euulsu contumaces vacuent. Piper quoque hieris, & thapsia, & acria alia catapotijs fatidis, vim quadam trahendi à partibus remotis impertiunt. Eadem acria medicamenti purgationem imbecillam, aut tardam celerant, & efficaciorē reddunt; ob id ipsi turbith miscetur zingiber; ra-

Aphanus, hermodactylis: enico, cardamomum: quod necessario humorum cōgelationem tollit, & obstructions aperit, medicamentoq; penetrandi virtutem impertit, cum eam per se nō haberet: quo sine scordium, & diuretica acria magnis medicamentis miscentur. Medicamenta item amara, medicamentum acrimonia purgatorium non modo substantia sua quadantenus frangunt, ac reprimunt, sed etiam purgationem adiuvant: ob id recte quidam scammonio aloen miscuerunt. Amara praeterea stomachū firmant, & flatus dissipant, medicamentum [corpusque sumentis] à putredine imminente, & praesente vendicant. Salsa item medicamenta purgantem vim debilem, ac tardam celerant, & perficiunt: ob id salem gemmam, & alias salis species, recte agarico miscuerunt, & epithymo, & alijs purgantibus permixtis. His enim vigorem, & facilem actionem crassas, & lentas materias incidendi, & tenuandi, & tergendī facultatem impertiuntur, siccitatem intendunt, ob id sitim excitant, eaque putrere, & putrefacere prohibent, & fieri coeptam putredinem emendant, humores partibus merfos, & imbutos exiccant, obstructions liberant, flatus dissipant, quosdam tamen conturbant, alijs conturbationem sedant. Vinctuosa vero medicamentum lubricando purgatorium, magis lubricum faciunt, & quod adhaerere est proclive, simul lubricant, & tardius purgans cito deturbant, acrimoniam, morsumque pungentium frangunt, asperitatem leniunt. Quibusdam tamen nauseabunda sunt, & stomachum infirmant. Dulcia medicamentum purgans etiam prius abominabile, efficiunt gratius, magisque tum lauans, tum tergens, tum expurgans: turbationem sedant, acrimoniam & morsum ferantem frangunt: purgationem tardam celerant, & ne medicamentum adhaereat, lubricando prohibent, corpus roborant. Ob haec sunt velut fundamentum, & materia compositionum. Quibusdam tamen inflammationem pariunt, alijs flatus. Insuper purgans medicamentum lubricant, eiusque inflammationem extinguunt, acrimoniam obtundunt, morsum ferrantem auferunt. Acida medicamenti purgantem calorem, & ab eo cordis, ventriculi, & corporis reliqui inflammationem extinguunt, morsum, & acrimoniam obtundunt, nauseam, & conturbationem sedant, vim penetrandi, & incidendi, & tenuandi augent. Styptica omne medicamentum purgans, praecipue quod acrimonia soluit, & immodice trahit, & venas proprietate innata sic aperit, ut sanguis effluat, & viscera excoriat, vel ea immodice lenit; & lubricat, melius reddunt tribus de causis: prima quia medicamento sic purganti repugnant substantia sua, non modo crassa, sed frigida, qua illius acrimoniam, & inflammationem frangunt. Ob id recte maiores scammonium in malo cydonio coxerunt, & eidem ipsum etiam commiscuerunt. Secūda, mistis quoque stypticis, facta ventriculi compressio citius & facilius, purgatorium illud vehemens à copore propellit: quocirca recte etiam scammonio myrobolanos miscuerunt.

vide lib. 7. simpl. conturbant maius. Amara caustionata. Gal. ut. Alchindū scripsit ut simul adhaerent: ut alia obstructa.

Atel. tartarum. & dulcia alia, ut coposita miscerunt.

Calen. lib. 3. simpl. 14.

Mesue. C Aduer-

N.D.

14

15

MOND.

Aduertendum sicut apparebit infra cap. de scam-
monea, quod ipsa scammonia consolatur mul-
tis modis. Vno modo per solam affationem, non cum
re alia admixta, sed ponitur inter tegulas ad ignem.
Secundo modo consolatur, quia accipitur pasta ex
farina frumenti, vel hordei, & ex ea fiunt duae crustae,
postea scammonia clauditur inter illas duas crustas,
& ponitur in furno inter tegulas, & tandem dimitti-
tatur, quousque pasta sit decocta, & tunc scammonia
fit consolata. Tertio potest consolari per cytonia, &
hoc est dupliciter, vno modo, quia accipitur scam-
monea, & bene postea cooperitur, & ponitur inter cyto-
nia, ita quod cytonia ponantur ad ignem, sine in furno,
& scammonia circumdetur ab illis cytonijs, unde quo-
usque cytonia sint bene affata, tunc scammonia est
consolata: alio modo accipitur cytonium, & diuidi-
tur per medium, et in vtraque parte fit concavitas ex-
trahendo medullam cum seminibus, quae sunt in vtra-
que parte cytonij, postea impletur vtraque concavi-
tas ex scammonia, et bene postea cooperitur, et vni-
tur vna pars cytonij cum alia valde, postea ponitur
illud pomum in furno, vel inter tegulas, vel sub cine-
ribus, vbi steterit, quousque pomum sit bene decoctum,
ultimo habetur scammonia consolata, et haec est op-
tima ipsius consolatio: nam inde scammonia acqui-
rit stypticitatem, remittitur etiam sua acuitas, quia
non soluit ita fortiter, unde aliqua eius virtus praeci-
pue acuta remanet in cytonio, unde est cytonium ita
solutum sicut scammonia, quae cum myrobalanis
commiscetur: nam ipsa scammonia ex multa mora
quam posset facere in stomacho, posset stomachum
mordicare sui acamine, quod cum myrobalanis cum
ea admiscetur comprimunt sui stypticitate intesti-
na, et stomachum, et quod in eis est, unde cito fit eius
operatio, et non multum moratur in stomacho, si-
cut superius diximus.

Styptica denique cor, & ventriculū reliquas-
que partes nutritorias, ne à vehementibus il-
lis ledantur, muniunt, roborant, nauseamque, ac
ventriculi subuersionem sedant. Non solis autem
purgantibus valent, sed omnibus quoque
alijs mista styptica, ipsorum actionem reddunt
salubriorem. Dulcia vero omnibus commode
miscentur, praeterquam salis. Vnctuosā com-
mode miscentur acris, amaris, mordentibus,
pungentibus, vlcérantibus, agre lubricantibus:
dulcibus autem & insipidis, incommode: acidis
autem mista, ventriculum ad vomitum prom-
ptius euertunt. Acida salubriter miscentur acris,
vrentibus, mordentibus, dulcibus, & alijs
incendi aptis: inutiliter, amaris, salis, stypticis,
vlcérantibus, ferrantibus. Insipida vtiliter mis-
centur acris, amaris, salis, ferrantibus, mor-
dentibus, vlcérantibus, inflammantibus: stypticis
inutiliter. Salis inutiliter miscentur acris,
amaris, dulcibus vnctuosis: praeterquam quibus
actio imbecilla, aut tarda, vigore ob id indigent.
Omnia enim tarde, ac imbecilliter purgantia, ab
acris, & salis vigore accipiunt. Amara & acris
quodantenus vtiliter miscentur: salis vero, vlcé-
rantibus, ferrantibus, siccantibus, inutiliter. Po-
stremo glutinosa omnia, sua substantia medica-
mentorum malignitatem frangunt, & exulce-
rare viscera, venarumque ora aperire, interpositu
suo prohibent. Quapropter tragacanthum, aut
mastiche, aut bdellium, recte miscetur aloë, col-
ocynthidi, cucumeri agresti, & similibus. Hanc
in rem quoque ladanum esse mirum praedicant
nonnulli, praesertim si pauco oleo rosato solu-

Et tum, colocynthidi miscetur. Alia aliorum sunt
remedia à nobis particulatim dicenda in singu-
lis simplicibus purgatorijs.

*De proportione medicamentorum inuicem
miscendorum.*

Predicta autem medicamenta proportio-
ne, quantitateque idonea sunt permiscen-
da, vt ex his licet diuersa potentibus, vna
tamen facultas confluat. Qua igitur
mensura vnum alteri miscendum sit, vt salubre
fiat medicamentum, indicatione ab ipsorum
proprietas tantum sumpta, hic breuiter docere
statui, non etiam à quantitate, & qualitate: id
enim liber Halyienis, & Alchindi abunde docet.
Quod autem breuiter persequi statuimus, est hu-
iusemodi. Omne medicamentum purgans, aut
violentum est, vt scammonium, euphorbium,
granum gnidium, & alia multum acris: aut im-
becillum, vt casia fistula, manna, viola, & alia si-
militer dulcia, & salubria: aut mediocre, vt sub-
acris subamara, & alia violentorum, & imbecil-
lorum media, quorum magna est latitudo, ac per
magis & minus in bonitate, & malignitate dif-
ferentia. Adhaec omne alexiteriū (bezhah Arabes
vocant) quod medicamentū purgans emen-
dat, aut valenter, aut imbecilliter, aut mediocri-
ter iuuat: id est, medicamenti purgantis noxam
opposito suo frangit, vel intemperiem corrigit,
vel virtutem [cordis] regit. Valenter autem iu-
uant, quae praeterquam quod haec tria praestant,
etiam nos nutriunt, vt dulcia. Parum iuuant, quae
vno modo, vel duobus iuuant, tamen non nu-
triant corpus, sed ipsum alterando permutant, vt
amara, salis, styptica, & similia. Mediocriter iu-
uant quae pluribus modis commodant, & qua-
dantenus nutrire possunt, vt vnctuosā, insipida,
ex austero dulcia, vt dactyli, cydonia: aut dulca-
cra, vt mel: aut acidodulcia, vt mela: aut dulcia,
& simul insipida, vt poma. Si est igitur me-
dicamentum violentum, alteri plurimum iuuanti
miscendum: amboque proprietatibus inter se
ad militionem concordant, & consentiunt. De
vtriusque quantitate sic statuet, vt quod pluri-
mum iuuare cōsidis, largius misceas, ceu à quo
commodum expectas: violentum autem par-
cius, vt à quo propter actionem vehementem,
noxa corpori aliqua impendet. Id quod Democritus
his verbis volebat. Medicamentum ex
violento imbecillum efficias oportet. Quia me-
dicamentum alteri proprietatibus cōcordanti
mixtum, quantitate idonea est salubrius: non cor-
rectū autē, malignius. Quod si medicamentum
violentum alteri parum iuuanti miscendum est,
vtrunque est minuendum: illud quidem, ob im-
pendentem noxam: hoc, quia tantum illius tē-
peraturam, alterat, vel [actionem] immutat. Si
autem medicamentum imbecillum alteri valde
iuuanti miscendum est, illud vt pote ob debilita-
tem innoxium, est augendum, vt ei quantitas vi-
gorem, & robur adiciat (quod etiam voluit De-
mocritus, medicamentum ex imbecillo valen-
tius faciendum imperans:) augendum quoque
quod magnopere iuuans est, ob dictam prius
causam.

Artis
dicitur
diuina
quasi
regis

Medicamentum
tunc est
sicut
malis
sicut
sicut
sicut
sicut

Granata
vel
acidum
dulcium

COS

Copula

Copula

causam . Si denique medicamentum imbecillum alteri parum iuvanti miscendum est, illud augendum, hoc minuendum, propter dictas prius causas. Hæc de miscendorum quantitate tibi cognoscenda sunt: quâquam sunt, qui alia quoque addant, scopis alijs intenti.

Quibus modis ars medicamenta corrigat: & coctionis differentis.

Artifices medicis hinc modis mixturarum quasdam corrigunt.

Medicamenti purgantis malitiam ars reprimat, & facultates novas imperat, quatuor modis, coctione, lotionne, infusione, tritura. Coctio, vna est elixatio, altera assatio. Elixatio medicamenti humorem excrementosum coquit, resoluit, flatus ab eodem crassos, mordaces, ad nauseam ventriculium evertens, dissipat: eius denique acrimoniam, motus in corpore molestos, vni valde ferrantem, exoriantemque frangit, & prohibet. Propterea scammonium in pomo, vel cydonio coctum, vel in vase vitreo cum succo rosarum, & oleo amygdalarum dulcium, est præstâtius, vt mox in simplicibus dicemus. Attractio quoque medicamenti vehementior, & malignior elixatione obrunditur, vt cum medicamentum maleficum intra cavitatem alterius benigni coquimus, vt illius virtus in hoc fracta maneat: qualiter exempli gratia, si radicem raphani radicibus ellebori transfixam, sub cineribus coquimus, & eam damus edendam. Habet enim virtutem ellebori purgatricem, sed multum repressam. Sapani quoque, aut syrupum rosatum, quibus incoctum sit scammonium, propinamus. Id quod Philosophi appellant separationem rei secundum speciem, à re, quæ est secundum materiam, [hoc est formæ, & virtutis specificæ, à materia transumptionem.]

COST.

Vi vnius medicamenti vis in alterum transfertur, dicitur separatio rei secundum speciem à re, quæ est secundum materiam. & vt in sequenti capite de infusione, separatio proprietatis à proprietate. Meminit huius rei etiam lib. simpl. quum de rhabarbaro agit.

Exquid parum.

Propterea medicamentorum multorum malignitas reprimatur ipsorum coctione in herbarum, vel seminum, vel aliorum succis, & aquis, sua facultate illorum violentiam permittantibus. Cæterum coctionem non sustinent omnia æqualem, sed quædam debilem, alia valentem. Quorum enim virtus facile resoluitur, quia vel imbecilla est, vel in superficie est posita, vel in subiecto raro consistit, omnia eiusmodi parum diu, nec valenter coquenda sunt, quod virtus eorum à coctione immodica resoluitur. Talia sunt, semina quatuor [frigida maiora,] adiantum album, epithimum, violæ, & flores [propè] reliqui. Contrario his modo affecta medicamenta diu conquenda sunt. Omnia enim crassæ essentia cocta, sunt clementiora: omne item medicamentum, arte, & legitime coctum, parte plurima est benignius. Sic omnia acria decocta fiunt meliora (horum enim violentiam, si qua inest, coctio

Exquid multum.

A frangit) nisi si qua horum virtutem habent aut imbecillam, aut superficialiorem. Quæ denique inter hæc duo extrema sunt media mediocrem quoque decoctionem sustinent. Purgantia autem humiditate multa, aut lubricando, vel nihil, vel minimum coctio iuvat. Præter hæc, coctio facultates medicamentorum diuersas omnium optime permiscet, vt ex his omnibus vna resultet, velut concreta, faciens actionem: quarum si qua erit imbecillior, minus valenter coquenda est: vegetæ vero, magis. Calorem enim coquentem temperabis proportionem, & naturam substantiæ, tum facultatis coquendorum medicamentorum.

Medicinæ diuersæ non faciunt in virtute instam operationem, & compositam virtutem, nisi quando ipsæ adinuicem permiscentur, & præcipue vera mixtione secundum quod in eis est possibilis: nam melior modus mixtionis ipsarum est ille, qui fit per decoctionem ipsarum, & hoc habet verum in mixtione ipsarum in naturali, & artificiali hoc modo: nam scimus quod turbitu euacuat phlegma, agaricus choleram, epithimum melancholiam: modo quid est si volo omnes istas tres intentiones perficere, melius perficiuntur, quando istæ tres medicinæ simul permiscerentur, & maxime per decoctionem ipsarum adinuicem, bene tunc reducuntur ad quandam formam, in qua referuabitur virtus compositi, vnde postea euacuabuntur melius omnes isti tres humores. Et hæc est causa, quare ab auctoribus sunt illæ confectiones, & syrupi solutiui, & similia, et decoctio naturalis, quæ fit in talibus medicinis acquirit eis bonum modum permixtionis. vt ex eis resultet virtus composita, sicut quædo illæ medicinæ per longum tempus adinuicem compositæ agunt in se inuicem per eorum qualitates, ita quod per talem actionem refranguntur in quadam forma media, in qua sunt virtutes, seu operationes, sicut extremi colores sunt in medio colore, vt Auerr. ponit, hoc fit quando bene præparatæ sunt apud apothecarium, quia bene trituratæ bene ablutæ, et bene exiccata, et sic de alijs, exemplum huius ponit: nã videmus, quæ clystere nuper constructum ex aliquibus medicinis, si stet per duos, vel tres dies in intestinis nobilissimam facit operationem, quod non est nisi quia tales medicinæ melius ad inuicem in posterum permiscuntur, vnde videmus, quod medici diuersas virtutes attribuunt medicinis per diuersas ætates ipsarum, sicut apparet in theriaca, quæ quidem dum est noua, valde frigida, et oppillatiua, antiqua vero est valde calida.

MOND.

Flammeus enim ac vehemens, calor, medicamenti facultatem resoluit. Assatio autem in frixorio, vel patella facta coctio, medicamenti virtutem nunc auget, vt assata scilla purgatior euadit: nunc minuit, vt psyllium per assationem humiditate lubrica spoliatum, minus purgat. Alia quoque multa sunt assando meliora. Est quando medicamenti facultatem vnã assatio reprimat, & alteram vegetiorem reddit: vt myrobolani, rhabarbarum, assando virtutem purgatoriam remittunt, adstrictoriam intendunt: sunt enim ambo duplici hac facultate prædita. Sic balanus myrsica, cum sit vomitoria simul, & delectoria, per assationem excoquitur humiditas eius excrementosa, & nitrosa, ad nauseam ventriculolum cogens: remanet autem virtus delectoria.

Assatio facultas.

Mesues simplicibus.

Libro 6. simplicibus. Mesues in simplicibus.

Et quandoque per assationem vna duarum, &c.) In superpurgatione etiam rhabarbarum myrobolanum, & alia plura tosta commendabit. At contra Mesus. C ij veri-

Medicamentum est nunc...

Transactio...

verisimile est, ex vitione, addita ijs rebus acrimonia, eadem magis aerea euasiva, & violentius etiam irritatura ad excretionem. Ceterum ad hoc paucis, vitione & calidiora, & acriora reddi omnia negare nullus potest. Atqui ad hoc, que ita videntur, licet accidentaria caliditas maior accedat, naturalis tamen, qua tenuioribus partibus insidebat, dissipatis his ipsis a calore, ipsa quoque una cum connato humore dissipatur, atque abit, una vero etiam abit, qua insita illis erat acrimonia. In combustis ergo sola aduentitia acrimonia, ac caliditas superest: hęc vero non multo postea negotio etiam retunditur, facta videlicet in frigidis rebus maceratione, hac autem ablata in dicamentum, & minus deiectionum, magis autem exsiccativum remanet, ac propterea coercendo alui fluxui maxime opportunum. Non temere ergo hęc scribit Mes. verum ipsi etiam experimentum subscribit: observarunt enim patres nostri, observavimus etiam nos frequentissime huiusmodi artificio euentum nullo discrimine sequi expectatum.

De lotione.

Lotio medicamenta multis modis meliora reddit, nunc acrimoniam eorum superficiariam auferendo, (vt ex aqua) aut in Scagine tragacanthi lotum semen viticę, guttur, & partes alias, quas permeat, adurere desinit: sal quoque naphthicus (id est, Sodomites) aqua cucurbita, aut simili lotus, fit clementior: (nunc facultatem eorum maligniorem auferendo, salubriorem verò relinquendo,) vt lapis cyanus, & amentus moleste vomitoria, & deiectionia, per lotionem multam vomitoria esse desinunt, tantum clementer fiunt deiectionia: & cancamum lotum clementius purgat, tamen obstructions vt illorum liberat: & aloë lota potētius roborat partes nutritorias, minus aluum subducit: non lora contra.

MOND. Nam quando isti lapides lauantur per abluionem remouetur ab eis acuitas, per quā habent molestare stomachum. & inducere nauseam, & vomitum, imò etiam quasi omnes habēt lauari vt confortent, vnde videmus, q̄ isti ocularij in passionibus oculorum administrantes tutiam, aut lapidem hæmatitem abluunt, vt ab eis remoueat acuitas, & magis confortent oculos, & inde faciunt collyria oculorū, imò etiam si isti lapides haberent acuitatem in profundo, primo adurūt eos, vt per ignitionem illa acuitas ex profundo veniat ad superficiē, postea abluunt vt per abluionem illa superficialis acuitas ab eis lanetur, & remoueat, vnde isti ocularij nouies docēt eos ignite, & nouies docent eos lauare: hoc etiam fit in alijs rebus exterius approximatis, vt in calce: nam quandoq; abluunt, vt ab ea remoueat acuitas, & remaneat in ea virtus styptica per quā potē esse cicatrizatiua, & indurare carnem, vt fiat loco cutis.

Mesues in simpl. cap. de aler.
Nunc facultatem eorum valentiorē efficiendo, vt aloë ex aqua aromatum lota, potentius roborat: ex decocto autem valenter purgantium, vt agarici, turbitih, & similibus, si lauetur, purgātor euadit: lota denique ex aqua bdelij, aut tragacanthi, ora venarum sic aperire, vt sanguis inde effluat, desinit.

MOND. Ipsa iuuamēta sunt possibilis reduci ad diuisionem bimembrem hoc modo: nā ablutio aut fit in medicina, vt earum virtus remittatur, vel deperdatur, aut

secundo fit, vt per abluionem acquirat virtutem; si primo modo, & hoc dupliciter, aut quia absolute secundum abluionem remoueat virtus eius, aut in quantum medicina habet duas virtutes, quarum ab ea remouetur vna, & proprie malignior, & alia remanet: si primo modo, & hoc dupliciter, quia aut per abluionem remouetur aliquod magis intrinsecum a medicina, & sic est primum iuuamētum eius. si secundo modo, sic est tertium, si autem medicina abluatur, vt scilicet, quia habet duas virtutes, & ab ea volo alteram remouere tātum, & proprie maligniorem, sic est secundum iuuamētum, si autem per abluionem medicina ipsa acquirat aliquam virtutem, sic est quartum, & vltimum iuuamētum eius.

Nunc partes impuras auferendo. Quibus autem medicamentis virtus in superficie est (vt in tybo, cichorio agresti, rosis, & similibus) illa lotionem dissipatur; [ob id lauanda non sunt,] cætera magis, & minus lauentur, quatenus scilicet eorum virtus ferre potest.

De infusione.

Infusio quoque medicamenta efficit meliora, facultatem eorum nunc maleficam auferendo.

Aduertendum quod infusio, & ablutio, siue lauatio conueniunt & differunt, conueniunt, quia vtraque habet fieri in re fluida liquida, sed differunt quia lauatio habet fieri sine profundatione virtutis in re, quæ lauatur, ita quod in re, in qua lauatur non remanet virtus profunda rei, quæ lauatur, sicut conuenit de aloë quando lauatur, & de endiua, quia si lauatur solum, eius virtus superficialis calida ab ea remouetur, & non profunda, sed in infusione virtus rei, quæ infunditur, & profunda remanet in re, in qua infunditur, & infusio ipsa penetrat vsque ad profundum in re, quæ infunditur, sicut statim apparebit.

Sic mezereon, granum gnidium, & esula aceto macerata, acrimoniam superficiariam ferrantem amittunt.

Meo periculo affirmarim subesse hic mendum: quis enim acrimoniam Mezereon, & Seebran infusione ex aceto castigari credat? intendi ego profecto semper existimarim. Sed & turbitih, si ventriculum perturbat, cur lacte maceratum, & a seuto fere ex lacte statim, magis non turbet? Arbitror ergo castigandam literam, & quod de lacte scribitur, mezereon & seebran: ipsi autem turbitih quod de aceto, esse tribuendum. leniri equidem illorum acrimonia lac verisimile est, huius verum perturbatricem, aceto eius intimas partes subuenite, et quod statim atque adeo perturbationis materiam prabet, dissipante sui acrimonia, sedari, ne id præteream accelerari aceto turbitih ipsius actionem, sponte sua pigri admodum, & tardi. Confirmat coniecturam hanc nostram ipsemet Mes. lib. simpl. seebran & mezereon noxam castigans lacte: non autem aceto nisi in quo cydonia mala sint macta, & turbitih noxam palmulis aceto maceratis emendans, lactis ne verbum quidem faciens, Sed hac docti indicarint.

Et turbitih lacti recēs mulso infusam, & siccatam, ventrem turbare desinit: nunc bonam augendo (sic turbitih, succo cucumeris agrestis maceratum materiam crassam a partibus

MOND. Conueniunt & differunt vtraque infusio nem. & lauatio nem.

COST.

bus remotis valentius educit: & hermodactylus acero scillato, aut scille succo, aut raphani infusus à iuncturis potenter trahit: & agaricus oxymelite maceratus fit purgator: nunc in liquorem, cui infundantur transferendo, (vt liquor, cui infusa sit aloes, aloes virtutem adipiscitur, & in alijs similiter: quod multis de causis facimus: interdum vt medicamentum virtus ad partes remotas promptius penetrat, vt cum decoctum aromaticum, cui infusa sit aloes propinatur: interdum, vt virtus illa mitior fiat, vt dum scammonium panno ligatum incoquitur syrupo, vel sapa, vel alio succo: interdum vt facultas vna separetur ab altera, vt rhabarbarum, & myrobalani infusa, virtutem deiectionis liquori transmittunt, adstrictoriam retinent:) nunc nouam, vt lubricam impartiendo: sic medulla colocynthidos macillagie tragacanthi imbuta, ventriculi villis adherere desinit, cito permeat, nec sedi, nec vesicæ nocet: sic scammonium oleo violato infusum, & similia. Nec tamen medicamentorum omnium virtus sola in eum liquorem, cui infunduntur, transit: sed quorundam, vt casia fistula, tamar Indorum, & similia aliqua quoque substantia.

De tritura.

TRitura medicamentis admodum confert, multa quidem crassis, vt scammonio crasso: pauca vero tenuibus, & texturæ debilibus, & virtute cito exhalabili præditis, vt scammonio Antiocheno: mediocriter denique amborum medijs, quantoque medicamenti essentia crassior, tanto largiore tritura eget: quanto tenuior, tanto parciore. Confert autem medicamentis tritura, vt in vnum melius misceantur.

MOND. **E**st sciendum, quod ista triplex necessitas, & utilitas triturationis medicinarum non solum applicari potest medicinis solutiuis, sed et potest applicari cuiuscunque alteri medicinæ, siue sit alteratiua, siue digestiua, alteratiua, aut ex primis qualitatibus, aut secundis, aut tertijs. Omnis .n. triturationis propter istas tres causas, tamen magis hoc debet applicari medicinis solutiuis. eo qd de eis est hic sermo. Sufficiens autem istarum causarum habetur hoc modo: nam triturationis in medicina, aut sit, cum ipsa est componibilis cum alia, aut non, si primo modo, sic est prima necessitas triturationis. Si autem hæc triturationis fiat propter utilitatem medicinæ in se, & non vt ipsa est componibilis cum alia, hoc est dupliciter, aut enim sit vt acquirat utilitatem, quam non habet, & sic est secundus modus triturationis, aut vt perdat malitiam quam habet, & sic est tertius modus. Secundo est aduertendum, dicit enim, quod necessitas triturationis est sic vt miscibilia melius in vnam formam transmutentur, eã huius est duplex: nam miscibilia nõ bene reducuntur in vnam formam, nisi per alterationem, & commixtionem cuiuscunque, si ergo num quodque eorum seruet suam naturam, nunquam in vnum poterunt conueniri, & ideo oportet quod alterentur, & transmutentur adinuicem, ita quod transumpta à sua natura acquirant de nouo aliam naturam positiuam, hoc autem fieri habet per reductionem ipsarum ad vniuersumque ipsarum triturationem: sic enim magis alterantur à sua natura, & in aliquam vnam naturam conuertuntur, & ideo Auic. in 3. can. c. de compositione theriacæ, laudat dissolutionem, siue diuisionem medicinarum ad minima eam com-

ponentium, secunda causa potest esse, nam per triturationem, & diuisionem ipsarum minimum ipsius attingit minimum alterius. quare tunc facillime à sua natura permutantur, & acquirunt vnam formam: nam in rebus naturalibus quanto agens magis attingit passum ad minimum, ipsum etiam magis attingit, & in ipso fortius agit & facillime alterat passum.

Quæ res theriacæ, & alijs compositionibus est multum utilis, & necessaria: (vt aliquam facultatem nouam adipiscantur,) sic Galenus cuminum leuissime terendo effecit vetricum, quod prius erat deiectionis. Nam purgatoria acria interdum tenuissime puluerata promptius per ora vasorum penetrant in partes vrinarias, & alias remotiores, per easque vacuant.

In diaspolico lib. 4. de san. tuenda.

Galen. in quarto de regimine sanitatis, describens compositionem diacalamenti dicit, quod si medicinæ componentes ipsum triturentur, ipsum valet ad digerendum humores crudos, qui sunt in stomacho, & in intestinis, & in meseraicis, & si tales medicinæ ultimo triturentur, tunc earum virtus valde penetrat ad longinqua, vnde fiunt postea vrinæ prouocatiuæ euacuantes humores, qui sunt in gibbo hepatis, & vix renum, & potius vrinariis: hoc etiam contingit de rhabarbaro: nam ipsam crasse trituratam soluit ventrem, sed subtiliter pulueratam prouocat vrinam, & ideo hoc est bonum documentum medicum: nam quando ipse vult per aliquod medicamentum solutiuum euacuare humores, qui sunt in gibbo hepatis, aut in renibus per vias vrinarias, debet id medicamentum solutiuum ultimo tritare, & cribellare per sindonem, & cum liquore aliquo ipsum propinare, & ideo, quando velles humores existentes in meseraicis euacuare, aut in gibbo hepatis, & intestina essent debilia, aut parata ad dysenteriam, ita qd non posses eas euacuare per intestina, erit licitum facere medicinam solutiuam ultime trituratam, vt scilicet posset illam materiam per vrinarias vias euacuare, si autem istæ viæ renum, & vrinæ sint debiles, dabo solutiuum id in crassa substantia, & frustulis, & euacuabo eos per ventrem, & præcipue si non sunt intestina debilia, & apta ad ægotandum, hoc etiam potest intelligi de omnibus alijs euacuationibus.

MOND.

VT denique vis quedam malefica obtundatur. Colocynthidis enim medulla quantum tenuissime fieri potest puluerata, innocenter purgat. Quod si portiones quedam crassiores sentiat; perceptæ sumantur, villis ventriculi, & spiribus intestinorum adherent, humoresque mibi reposito imbutæ tument, & partes dictas tumefaciunt, ac ulcerant, vt inquit filius Serapionis.

Inquit filius Serap. Oportet vt colocynthidis, & c. Eadem opinionem filio Serapionis ascribit lib. simp. quum agit de colocynthide. Contrarium tamen in Serapione legere est, & quum de solventibus agit medicamentis, & quum colocynthidis historiam scribit, neque enim exalte vult teri, veritus ne adhaereat intestinis, & ea exulceret. Quare Mesuen Manardus accusat qui temere Serapionem sibi assentire scripserit. Ceterum quum Mes. hic & lib. simpl. non Serapionem, sed Serapionis filium auctorem huius opinionis aserat; perperam Manar. Mesuen damnat. Quod vero ad propositam questionem facit, vt Serapionis ratio frivola nobis videtur; ita Mesuen vero maxime consentanea scribere arbitramur. Veretur Serap. ne colocynthidis in tenuissimum pollinem redacta intestinis adhaereat; atqui etiam crassiuscula adhaerebit, & longe quidem maiori discrimine, vbi etenim tenuius est, quod ventriculi, aut intestini.

COST.

Mesuen. C iij filiorum

MOND.
Compositio
& differentia
inter infusum
nem. & liquorem
mellis.

COST.

Finorum corpori impactum est, irritare tantum potest: leui autem humore accedente retunditur acrimonia omnis, & noxa omnis reprimitur: at si crassius id fuerit, quod est impactum quod solet ebrius sicam spongiam in vlcera os immittente euenire, idem & in ventriculo, aut intestinis discrimen est, ne eueniat: intumescit, scilicet, pauco etiam humore imbutum, & partes, quibus inhaeret, distendit primum, ac mox sui acrimonia, quae non tam facile reprimitur, etiam exulcerat. Rectius ergo mea quidem sententia Mesues, & cum Mesue Paulus, & Aue. Atqui obijciat rursus quispiam colorum interdum vara, laxa, & tenui constare substantia: quae autem talia sunt, Mesue hic inbere, ut leniter terentur. Verum esto, ut vara sit, & laxa substantia viscida tamen est, ac minime friabilis, quod nosunt pharmacopœi, quos in ea terenda laborare diutius oportet, quae autem huiusmodi sunt, crassa Mes. vocat, non tenuia.

Flat autem trituta omnis clementer, & proterendorum substantiarum ratione. Quae enim est immodica, virtutem dissoluit. Rhabarbarum vero contra quam dictum nuper scammonium habet: nam purius, & grauius est melius probeque tritum, vegetius euadit: rarum vero, & laxum impensius pulueratum, vim purgatricem prope omnem amittit.

THEOREMA TERTIVM.

Correctio symptomatum à sumpto purgante medicamento nondum vacuato excitatorum.

Symptomatibus formidandis, iisdemque causis multorum morborum, & senij, & mortis acerbae, à medicamento purgante orientibus, occurrendum est. Ea autem sunt, humorum prauorum commotio citra vacuationem, vacuatio illegitima, & molesta vacuatio denique immoderatissima, & multo largior, quam necessitas postulet. Quorum causa est incompetencia, & vitium, vel fumentis, vel medicamento, vel accidentium vtrique; superuenientium. Quae tria si commoderate se habent, magni sunt momenti ad corpus incoluere seruandum. Vitio autem fumentis purgatio male procedit, quia is vel est ex eorum numero, quibus est interdictus medicamentorum usus, vel materiam vacuandam non equauit, nec obedientem naturam coquendo reddidit, nec meatus, per quos facienda erat vacuatio, aperuit, & laues, ac lubricos reddidit. Quae praeparamenta cum precesserunt, reuera corpus ab impendente periculo securum reddunt. Medicamentum autem improspere vacuationis est causa, quando est genere malignum, aut notas non habet omnes boni medicamenti, aut nec proportionem artificialem, cuius ante meminimus. Vitanda igitur tibi sunt medicamenta, quae nec arte, nec ratione alia fieri meliora possunt: eligenda vero alia, obseruatis conditionibus, & modis propotionum praedictis. Vitio denique accidentium superuenientium vitiosa sit purgatio, si in vi-

Etus ratione per sex res non naturales, tibi notas, ager deliquerit. Medicamentum autem humores prauos commouet, sed non vacuat, aut tardius vacuat ob ipsius actionem remissam, & debilem; vel ob materiam expelli cotumacem, quae commouetur quidem, sed expulsiōni resistit, et latius in corpore spargitur & inscretit: vel ob imbecillam fumentis virtutem, non potentem in medicamentum agere, quo fit, ut nec medicamentum in virtutem, & naturam agat, vel ob status crassos medicamentum leuantes, & in poros corporis impingentes (unde febres putridae, syncope, & mors festina) vel ob facultatis expultricis imbecillitatem; vel ob meatus, per quos vacuandum est obstructos, aut constipatos.

Sufficiencia istarum causarum quibus medicina una soluat debilitat, aut non soluat, est ista: nam ad hoc quod medicina soluat conuenienter, requiruntur tria, scilicet medicina ipsa, virtus corporis, & materia, quae euacuatur. Si ergo medicina debilitat euacuat, aut non euacuat, aut hoc est ex parte virtutis, aut ex parte materiae, aut ex parte medicinae, si hoc est ex parte virtutis secundum se, aut sui intrinseci, si sit ex parte virtutis secundum se, hoc est dupliciter, vel ex parte virtutis digestiuae, vel expulsiuae, si primo modo sic est prima causa, si secundo modo, sic est tertia causa. Si autem hac prohibito, vel debilitatio sit ex parte instrumenti intrinseci, hoc est dupliciter, aut enim ex parte instrumenti intrinseci praeter naturam ei obuiantis, aut ex parte instrumenti secundum naturam, si primo modo, sic est secunda causa, quae est ex parte ventositatis, si secundo modo, est quarta causa, quae se tenet ex parte oppilationis canaliū: si autem medicina debilitat operatur ex parte materiae, quae debet euacuari, sic est quinta causa: si autem medicina debilitat euacuet ex parte sui met, sic est vltima causa.

MOND. Ad hoc quod medicina soluat conuenienter requiruntur.

Quibus causis omnibus, qua ratione optima prospicias, accipe.

In parte ista docet talibus causis subuenire, quae quidem sunt causae quae medicina debilitat euacuat, aut non euacuat, & per consequens ex hoc inducit mala accidentia. Et primo docet remouere impedimentum huius medicinae: quando debilitat euacuat ex parte virtutis, quae est debilis. Secundo hoc idem facit, quoniam hoc impedimentum prouenit ex parte ventositatis, et male qualitatis humorum. Tertio hoc idem facit, quoniam hoc impedimentum prouenit ex parte virtutis expulsiuae, quoniam est debilis in expellendo. Quarto hoc idem facit, quoniam hoc impedimentum euenit ex constipatione viarum, secunda ibi. Si autem fuerit causa huius ventositatis, tertia ibi. Si autem expulsiua debilitatur, quarta ibi. Si autem propter constipationem. Debilitatem naturam, id est virtutis alteratiuae debentis eam reducere ad sensum, res, quae cadit in sensu, id est res, quae apparet ad sensum, conualescentia: nam vniuersaliter in conualescentibus, sicut qui sunt conualescentes post febres, & praecipue acutas, haec inest proprietas naturae conualescentium, ut auctores ponunt, & praecipue Galen. in techn. vltimo cap. scilicet resumptiua veros, & c. quoniam in eis virtus est debilis propter membrorum consumptionem, & resolutionem caloris, & spirituum factam ex fortitudine aegritudinis. Et vsque huc tangit cognitionem debilitatis operationis medicinae, quando est propter debilitatem virtutis alteratiuae, siue digestiuae, rei cibalis, non autem dixit cibi absolute: nam hic cibis non debet esse omnino cibis, sed debet esse cibis medicinalis habens scilicet vim alteratiuam qualitatis medicinae, & est qualitatis corporis conualescentis, nec est hic debet esse exhibitio rei medicinalis absolute, eo quod haec debilitas operationis medi-

MOND.

Proprium conualescentium post febras.

Et Galen. fuisse inuenit scammonium sumptum a. alim. paulo a. donia. Haec de re per se rationem conuenit.

dicina fit ex debilitate virtutis alteratiua, vel digestiua, & ideo debet exhiberi talis, quae confortat virtutem stomachi alteratiuam, quae etiam alteret dispositionem corporis, & medicina talis autem res est cibalis, siue medicina cibalis, quae quidem est facilis digestionis, sicut ius carnis pullinae, & perdicum, vel vitella ouorum, &c. ex eis enim acquiritur duplex iuuamentum: vnum est, quia virtutem confortat, secundum, quia ex substantia eorum liquida ponitur medicina, quae erat debilis, ad euacuandum debite per secessum lauando, & ex eis verbis Mes. docet his accidentibus prouenientibus propter debilitatem, virtutis subuenire: post, scilicet cibum iam digestum, potumque aquae non veri frigoris, scilicet vel in actu, vel in potentia: primo dico, quod non debet esse veri frigoris in actu, sed tepida, vel calida parum: nam si haec aqua esset actu frigida extingueret naturalem calorem stomachi, & virtutem medicinae, & praecipue de his medicinis, de quibus est hic sermo, quae scilicet euacuant leniendo, vel lubricum faciendo. non debet etiam esse actu multum calida, quia, scilicet caliditate resoluere naturalem calorem, & ideo dedit esse tepida, aut plusquam tepida; ne, scilicet tepida existens vomitum induceret: dico etiam similiter, quod haec aqua non debet esse veri frigoris in potentia, neque vere calida in potentia: nam si esset multum frigida in potentia debilitaret naturalem calorem stomachi, & virtutem eius alteratiuam: nec debet esse multum calida in potentia, & hoc quia resoluendo naturale calidum debilitaret etiam virtutem medicinae, quae est debilis est in soluendo, & ideo debet esse temperata inter caliditatem in potentia, & frigiditatem in potentia, & hoc modo cum aqua decoquimus tales res, ut acquirit talem virtutem potentialem in aqua, sicut hoc modo, & aqua hordei, & sic exponendo concordat hoc dictum dicto Auic. 1. can. fen. 4. c. de vijs siue regulis succurrendi his, quae sunt à medicinis solutiujs: nō dicit ipse, quod quando medicina solutiuua assumpta nō euacuat, debemus dare post ipsam apozema eiusdem virtutis cum ea, & hoc etiam modo nos facimus: nam quando alicui damus cassia, tamarindos, aut mannam, & ista non euacuat, si hoc sit, quia virtus est debilis, damus cibū confortando virtutem, sicut esset brodium, vel ius carniū, & praecipue pulli: si autem contingit, quod per istud ipsa non euacuat, tunc damus post confectionem cibo digesto apozema, ut aquam hordei, vel prunorum, conueniunt tamen quando hoc euenit propter istam causā, quod post confectionem soluunt, & virtute stomachi iam confortata, & ideo quando virtus est debilis damus rem quae sit confortans stomachum, sed si virtus esset fortis damus rem, quae sit virtus abstergens.

Si ob naturā imbecillitatem id cōtingit (quod sensu deprehendere potes: aut enim ex morbo renalescit homo, aut alia simili causa imbecillus est) & medicamentum lauando, & lubricando est purgatorium, cibo naturā mox roborante dato, & potu aquae minimum frigida, medicamento actio adiuuatur. Si ob flatum, & malam humorum qualitatem (quod praecedentia flatum signa, aut intemperiei cum humore equalis, vel inaequalis declarant) clysteribus, aut vomitu vacuandum est: deinde flatum dissoluendi, aut mala qualitas contrario est alteranda. Si facultas expultrix est imbecilla: aut medicamenti actio debilis, aut remissa, data aqua modice frigida, & hora post, adstringente aliquo, ut cydonio, pyro, vel simili: medicamentum potenter ad inferiora detruditur. Ob intestinorum obstructionem, clysteribus affectui conuenientibus, medendum est, & alijs constipatam alium ex-

Apedientibus. Quibus auxilijs si purgatio non procedit, nulla inde noxa insignis metuenda est. Si autem medicamentum purgans comprimendo non vacuet, aquam frigidam priorum nulli propinandam ceuent, quod adauca per aquam grauitate, citius lubricet, ac descendat medicamentum. Quod verum est, si libera habent intestina: si vero obstructa sint, aut in suis anfractibus arctata, augetur per aquam frigidam angustia. Id quod cum intellexeris, potabis tepidam, quod haec praeterquam quod angustiam non auget, lubricare cogit medicamentum huiusmodi. Nō est igitur id auxilium absolute, & sine limitatione scribendum. Omne enim medicamentum comprimendo purgans, nisi vacuet, intestina praesertim tenuia, & alios meatus exiles laedit. Quapropter vacuandum est praedictis tum lubricantibus, tum ad inferiora trahentibus.

Hic scire debes, quod si alicui sit data aliqua medicina euacuans comprimendo, & non euacuat, tunc non debemus dare post ipsam aliam medicinam compressiuam, eo quod haec magis adhuc comprimit, & coangustat meatus, & hoc verum habet, supposito quod non sit ibi aliqua res cogens ipsam medicinam compressiuam dare, sicut esse in diarria superflua, aut dysenteria similiter, & istam medicinam compressiuam non debemus dare in habentibus meatus strictos, in eis enim non debemus euacuare per medicinam compressiuam, quia magis coangustat, & ideo si sint aliqua corpora dura ad secessum, non debemus in eis ad euacuandum dare medicinam compressiuam, eo quod maiorem stypticitatem ventris faciet, & praecipue ante cibum, unde postea fit maior necessitas exhibendi solutiuum fortius, & ideo quia in mulieribus meatus sunt valde stricti, nō debemus dare hanc medicinam compressiuam, in posterum enim inducunt stricturam meatum, inuenimus enim in mulieribus constringi menstrua ex usu myrobalanorum, vtebatur enim eis propter passiones capitis, & stomachi, quare oportuit nos dare eis fortia solutiuua, sed si canales sunt valde lati, tunc maxime iuuatur talia corpora ex usu compressiuorum propter oppositam causam, aquam tepidam: nam aqua tepida, siue calida parum, licet sit potentia frigida, tamen sui actuali caliditate dilatat, & aperit meatus, sui etiam substantia liquida lauat, & lubricum facit, non timet id, scilicet stricturam meatuum, & facit sic, ut in aqua illa sit decocta aliqua medicina aperitiua, aut hoc. n. malum erit timere super ea lesionem, scilicet ventris constipationem, quam etiam dicimus, aut etiā quas dicimus, ut notum est, &c.

Si autem medicamentum soluendo purgatorium, & ob id fugiendum, non vacuatur, quam potes celerrime à corpore expellatur, vel vomitu, vel potius deiectione, ad quam clysteribus etiam potenter attrahentibus ipsum reuelles, si ad superiora moueatur: tale enim nisi cito vacuetur, angustiam, & fluxionem, conuulsorium quendam motum, in quo partes extenduntur, & retrahuntur, totius corporis molestiam violentam, cordis motum, praefocationem in quibusdam, scotoma capitis, & oculorum dolorem tantum, ut hi foras elidi videantur, facit. Praeter dicta auxilia horum medicamentorum malignitatem frequenter obtudit, & acrimoniam frangit, Ruso auctore, potus aquae vehementer frigida, & in eadem lesio, & qua-

*Pr. Galenus si
scisse narrat
in iuuene. qui
scammoneum
sumpsit lib.
2. alimenter.
paulo ante cy-
donia.
Hic de purga-
tione per lubrica-
tionem medi-
camentis.*

ND.
c. q. ad
na. foli-
menem
lucrum.

ND.

in cō-
stipatam
causa.

machus per os vetriculi (quod etiam cor nominant) mordetur, & nauleam, aut singultum suffocatorium excitat medicamentu genere stragulatorium: non neglectis etiam cum cyteribus, praesertim si ventrem, aut hypochondria angit medicamentum, & torminibus, ac astuatione fatigat.

De medicamento illegitime, & moleste vacuante.

Medicamentum illegitime, & moleste purgat, quod vacuat quidem, sed non quos humores vacuari oportuit: idque praeterea facit cum subuersione, vomitu, torminibus, astuantibus. Si autem vacuat corruptum quidem & impurum, non tamen quem volebamus humorem, is ipse alio purgante iumpto est vacuandus; alioqui latius in corpore ipargetur, & increfcet ob agitationem, & commotionem in eo factam, & aliarum materiarum affluentiu, in ipsum conversionem: quomodo in lacunam dum diuersa, tum pura tum impura affluunt, eam subuertunt, & totam tandem impuram reddunt. Quod si non corruptum humorem, sed benignum, & necessarium vacuat medicamentum, aeger astuat, vexatur, viribus immodice deiectis languet, natura expulsiōni repugnante, (quorum nullum adest, vbi excrementa sola vocantur) proinde mox eius medicamenti vires frange, ipsamque a corpore lubricando deturba: quae duo aqua calida in horas pota praestat, aliaque idem potentia plenius trademus. Si autem vomitum, & animae subuersionem medicamentum excitat, vomitorium vel natura, vel quia est abominabile, aut a flatibus leuatur, aut ob stomachi imbecillitatem, aut stercus siccus, aut intestinorum angustiam: si ob haec postrema, clystere idoneo stercus molliatur, & intestinorum ab his obstructio liberetur: qui si non sufficit, vomitu expellatur medicamentum. Quod si sumptum est abominabile medicamentum, aut stomachus est imbecillus, ob idque vomitus timeatur, a corporis, & animi motibus, quantum potes, abstine, donec in medicamentum ipsum natura vndique agat, aliter in naturam non acturum: odoretque aeger flores, & alias plantarum partes suauiter olentes, mentam, sampuchum, citrifolia, & fructum, apium, absinthium, cydonia, macianum, rosas, bolum aqua rosarum, & aceto aspersum, lutum, quo panni abluuntur, rosas recentibus, & aqua rosarum nutritum. Extrema quoque fricuisse, & vinculis dolorificis adstrinxisse, manus item ac pedes aquae calenti multum mordenti imposuisse, iuuat. Si autem medicamentum est stypticum, mordere [aliquid praedictorum] quasi lambendo bibere, faciem aqua rosata; vel alia re dolente leuiter aspergere, gaudere, delicias curare, praesertim nausea incipiente, vomitum prohibet. Vbi vero anima est sedata, ambulet, ac paululum moueatur, quo promptius medicamentum descendat, vt docuit Hippocrates. Tormina autem medicamentum

A excitat, quod stomachum, & partes, quas permeat, pungendo laedit, vel intemperie sua afficit, aut quod immodice trahit humorem tam benignum, quam malignum. Ob id vim eius cito obtundimus, ipsumque cito a corpore expellimus, vt a nobis partim dictam est, partim mox dicetur.

De medicamento immodice vacuante.

Hypercatharsis, hoc est, a medicamento purgante vacuatio immodica, fit ratione sumentis, medicamenti, acciuentium vtrique superuenientium. Ratione sumentis, quod is vel excrementis, ad fluendum paratissimis redundet, vel venarum facultate retentrice sic imbecilla, vel orificijs earum amplioribus: vel ex ijs est, quibus purgatio est interdicta, quos in libro de pharmacis declarauimus. Ratione vero medicamenti, quoniam id aut qualitatem habet alienam, & deleteriam, venenosamque, aut largius sumptum est, aut portione sui vetriculi, & intestinorum villis adhaeret, aut venarum ora mordet, pungit, aperit, aut cor intemperatius reddit, quas hypercatharses causas ex his, quae praecesserunt, discernito. Ratione denique illorum, quae vtrique superueniunt: australis enim constitutio, vt inquit Galen. si vincat, aperit, rarefacit, humores ad fluendum idoneos reddit: aquilonia quoque si praepolleat, fluxiones etiam comprimendo, & exprimendo excitat: quapropter per hos flatus, qui prompte tunc fluxionibus tentantur, purgandi non veniunt. Potus quoque largior aquae frigidae, ac errores alij quidem in sumentis, admouendis, educendis, faciendis, hypercatharsim promouent. Huic immodicae vacuationi, ne vires prosterнат, resistemus, per auxilia dictis fluxus causis (quas praecedentia declarant) contraria: qualia sunt, quae medicamenti virtutem frangant, obtundunt, incrassant, compingunt, motu molesto exuunt, expellunt vomitu, opposito scilicet motu fluxui ventris: adhuc quae retentricem vim venarum, & orificiorum laxiorum, & intestinorum roborant cogendo, & constringendo: quae denique cor ipsum roborant, & animam recreant, exhilarantque: his enim omnibus tota hypercatharses curatio perficitur.

Canon primus.

Si igitur fiat ob medicamenti actionem immodicam, frangenda virtus eius est, ipsumque cito a corpore expellendum per lauanda, vt aquam calidam, aut aquam hordei, aut mucaginem seminum pylilij, & cydoniorum: vel tergentia, vt saccharum rubrum, mel, decoctum vuarum passarum, hydromel, & similia: vel comprimentia, vt cydonia, syluestria poma, (maciana vocat) pyra, mastichen, myrobalanos, & similia. Eadem ratione cum medicamentum aliquod violentum, praesertim expulsa difficile, deturbandum

Galen. lib. 3. simpl. c. 26. & 27.

Aph. 4. lib. 3.

Hypercatharsis remedia causi ipsius et trana.

Remedia triplex medicamentu ex corpore pellit.

illudinger si post adu cantur. & uelut. q. 1. & 2. imento. & bala facta. nida.

um palu. nia. con. tat. post. ut. nam. sel. m. qua. u. ciuat.

Aph. 9. lib. 10.

De alenteria. tunc altera. de. & vacuan. de lib. 5. simpl.

Causa medica. miran. ex. de. uellaria. vom. torium. facten. 1. 1. prua. di. 11.

Aph. 24. & 25. lib. 4.

Remedia. v. m. m. i. Absinthium. Torminum. seu. Torminum. in. uelut. ex. Gal. in lib. 6. simpl.

Aph. 24. & 25. lib. 4.

C A N O N E S

bandum est. Rursus primum propinat mucaginem proposito affectui idoneam, cum aqua tepida, & pauco oleo amygdalino: horis postea duabus aliquid comprimens exhibet: sic medicamento virtutem totam à corpore expellit, vt nullum ipsius vestigium superfit. Addit Galenus, aquam calidam lauare, expurgare, medicamentumque purgatorium, etiam si alio parti hærent, deturbare: frigidam vero, quod villis viscerum adhæret, magis impingere. Serum denique lactis capri cum melle, & pauco sale medicamentum probe expellit, vt Ioannitus ait, vt nullum eius maneat vestigium.

Canon secundus.

In testinorum vero, ac venarum, & in ipsis orificiorum, atque etiam corporis pororum vim retentricem firmamus, sumptis modo quo poteris optimo, vel etiam clystere, si opus est, iniectis rebus odoratis, ac constringentibus, cogentibus, contrahentibus. Quæ prope omnia mastiche præstabit: cogendo enim, & contrahendo roborat. Si igitur mastiches drachmæ duæ, aut tres cum succo cydoniorum bibantur, medicamentum reliquum expellent comprimendo, ac tandem aluum adstringent, vt Hamech visum est. Ad hæc stomachum, & ventrem reliquum oleo rosato, quam pati potest calidissimo illenisse, pulueremque mastiches, & gallæ, aut rosarum superparasse in id, est mirificum. Idem, Hamech authore, præstabit tragacantha assata à drach. tribus ad drach. quatuor, ex lacte dulci, aut acido, si affectus id exigat, cocta, & pota. Ad hæc semen nasturtij totum à drach. duabus vsque ad aureos duos, cum succo cydoniorum, aut myrtorum, coquendo impinguat, in id est omnium valentissimum, præsertim si semen non sit tritum: nam terendo lentorem amittit. Coriandro autem tibi est vtendum, cum incrassare, & compingere materiam studeas: sphragide vero Lemnia, & sanguine draconis, cum vlcus suspicaris: spodio autem, & adipibus, & mucagine seminis piyllij, cum pungens, & mordax, & excorians, dolor est sedandus, & reliquum medicamentum expellendum. Acacia vero, & sanguine draconis, & succino, cum sanguinis deiecto sistenda est. Succo item barbæ hircinæ, quando venarum, pororum, orificiorum amplitudo laxior materias intestinis permittit. Narcoticis denique, cum est stupefaciendum, somnus conciliandus, materiæ incrassandæ. Id quod postremum est tentandum, ac in deploratis, & magnis, & periculosis causis, vbi cætera non satis contulerunt. Porro inter constipantia, in vnum cogentia, roborantia, sistentia, primas tenet, mastiche, rosa, semen rosarum, xylaloe cruda, balaustium, acacia, succus barbæ hircinæ, galla, gummi, lutum Lemnium, spodium, acini granatorum, thus, ammi, semen portulacæ, & arnoglossæ, fructus tamaricis, & coriandri folia, & grana myrti, cyminum, vel apifum aceto infusum, &

torrefactum, cortex thuris coagulum leporis; sanguis draconis, semen nasturtij assatum, gallia, fructus rubi, & similia. Ex compositis vero in idem symptoma vtenda sunt saccharum rosatum, cum mastiche, & gallia, & ex cydonijs malis compositiones, & alia id genus. Inter quæ nostrum electuarium Diacyminum eligimus ad cohibendum alui fluorem, medicamentum purgatorium in corpore frigido sequentem. Nam viscera calefaciendo roborat, flatus dissipat, hæmorrhoidum quoque fluorem, & flatus compefcit. Est autem eiusmodi, Lignialoes, spicæ nardi, galliæ moschata, cyperi, calami aromatici, ana drach. duas: cymini Carmani aceto horis 24. macerati, & torrefacti, drach. tres: seminis porri torrefacti drach. vnâ, & dimidiam: myrobalanorum emblicarum, succo cydonij maceratarum, & tostorum drach. sex: seminis vuarum passarum drachmas quinque: baccarum myrti tenuissime tritarum drach. sexdecim: balaustij, concharum vstarum, thuris, fructus tamaricis, ana drach. duas & semissem: ammeos drach. tres: tere omnia tenuissime, & iterum vino odorato frangantur, & siccentur: deinde frangantur aqua cydoniorum, aut aqua baccarum myrti, & hypocythidos, & siccentur: vbi erunt probe perficcata in vase vitrato, iterum tere, & minua excipe. Dantur drachmæ tres cum syrupo cydoniorum, aut myrtino.

Trochisci ad fluxum.

In eundem fluxum, præsertim diuturnum, efficacissimi quoque sunt hi trochisci nostri. Rec. Balaustiorum, corticum glandium aceto maceratorum, & tostorum, rhois, baccarum myrti, hypocythidos. ana dr. duas: cymini Carmani, gallarum aceto maceratarum, & tostorum, capitum granatorum, fructus tamaricis, macis, xylaloes, galliæ aromaticæ, mastiches, spicæ. ana drach. vnâ: seminis oxalidis, gummi, boli Armenicæ, seminum vuc passarum tostorum. ana drach. vnâ & dimidiam, se. coriandri aceto macerati & tosti drach. duas cum vino pontico. finge trochiscos ponderis drach. vnus, quorum vnus datur cum syrupo cydoniorum, vel aliquo succo styptico.

Electarium.

Si vero à medicamento purgatorio aluus immodice fluat corpore calidiore, sumat hoc electuarium. Rec. Baccharum myrti drach. duodecim: rosarum, spodij, rhu, santali albi, lutei, rubri, balaustij, gummi. ana drachm. vnâ & dimidiam: granorum granati acidi assatorum drachmas septem: coriandri aceto macerati & assati drach. quatuor: seminis rosarum, oxalidis, plantaginis. ana drach. vnâ: omnia hæc probe trita frange omphacio solo, vel succo myrti, & aceto simul, & siccata excipe miua, facta ex succo cydoniorum, & aceto. Dantur drach. tres cum syrupo

Composita in hypercatarsu corporis frigidi. Electarium. Diacyminum.

In hypercatarsu corporis calidi compositum.

*Ex fructu...
tripolpa se
patula Co. tex
hordei deterio
vini est. ubi id
vacuationem
primus.*

fyruo cydoniorum acidorum. Ad affectum eūdem, etiam si intestinorum ulceratio adsit, mire valent hi trochisci à nobis compositi. Rec. Spodij drach. septem seminis rosarum, & rosarum ipsarum, acacia, balauitij, sanguinis draconis. ana drach. duas & semissem: seminis oxalidis drach. vnam & semissem: oxycanthæ, carnis rhu, seminis plantaginis, & portulacæ assari. ana drach. vnam & sextam drach. vnius, gummi assari drach. vnam, fiant trochisci ponderis drach. semissis. Datur cum decocto hordei excorticati. Ad eandem hypercatharsim cum ventriculi, hepatis & aliorum viscerum imbecillitate, epithema hoc salubre sum expertus. Rec. Acacia, hypocisthidos, rhu, gallæ, ladani, calami aromatici, rosarum & seminis ipsarum, santali albi & rubri, galliæ moschate, ramie, [idest, compositionis ex galliæ moschata, & passis vuis] mastiches, xyloaloes, spicæ, thoris, costi, myrrhæ, cyperei, absinthij. ana drach. duas: probe omnia terantur. Tunc tortellorum defeni drach. tres, dactylos siccos duodecim numero, gummi assari drach. quinque, * miuæ glutinosæ vncias tres: horis 24. macera: aque rosatæ, vini austeri, succi rosarum, succi foliorum myrti, & foliorum ramni. ana vnciam vnam, & dimidiam: calfactam post coque igne lento ad mellis spissitudinem: tunc iniectis pulueribus tere in mortario, donec glutinosum euadat, extende linteo, aut aluta, & suffi xylaloe, & ventri toti impone. Alterum Recipeit, rosarum & seminis earum, pulpe rhois, santali albi, & rubri, spodij, sanguinis draconis, succini, balauitij, gallæ, acacia, hypocisthidos, galliæ moschate, corticum mædragoræ, capitum granatorum. ana drach. tres, caphuræ drach. vnam, & tertiam drach. vnius: puluera tenuiter: tunc accipe succi extremitatum vitis, vncias duas: omphacij vncias semissem: succi extremitatum myrti, & aceti. ana vnciam vnam: quibus infunde horis 24 hordei excorticati vncias duas, gummi vnciam vnam, granorum myrti tenuissime tritorum vncias tres: quibus adde miuæ acetatæ vncias tres: coque igni lento ad viscosam spissitudinem, tunc in mortatio species tundendo permiste intendantur linteo, & cum xylaloe suffiatur, & ventri toti imponatur. Est enim sanum hoc, & expertum epithema. Clysteribus quoque, si affectus postulat, vtendum idoneis, qualis fuerit optimus ex butyri drach. triginta, sanguinis draconis drach. tribus, aut pluribus, aut paucioribus pro necessitate.

Canon tertius.

Reuellimus item medicamentum ad loca sedi immodice fluenti opposita, vt cutim, balneo, & frictione sudorem prouocantes: vt cola, vinculis ipsorum dolorificis, & cucurbitulis: vt vesicam, per vretica, & per os vomitorium dantes. Præstantissima autem inter hæc sunt frictio, & balneum, præsertim ex aqua dulci, cui chamamælum: absinthium, sampsuchus, folia poros dilatant, & corpus roborant. Ne autem cum impe-

Aritis quibusdam adstringentia incoquas: corpore enim delato materia, & vapores intro cōpelluntur, quæ res fluorem auget. Præcipuo igitur studio poros rarias, & foras quibus potes modis attrahe, vt per cutim materia, & vapores acres expirēt: id quod sudor in balneo, vel aquæ calentis vapore, præstabit. Frictiones autem fiant primum lenes, post etiam valentiores, ne tamen agrum lædant: identidēq; repetantur, donec multus reddatur sudor, idemque frequentissimus tergendus est: hoc enim modo promptius effluit, cū in poris diu relictus concresecat, & alterum, vel sudorem, vel vaporem exitu prohibeat. Fricuisse etiam extrema multum inuat. At vero vulgus medicinæ imperitum, omnes à medicamento indiscriminatum lauat, ignorans balneum foras trahere (vt Galenus ait) & materia reliquias virtute medicamenti purgantis ad intestina omnino repentes, in oppositū mouere, ac facultate sua ad totum corporis habitū reuocare: tunc quidem facile erat iuuare, vt promptius reperet, vel saltem exolueretur: nūc autem difficile. Præterea damnandum est balneum, licet ipsius virtute attractio materia ad exteriora, eaque ignobilia speretur: ipsa enim trāsmittitur ab ignobilibus partibus intestinis, ad ignobilem cutim, sed per partes nobiles, hepar & venas: cum præsertim natura melius vacuet propinqua, maxime si vig adsint conueniens. Materia enim vacuanda est per partem, ad quam magis declinat, præcipue si ea erit idonea, inquit Hippocrates. Errant igitur omnes, sine discrimine, post sumptum medicamentum lauantes; obstructionsque, & cutis vitia excitant.

Non sunt...
ve. quia den-
sant. sed mult-
tu perit qua
dix. vlt. lib. 2.
et 3. sunt.

Aph. lib. 4.

lib. 1. aph. 22.

MOND.

Sciendum est, quod balneum post medicamentum sæpe perducit ad magnum nocumentum, quod aduenit de tanto diuerso motu ipsius medicinæ: nam primo materia vi pharmaci mota ad intestina per venas meseraicas transiens transfuit per hepar, & principalia membra, vnde ea debilitauit, superueniente postea balneo, materia ista ex intestinis peruenit ad exteriora, & hoc etiā per hepar: vnde etiam adhuc magis debilitauit, quia debilius est hepar, quam in primo transitu, vltius etiam hæc materia propter eius motum diuersum facta est maligna, quare magis nocet hepati, per quod transit, & maxime conuenientibus, sed sup. quando materia ista euacuatur per intestina, tunc educit per conuenientes vias. Inquit Hippocr. in secunda parti. aphor. quæ ducere oportet, in oppilationes, & præcipue, si vtantur, balneo, in his, qui non sunt sufficienter euacuati. Sed hic est dubitatio vtrum balneum resolutiuum faciens sudorem competat post medicinam solutiuiam. Et est breuiter sine argumētis dicendum, quod istud balneum, aut administratur post operationem medicinæ solutiuiæ, aut dum ipsa operatur. Si loquamur de ipso primo modo, tunc aut ista medicina diminue euacuauit, aut superflue, aut mediocriter. Si diminue, dico, quod balneum istud non cōuenit, eo quod balneū mouet humores ad cōtrarium eius ad quod medicina mouebat, eo quod medicina mouebat à circumferentiā ad centrū, sed è contrario facit balneum, & ideo non damus tunc balneum, sed potius aliam medicinam solutiuiam, quæ compleat operationem ipsius personæ non perfecte euacuata, & hoc habet verum, præcipue si residuum materiæ esset commo.

cliff.

verba
compt-

CANONES

commotum ad intestina: sed bene posset balneum E
 competere, supplens defectum medicine, precipue si
 istud residuum materiae esset magis versus extrema
 corporis. Si autem haec medicina mediocriter, & co-
 uenienter euacuauit, dico quod tunc non conuenit
 balneum fortiter resolutiuum, & sedatiuum, sed bene
 conuenit balneum appetituum pororum, & laui-
 uum, ad hoc scilicet, quod si aliqua materia sit con-
 tenta in poris carnis, ad cuius expulsionem natura
 non erat multum intenta propter incisionem aliam
 magis necessariam, illa materia postea possit per bal-
 neum euacuari per poros. Si autem haec medicina su-
 perflue euacuauit, dico quod tale balneum resolutiuum
 non conuenit, eo quod istud balneum superflue
 euacuat: duas autem euacuationes, et precipue su-
 perfluas simul coniungere, aut unam post aliam im-
 mediate est fallax, et timorofum, similiter etiam isti
 sic superflue euacuati sunt valde debiles in virtute, ta-
 les autem sunt abstinendi a balneis, tamen in casu pos-
 set competere aliquod balneum humectatiuum me-
 brorum, si essent superflue euacuati a medicina. Sed
 si loquamur de balneo approximato in hora opera-
 tionis medicinae, tunc aut ista euacuatio facta a me-
 dicina est diminuta, aut superflua: aut mediocris: si
 est diminuta, accidunt res, quas ponit Mes. in litera,
 quae satis sunt notae intelligenti, inducunt etiam op-
 pilationes, et aegritudines cutis, per id etiam quod
 constringunt ventrem, sed si ista euacuatio sit super-
 flua, tunc balneum conuenit, quia humores attractos
 a medicina diuertit ad contrarium; sed si ista eua-
 cuatio sit mediocris, non conuenit donec sit, quia
 tunc euacuaret sicut pharmacia, et diuertet mate-
 riam ad oppositum, quod non est sciendum, quando
 est euacuatio mediocris.

R euera autem balneum nequaquam salubre
 est post medicamentum purgatorium, ni-
 si cum immodice vacuat: tunc enim auersan-
 do materiam fluorem sistit. Postquam vero in
 balneo diu sudatum est, adstringentibus vires
 sunt firmandae, ne laxata purgando viscera, ma-
 terias recipiant, & ut materiae ad oppositum
 conuertantur. Si vero haec non contulerint, cor-
 pus eius totum pannis linei aqua infusis tam
 diu in balneo vndique percutiat, donec ipsa cu-
 tis rubeat, & infletur, tunc fricetur, ut sudet. Se-
 dere autem in balneo, super calidos lateres, aut
 lapides leues raros: alijs vero hypochondria, ven-
 trem lumbos calfacere, in id multum confert.
 Extremorum item ligaturae per institas dolori-
 ficae, & frictiores materiam per aluum fluentem
 in contrarium auertunt, praesertim si ab alis, &
 inguinibus coepae descendant: Idem praestant
 diuretica, hoc est, vrinam mouentia. Mictus
 enim noctu plurimus, paruam significat deie-
 ctionem, ut inquit Hipp. quoniam vrinam largi-
 or, ut etiam sudor, multam deiectionem sistit
 materia ab intestinis, & sima hepatis ad renes,
 vel poros partium retracta, & ob id stercus sic-
 cum, & ad excretionem pigram relinquente, ut
 Humain visum est. Vomitus quoque in hoc
 affectu prouocare in contrarium reuellit [ut a
 longo alui profluuio habito, spontinus vomitus
 superueniens morbum soluit.] Quomodo e-
 nim fluor alui vomitus aliquando, sic vomit-
 us fluorem alui curat, auctore Hippocr. quan-
 do scilicet materia illorum causa ad oppositum
 trahitur, ut ait Humain. Auertunt etiam alui
 profluuium cucurbitulae, hypochondrijs, late-
 ribus, ventriculo, lumbis, affixa.

Aph. 13. li. 5.

Et fuit Ioanni-
 nus Aph. ex-
 positus.

Aph. 15. li. 6.

Canon quartus.

Molestam autem humorum in corpo-
 re agitationem, & fluxionem quie-
 te, & somno sedamus: cum enim va-
 cuationem ab elleboro immodicam
 sistere voles, somnum impera, & quietem, in-
 quit Hippocr. corporis scilicet ac animi, ut He-
 ben Mesues interpretatur, idque sensuum obie-
 ctis celebribus, & iucundis homini adhibitis:
 Somnis etiam inducendus est, animum demal-
 centibus melodijs, & cationibus, & musicis om-
 nibus instrumentis: adhuc remedijs somnificis,
 & reliquis delirium sedantibus. Somnus enim
 profundior, & quies, omnes humorum agita-
 tiones maxime sedat, ut contraindicat nauigatio
 turbari motione corpus, ut inquit Hippocr.
 Praeterea in hoc affectu a cibo, & potu omnino
 abstinendus homo est, nisi syncope, hoc est, vi-
 riam praecipit lapsus timeatur: hi enim humo-
 rum agitationem augent, non remittunt.

Aph. 15. li. 4.

Aph. 14. li. 4.

Canon quintus.

Scopus tibi sit praecipuus, animum exhila-
 rare, corque roborare sumendis, admo-
 uendis, educendis, faciendis. Hominem
 igitur in domo temperata compone, non
 autem frigida (quoniam frigus humores intro
 compellit; quos foras ad cutim traxisse fuerit
 salubrius) neque item calida, quod calor cor-
 pora resoluendo infirmat vires, ac deiecit. Cibus
 autem, & potus omnis est tibi deligendus, qui
 animum recreet, ac ipsum cor roboret, de quo
 postea plenius dicturi sumus.

Canon sextus.

Humores vero congelare, & narcoticis
 uti, per fugium est vltimum, tunc neque
 solum, quando praedicta omnia nihil
 contulerunt, & curatio prope deplo-
 rata est. narcotica autem fortia tibi vtriusque sunt, qua-
 lia antidotus theriaca, & Philonis, & similes.

Inter fortia narcotica theriacem ponit, id autem de
 recenti intelligendum, in qua scilicet opij vis adhuc
 viget. Ob id Galen. 5. meth. matronae Romanae theria-
 cam recentem obtulit sistenda de stillationis gratia. Est
 tamen hac in re ut merito ambigas, sit ne opium sine
 factorem, quod autem, & quarto ordine frigidum; vide-
 mus certe ipsum fauces mansum exurere, quod acrimo-
 niae & caloris effectum est: at amara calida Galen. pu-
 tat. Turcae quoque opio vtuntur praesertim in itinere, &
 alacres redduntur, ac Tridentini rustici, ut aiunt, ex
 papauere albo seruula etiam parant, nec vlllo tamen stu-
 pore opprimuntur. Profecto hac de opij temperamen-
 to ancipitem me semper tenuere. Neque autem quod
 doctissimus Auerrois scribit de duplici amaroris cau-
 sa 5. Coll. satisfacere huic controuersia posse video;
 quando scilicet contra Galen. sententiam amarum sapo-
 rem frigidum temperamentum sequi non minus putat,
 quam calidum: sed qui a frigido, ex amaro dulcis, qui a
 calido

COST.

MO

calido ex dulci in amarum immutari affirmat. Papat-
vis equidem nigri caput, ex quo opium, non acerbum-
tantum, sed maturum quoque amarum est, ita ut ad
eam normam opij temperamentum duci nequeat. Ad-
de etiam, quod videnti vives, quæ opio insunt, non frigo-
ris, sed caloris insigne specimē præbent. Quid ergo? Cal-
faciet ergo opium. At qui stuporem inducit. Fortasse
quo pacto uberius vini potus stuporis effectus inuehit
ob vaporum copiam, quam ad caput promouet; eo et-
iam opium, vel sui acrimonia, dum in ventriculo ag-
git, vel quacumque alia ratione copiosos halitus exci-
tat; quibus caput plus iusto oppletibus, & vigilandi
impotentia, & stupor inducitur. Huius rei argumen-
tum nobis quandoque præbuit, qui si pastillos ex cha-
rabe nuncupatos assumpserant (in eos enim paulo libe-
ralius opium veuit) obuersari animo varia admodum
veluti somnia, dein etiam veluti inmemores, & amen-
tes reddi sese reculissent. Hac vero etiam de causa Tur-
cas in insaniam agi arbitrari licet assumpto maslach,
quod ex opio paratur, & periculi contemptores veluti
ebrios euadere, quanquam papauere truntur albo mi-
nus pernicioso, impune enim hoc, sicui, & medicamen-
tum, quod diacodion vocant, assumitur, quamuis copio-
sius id quoque usurpatum somnolentiam, nisi exercea-
mur, grauem faciat. Sanè illud etiam aduertendum hoc
in loco, theriacam antidotum non recentem solum co-
hibenda purgationis habere vires, sed idem etiam præ-
stare antiquam, alia tamen ratione: tum quod vim ve-
luti vneuatam medicamenti oppugnat, tum quod hu-
mores ad ventriculum confluentes in cutem reuellit.
Quare theriacen an probatissima sit eo argumento de-
prehendi Galen. docet, si quum pharmacum alicui pur-
gatorium exhibueris, hac superdata, purgatio cobi-
betur.

AT vero grauissime errant, qui horum affe-
ctuum initio narcoticis vtuntur: hæc enim
vere non curant, sed velut congelatam materiam
intus cohibent, quæ nõ multo post impetu ma-
iore ruit quam prius, relicta in corpore per hæc
congelationis, & mortis quibusdam rudimētis.
Vera autem curatio fuerit causæ fluorem exci-
tantis ablatio, partibus interea, & facultatibus
nos gubernantibus, in vnum reductis, & roboratis,
vti diximus. Vbi vero necessitas inuitat, præ-
sertim quando prædicta omnia non contule-
runt, narcoticis vti cogimur, prius tamen casti-
gatis iecundum modos, & conditiones, quibus
ipiorum nocumenta emendantur, eaq; quam
plurima: vitæ enim sunt omnino cõtraria (con-
gelant nanque, & stupefaciunt, & mortificant)
præcipue, si simplicia sint, & eo magis, si sint re-
centia. His autem narcoticorum noxis, ars tri-
bus remediorum mistis generibus præcauet, &
horum actiones tutas reddit. Primo loco mi-
scetur, quæ narcoticorum congelationem re-
soluunt, & auferunt, vt castorium, piper qui-
dem, & castorium resoluendo, & dissipando,
crocus autem coquendo, & narcotici vim co-
hibendo.

MOND. Piper, & castreum resoluunt, & carminant propter
eorum multam caliditatem, & siccitatem, & cro-
cus maturat virtutem narcotici, et hoc non facit
propter multam caliditatem, quam habet, aut siccitatem,
quia illam non habet: sed quia confortat cor,
& calorem naturalem, quæ habent resistere medi-

Anæ narcoticæ, habent etiam humores, et ipsum nar-
coticum digerere, omnes legit simul, dicit quod
cum eis oportet misceri res, quæ sedant, et constrin-
gunt agitates materias. Contra natura narcotico-
rum habet constringere materiam, et congelare ip-
sam, quare non debemus commiscere id quod hu-
mores stypticat, et inspissat, inde enim non consolatur,
sed potius eius virtus augetur. Dicendum breui-
ter, quod duplex est consolatio narcotici absoluta, et
ista nunquam habet fieri, per ea, quæ constringunt
materias, et incrassant, imo per ea, quæ habent ca-
lescere, et subtiliare, et humores dissoluere: alia est
consolatio narcoticorum determinata, quæ est ad
stringendum fluxum ventris superfluum, et ista
habet bene fieri per styptica, et constringentia, et
prohibitia agitationem humorum, et de hac est
hic sermo, sandaraca, idest vernix, totum est nõ-
tum.

BSecunda miscetur, quæ facultates nostrum
Scopus dispensantes firmant, & spiritus in-
staurant, vt spica, doronicum, zedoaria, & alia
tum cardiaca, tum homachica, vitæ, seu dictis fa-
cultatibus commodantia. Tertia miscetur nar-
coticis, quæ materias de parte in partem fluen-
tes, agitataque sistunt, cohibent, vt myrtha,
thus, gummi iuniperi, & similia. His enim nar-
coticorum malignitas reprimitur. Verunta-
men si narcoticis abstinere potes, præstantius
quidem fuerit: sin vti cogaris, potui ne da, sed
emplastris adhibe: aut si per hæc parum confi-
gitur, balanis, aut clysteribus. Quod si potui da-
re cogaris, cum præmeditatione, & caute dabis,
idque antiquatum potius, quale scilicet, minus
est noxiũ, virtute narcotici, coctione, & rerum
aliarum mitione, cocta, & fracta. Vespere au-
tem dormituris tempestiue datur, quia solum
cõciliat agitationes sedantem. Dant item non-
nulli mane, præsertim quando ægrum insom-
nia non torquet, tuncque minus crebram de-
surgendi necessitatem, morsum excrementorũ
obtundendo, faciunt. Sed narcoticorum vsus
est fugiendus mox a cibo, & in plenis corpori-
bus, aut impuris, purgatis autem est tutior. Ca-
ue item ea dare diebus simul multis, sed tem-
pus interpone, quo roborantia dabis, quæ vitæ
seruant thesaurum. Adde, quod narcotica,
oculis quoque, & sensorijs alijs nocent, nisi ho-
rum noxam studiose vites, vt dando rã paruam
quantitatem, quæ viribus nostris non officiat.
Paucis enim, & læpe, quam multo semel vti præ-
stat. Quod autem ad dolorum insultus attinet,
ante hos narcotica adhibere est fatius: quam-
quam interdum in ipsa commotione violenta,
vt colico dolore vehementi, exhibere oporteat:
quod significauit Galenus, dum colico dolori
multum vehementi, interdum necessariam ma-
gis esse dicit, per stupefacientia saltam curatio-
nem, præsertim cum magna est doloris inten-
sio, quam veram, ne vires interim resoluantur,
& collabantur. Hæc vero narcotica fuerint vsu
tutiora, primum quod scripsit Israelita valèter
astringens, ob id salubre ad fluorem alui, a medi-
camento vel alia causa excitatum: recipit thuris
drach. vnam, coaguli leporis drach. duas, opij
drach. vnam, gallarum drach. tres: fiant ex eis
trochisci drachmę vnus. Datur autem vnus po-
tui. Catapotia quoque hæc filij Zezar, ad alui
fluorem,
Mesua. D

15.5A

14.5A

ST.

fluorem, & fluxiones ad viscera, vel à visceribus, recipiunt bdellij, gummi iuniperi, opij, thuris minuti, mirrhæ, croci, ana: fac catapotia ciceris magnitudine, da vesperi à tribus ad quinq;. Nostri præterea trochisci sunt efficaces ad immodicū alui fluorem, à medicamento purgante excitatum, vel alia causa, & ad choleram motum. Nam, & vomitum à causa præsertim frigida stringunt, & facultates corpus gubernantes roborant, & somnum conciliant: recipiunt vero cyperti, thuris minuti, ameos, gallæ, croci, galliæ moschata, cayophyllorum, balauustij, chamapityos, malicorij, mirrhæ, spicæ. ana drach. duas: hyoscyami, opij. ana drach. vnam & dimidiam: factrochiscos aurei vnus, datur vnus. Sunt, & alij nostri trochisci in præsentem scopum efficacissimi. hoc est, ad stupefaciendum, & omnem alui fluorem, & vomitū à causa calida. Recipiunt spodij, seminis rosæ, acaciæ, hypocistidos, balauustij, sanguinis draconis, gallæ, croci. ana drach. duas: boli drach. vnam & dimidiam: opij, hyoscyami. ana drach. vnam: fac trochiscos drach. vniuis: datur vnus cum aqua rosarum.

MOND. POnit aliam descriptionem trochiscorum, qui magis ad frigiditatem intendunt, fac trochiscos z. v. nam isti sunt magis fortes, & in frigidando, & stupefaciendo, quam præcedentes eo, quod cum narcoticis his non ponuntur medicinae calidae, sed frigidae. Et in hoc est regula generalis, quod quādo fit aliqua cōfectio, vel recepta, & ponitur cum medicinis, quæ est principalis, siue basis respectu aliarum, Alia medicina similis virtutis cum illa debet diminui de pondere & dosi illius medicinae compositæ, non tamen perfecte creditur hæc dosi, scilicet med. eo quod dosi medicinarum compositarum non habetur perfecte, nisi ex dosi medicinarum simplicium, illam autem dosim medic. simplicium habebimus infra, & sic dosi eorum minus ad præsens tantum non daremus nisi medium, & si datur, melius est diminuere de dosi talium medicinarū, quam postea subuenire nocumētis, quæ possent inde sequi, si daretur magis.

*Regula in me.
dicinā cum
positis.*

THEOREMA
QUARTVM.

Quartus nobis scopus superest, correctio, scilicet noxarum in corpore à medicamento post purgationem relictarum, capitibus tredecim absolucnda.

Curatio februm purgationi superuenientium. Cap. I.

DE morborum purgationi immodice succedentium curatione agamus, primumq; de febribus. Has autem medicamentū purgans excitat, vel quod ipsum immodice calidum, & acre, intemperiem calidam siccam in corpore relinquat: vel quod materiam commouit, non expulit, hæc autem velut conculcata, putrescit, & febrem excitat: vel quod sumpto valenti medicamento purgante, motus vehemens corporis, aut ani-

mi superuenit: vel quia frigoris occursum pori sunt denati, qui vaporem transpiratione prohibuerunt: vel quia toti humores iam motos incendit: vel quia post medicamentum purgans homo cibum celesit: quo factum est, vt medicamenti aliquid cum alimento in venas penetrant, & fluxum valentem concitauit, aut materiam conculcatam, & ob id putredini parauit: vel quia quæ materiam coquere, & expulsionem parare debebant, ante non sunt sumpta. Quapropter medicamentum purgans, dum crudam materiam trahit, interdum naturam dissoluit, nec vacuat humores, sed conculcat, & putredini parat. Atque, vt summam dicam, error omnis in victus ratione febres has excitare potest. Has autem febrium causas præcessisse cum certo intelleximus, abigere per contraria, si adhuc perseverant, oportet: nisi febris magnitudo cui ad ordinem interpellat. Interdum enim causa februm gignentis maior est habenda ratio: interdum febris, præsertim cum malignior est. Quæ duo tibi diligenter sunt discernenda. Quod si causa febris est frigus, poros densas, adhibe quæ diximus poros aperire, & vapores transpirabiles reddere: quas ad res sudorem prouocasse est imprimis salubre. Si autem vel solis æstus, vel medicamenti calor vehemens, & acer, febrem excitat, calorem hunc extingue refrigerantibus, & acrimoniam obtunde remedijs post dicendis. Si præterea materia vacuanda tantum est commota, & inde conculcata putret, æquetur, & expulsionem parata vacuetur. Si à motu corporis, aut animi, post medicamentum febris est, cura vt diariam ab his causis natam. Si à festina comestione sequuta est febris, à cibis abstinendo curatur. Si præterea febris est multum ardens, calorem flammeum extinguentibus cura, aerem appara, cibum, potum, vnguenta, emplastra cordis, & hepatis frigida suffice, & odoramenta frigida, & medicamenta cardiaca, frigida. Postremo balneis temperatis corpus humecta, & veterem reliquis omnibus, quæ contra febrium ardorem à peritis scripta sunt. Si autem pigra febris est, interdum eius causa æquanda, expulsionem, paranda, vacuanda est, quando febris maius est momentum.

Cephalalgia post purgationem. Cap. II.

Dolor capitis à purgatione fit, vaporibus in caput sublatis à medicamento purgante, præsertim violēto, aut imperfecte vacuante, aut materiam mouente quidem in capite, sed non educente: aut à cā aliqua externa superueniente, vt capitis calore, frigore, & similibus. Eius autem doloris curatio est quoq; in promptu, cā ipsius cognita. Si. n. à vapore est sursum ascendente, ad contraria is reuollitur dictis prius remedijs. Si vero iam sit elatus, idemque calidus, humeralem venam incidimus. Si autem frigidus est, curandus, quomodo alij dolores causa frigida. Ad id autem se-

Curatio febrium seorsim post effluuium causa cognoscitur. lib. 7. meth.

Si in aqua p. erum. & corpus. raphia. te. quæ. mirra. et. spicam. p. nat.

MON. Dicitur. in. vestig. et. fatum.

Si in. alijs. vnguentis.

Et malleoli vena remediū est præstantissimum. Si denique crassus est vapor, & frigidus, curatur remedijs morbo convenientibus, tibi non ignotis. Verum si materia est mota, tandem ubi cocta erit, vacuetur purgatione idonea. Si postremo dolet caput ab intemperie, medicamēto vel alijs causis succedente, curetur alterantibus contrarijs convenientibus.

De vertigine post purgationem.
Cap. III.

Vertigo inde accidit, quod interdum vapores à medicamento moti, & sublatis, caput petunt: idque motum rebus agitatæ proprium excitant, qualis est aqua in gyrum commotæ, vel in vorticibus circumactæ ob alterius occursum: qualis item est rerum leuium venti vertiginosi turbuloso statu circumactarum. Vertigo autem à vaporibus in nobis fit, quando hi in cerebri ventriculis, & arterijs circumacti, vna secum spiritus circumagunt, & maxime quo loco nervi sensuum opifices oriuntur. Quapropter imaginatur æger omnia super seipsum volui, & terram sub pedibus tremere, & moveri.

MOND. In parte ista determinat de quadam ægritudine, quæ accidit in substantia eius, ac cura ipsius, scilicet vertigine, nam ista passio magis attribuitur substantiæ cerebri, quam panniculis, est enim quedam passio non dolorosa, sed dico, quod differt vertigo, & scotomia, nam vertigo nihil aliud est, quam vapor existens in cerebro, & ventriculis eius, qui vapor facit motum rotundum gyrationem, & videtur sibi, quod tota terra tremat, & voluatur in gyrum propter talem revolutionem, & cum hoc sit lapsio virtutis sensitivæ, & non motivæ, sed scotomia est motus gyrationis, in quo non solum læditur virtus sensitiva, sed etiam motiva. Et dividitur hæc pars in duas partes, primo enim inquit causas huius vertiginis, secundo docet eam removere sumendo indicationem, ab illis causis, secundum ibi. Quod quidem curamus, accidit autem, scilicet post purgationem pharmaci soluti id nocumentum, quod est vertigo, quando movetur aqua motu gyrationis sicut, quando in ea proiecitur res granis, ipsa enim agitatur faciens revolutionem vnam consequentem ad aliam, sicut motus rerum leutum, &c. multoties enim videmus, quod quæ ponuntur pani ad solem, quæ propter ventum agitantem istos pannos fit motus gyrationis in eis, de ista tamen vertigine plenius habebimus in nono Almanfortis, quæ quidem vertigo nihil aliud est, quam vapor consistens in cerebro movens spiritus cerebri circumvolutio motu, lædens tantum eius operatione sensitivam, sed in scotomia læditur virtus sensitiva & motiva. Est tamen sciendum, quod iste talis motus est in parte anteriori cerebri, id est, in basi eius inferiori, nam in ista parte eius anteriori multi sunt nervi sensitivi, dictum est autem, quod vertigo nihil aliud est quam motus rerum in gyrum cum læsione motivæ actionis, & nervi motivi, ut plurimum ortura habet à posteriori parte cerebri, hinc est quod vertigo est maxima passio partis posterioris cerebri.

Stud autem symptoma hoc modo curabis: si abundet sanguis, humeralem incide, scarificato: item aurium cartilago, cucurbitulæ cervicibus affixæ, & cruribus, in id admodum conducunt: & præter hæc victus ratio tenuis, quæ sanguinem minuat: post hæc omnia aqua dul-

Acis balneo lauabis. Si autem vertigo est ab humorum copia, vacuentur vomitu, aut [potius] deiectione: post hæc cerebrum his, quæ affectui quoque conveniunt, roborandū est. Frictio quoque partium inferiorum, & alia quævis in contrarium reuulsio, prodest. Providendum quoque est partibus his, vapores in cerebrum transmittentibus, ut ventriculo, hepati, lieni, folliculo fellis, & alijs. Postremo, quod in capite reliquam est vaporum, id resoluendum est.

De visus imbecillitate post purgationem.
Cap. IIII.

Visus fit imbecilla post purgationem, interdum ab oculi partium siccitate immodica superflua vacationi succedente: interdum ab humore in ner-

Bui optici cavitate coacto, quem medicamentum liquavit, & non vacuavit: interdum à vapore crasso turbido, quem medicamentum ad caput, & videndi instrumenta subleuat. Si autem visus imbecilla sit ob siccitatem vacationi immodicæ succedentem, humectantibus curanda, cibo, potu, proba nutritione, balneo, somno, & ceteris corpus totum, & oculos præcipue, humectantibus. Si ab humore per medicamentum liquato in nervo optico, curabitur catapotijs coccijs, & ex hiera, & ex aromatibus, quæ in antidotario descripta habes. Destillato quoque in oculum succo chelidonij, & sceniculi, & felle perdicis, aut ericij, aut aquilæ, aut capræ, aut collyrii ex fellibus. Si ex vapore crasso, & turbido excitatur visus imbecilla, humor est vacuandus, à quo tenuato vapor attollitur, & vapores sursum ascendentes sunt tum repellendi, tum ad inferiora reuellendi, per horum frictionem, & exercitationem. In oculum vero dicta collyria instillanda. Ad hæc salubre est ieiunio quidem ventriculum excrementis purgare hieræ picræ infuso, aut aloes, aut absinthij decocto, aut oxymelite scillino. Post pastum vero vapores à cibo leuari solitos prohibere, coriandro præsertim, & cydonio, & similibus. Postremo adhibe oculis, quæ ipsos roborent, & tergeant, quantum tibi videbitur.

Quæret aliquis, faciunt ne pilulæ cochij, pilula de quinque generibus, & pilulæ de speciebus, omnes æqualiter huic passioni, & vno modo? Dico, quod non. Nam si ista debilitas visus veniat ex humore, qui in stomacho existit, eius vapor eleuatur ad oculos, & cerebrum, & inducit debilitatem visus, tunc eius cura fit cum pilulis hieræ, si autem hæc debilitas visus sit adueniens ex humiditate, ex toto corpore oculis communicata, & præcipue crassa, tunc conferunt pilulæ de quinque generibus, si autem hæc debilitas visus sit ex humiditate proveniens propter proprium nocumentum cerebri, tunc conferunt pilulæ de speciebus, quas ponit in suo antid. in princ. ipsius.

De ventriculi imbecillitate post purgationem. Cap. V.



Ventriculi imbecillitas interdum est communis toti ipsius corpori, tuncque omnis facultas naturalis (cuius origo ventriculus) imbecilla simul efficitur: interdum ori ipsius (quem stomachum appellant) est propria, tunc

Mesua.

D ij appe-

in Ha-
xistibet
f. Bricit
rogat
m. 11. 7.

in spūalem
aqua plenam
circum agra
et corpus
tas phiala. Et
te quiescente
motus aquæ et
spirituum in
gym per se
nat.

MOND.
Differt
ter vertiginis
et scotomiam.

in in chis
vertigine.

MOND

MOND

CANONES

appetentia fit imbecilla: interdum fundo ipsius, & villis retinentibus, tunc retentrix imbecilla sequitur. Ventriculo autem imbecillitas post purgationem accidit, quod medicamentum ei intemperiem pariat, aut ipsius corpus inanitione immodica extenuet, & rarefaciat: aut humorem benignum supernatantem vacuet, & noxium relinquat poris immersum, aut adhaerentem, aut imbibitum: aut materiam mouit in eo, sed non expulit: aut ipsum medicamentum in ventriculo permanet, villis eius adhaerens: aut ipsum est igneum, & multum acre, ob id ventriculi superficiem vehementer afficit, & vlcerat. Agens namque in partem sensu exacto præditam, vehementius imprimat, & magis afficit. Huic autem morbo alios multos excitaturo, facile cognita tibi ipsius causa, occurrens, nunc per ea, quæ corrigunt quantum incommodi à medicamento ventriculus accepit: nunc per ea, quæ imbecillitatis causas, vel auferunt, vel corrigunt: nunc per ipsum roborantia: nunc per ea, quæ prohibent materias ab alijs partibus in ipsum effundi, & assuere. Id quod frequenter contingit, præsertim cum materiae redundant in aliqua parte vicina eaque robusta: transmittit enim ad imbecillum ventriculū, ob id promptum ad recipiendum. Agens enim etiam non ita validum, facile imprimat in corpus ad patiendum præparatum.

Praxi, lib. 7. methodi, etia dicitur.

Lib. 2. de diff. feb. ad finem, et lib. meth. 12. lib. 3. feb.

Meditamen. natura, lib. 3. temp. & intro simpl.

Canon primus.

Cum medicamentis purgantibus prope omnibus proprium sit ventriculo nocere, multisque causis, & modis ipsum laceffere, ob suæ scilicet substantiæ contrarietatem, & actionis violentiam, in ventriculū ipsa recipientem, toramq; ipsius naturam, multa cura, præcipuoque studio, his tum causis, tum modis molestiarum est resistendum, his præsertim remedijs, quæ ipsum roborant, & quietem, somnumque conciliant: vt alimentis his delectis, & paulatim datis, quæ ventriculū roborant, eiusque partes in vnum cogant, & lassitudinem ab eo purgante medicamento ipsi impressam abigant. Neque imitandi sunt, qui post purgatorium medicamentum festinanter iura pingua, & pulmenta mollia propinant, cum hæc ventriculū laxent, & emolliant, & repleant, ob hæcque cibi fastidium, & nauseam generent. Quamquam iusculum huiusmodi sorbere interdum est necesse, tum præsertim, quando medicamentum violentius à partibus nutritorijs deturbandum est, iusculum enim lauat, & cito lubricare facit medicamentum.

MOND. IN parte ista remouet errorem antiquorum in partibus læsis quæ scilicet erant relaxata, & rarefactæ propter malam qualitatem medicinæ solutiua, vnde illa remota remouetur debilitas stomachi. Sed est aduertendum, quod quando debilitas est in stomacho propter sui lassitudinem, & mollificationem, tunc non conferunt brodia, vel iura pingua, eo quod ista mollificando stomachum debilitant eum magis, & suam virtutem expulsiuam, sed si indigeamus, vel absterfua, vel lauatiua, eo quod aliquando aliqua reliqua medicinæ remanserunt in stomacho, tunc bene

conueniunt brodia. & aliquando damus aquam hordei, & brodium, siue ius carniū, nam quando indigemus lauatiua solutiua, quia aliqua reliqua medicinæ remanserunt in stomacho, & hoc in superficie, vnde cito possunt expelli, tunc damus brodium, vel ius carniū, sed si partes medicinæ remanserunt in stomacho, & adherent partibus stomachi fortiter, & præcipue medicinæ male qualitatis, vnde timemus ne in posterum debilitent ipsum, vel inducāt alia nocumenta, tunc damus aquam hordei, sed quando timemus de humoribus superfluis stomachi partium, tunc non damus brodium lauatiuum, neque aquam hordei absterfua, quia cum sint humida per se haberent multiplicare talem humorem, & ideo alia die in quodam paralytico, eo quod ægritudo est frigida, & humida, timeas ne humor euaporaret ad cerebrum non dimisi dare brodium, neque aquam absterfua, sed si damus in aliquo brodium, non debet esse nimis pingue, eo quia tales partes serosæ, & pingues appodiarent se partibus stomachi.

Dandus itaque tunc cibus, qui ventriculi partes laxas in vnum cogat, ipsumque, roboret, qualis maximè idoneus fuerit subacidus, & subausterus, aromatibus parum astringentibus conditus, vt mīna, & legles, conditum cydoniorum, & similia. Paucus autem dandus est, quantus scilicet, ventriculū grauaturus non est, semperq; augendus, donec ad consuetam ventriculo quantitatem ventum sit.

In parte ista ponit ea, quæ proprie conueniunt, siue conferunt, & sunt quæ sunt cibaria, vnus est cibus factus ex speciebus stypticis, & rebus agrestis, & acētis, sicut est murcina, & sumachia. Nos facimus sic murcinam, quia accipitur lebes, postea accipitur myrta cum tora substantia, & acetum ponitur modicum in lebete postea accipiuntur membra vntus pulli, vel capretti, & submerguntur in infusione, postea proijciuntur desuper species odoriferas, & stypticas consonantes etiam membra principalia, postea de ista infusione, scilicet murcinæ, & acētæ infundimus super ista membra principalia, iterum ponimus de istis membris superius, & super ista membra iterum supra ponimus de nominatis speciebus, & sic vterius faciendo, sicut placuerit facienti. Et sumachia fit isto modo, quia accipimus sumach, & acetum, & pullos membratos, & species stypticas, & odoriferas sicut cinnamomum, & caryophyllos, macem, & similia, & fit eo modo quo fit murcina, etiam hoc modo posset fieri de iure, & alijs seminibus, & rebus, etiam hoc posset fieri sine substantia illarum rerum, nam pistamus murcinam, & ponimus in pecia, postea ponimus in lebete cum aceto, vel alijs rebus, vel pistamus, & distemperamus eam cum brodio, pulli, & colamus, & istam infusionem ponimus loco substantiæ murcinæ, & intelligas semper, quod non fit murcina solum ex liquore aceti, quando fit cum substantia murcinæ, immo ponitur semper ibi de brodio sufficienter, non enim posset habere bonum saporem, nisi enim peccaret in sapore aceti, & hoc potest melius videri ad sensum quantum ad proportionem istarum rerum.

His autem cibus omnino miscere oportet mentam, omphacium, cydonia, matiana mala, succum granatorum, & rhois, cydonia condita, cydoniorum conditum, aromata, & similia. Bibat autem vinum tenue, odorum, leue, aqua sole, vel ligni parū cocta, quāta opus est, dilutum, pauca quoq; rosata adiecta. Viter autem vinum dulce, crassum, turbidū, aquam præterea tum calidam, tum exacte frigidam: ut

MOND

MOND

* Cibus Galenicus

la enim ventriculum laxat, & virtutem eius dissipat: hæc imbecillum calorem extinguit. Potus vero sit parcus, etiam si magna sitis est, quam potu largo placare ne teates. Nam sitim tolerare, ventriculum roborat. Vitet præter hæc pingua, pisces, fructus, cibos coctu difficiles, & mali succi, coitum, & iram. Hæc enim post purgationem corpus senescere faciunt, & in morbos præcipitant. Somnus vero post purgationem ventriculum, & corpus reliquum emendat, & pristino vigori maxime restituit. Omnes enim ventriculi molestias, ex vacationis agitatione proficiscentes sedat. Deligatur itaque cibus, & potus talis, & paucus, aer temperatus, gaudium, delicia, & reliqua id genus; victus ratio. Balneum vero his est notissimum, nisi immoderatus vacuentur: tunc enim necessarium, ob id per immodicam huiusmodi vacationem imperandum est.

Canon secundus.

In auferendis vero causis imbecilli ventriculi, danda est opera, ut quæ illas auferunt remedia, omnino etiam ventriculum roborent, ut his integra succedat ventriculi sanitas. Quam rem præstabunt mista illis cardiaca medicamenta, & stomachica. Si autem imbecillus est, ventriculus, ab intemperie per medicamentum excitata, curabis idoneis ei temperaturæ mistis remedijs. At si imbecillus est ventriculus, ob id, quod per purgationem latera eius sint rarefacta, & attenuata, sanatio est difficilis. Curabis tamen partim, victus ratione virtutem eius paulatim instaurante, potissimum quiete, & cibo boni succi cito nutriente, sed pauco, qualis est vitellus oui recentis, & sorbilis, hepar gallinæ iuuenis, & pinguis, alæ auium, & pullorum, vinum odorum; partim medicamentis virtutem ipsius congregantibus, sumptis, qualia sunt astringentia, odorata, non valentia. Emplastrum quoque, ex medicamentis astringentibus, & odoris ipsi imposuisse confert: conseruat enim ipsius calorem resolui periclitantem, ob ventriculi raritatem. Quod si adeo attenuatus sit ventriculus, ut hæctica imminet, ventriculum modis omnibus humecta, præcipue his, quæ tum corpus, tum virtutem instaurare partim diximus, partim dicemus.

M O N D. Notandum, ægrotudines sicæ propter earum insuperabilem qualitatem sunt de difficili curabiles, ut plurimum alæ auium intellige non cum extremitatibus, sed cum pediculis carniū. Nam extremitas alarum est valde peccans in superfluitate, & est modici nutrimenti, & si alicui superflueret fluxus ventris darem rem stypticam, & cum hoc darem frigidam, quæ corrumpat caliditatem talis medicinæ calidæ facientis talem debilitatem stomachi, & darem rem odoriferam, quæ proprie confortaret cor, & membra principalia, ut propter istam confortationem natura possit melius resistere isti debilitati stomachi.

A Si præterea ventriculus est imbecillus, ob id, quod humorem benignum vacuauit medicamentum, & prauum reliquit, aut quia humorem prauum commouit quidem, sed non vacuauit: eo humore vacuato sanabitur, si ventriculum quoque postea roboraris. Quod si imbecillus est, quia medicamento portio villis ipsius adheret, dictis remedijs curatur. Si ventriculum vlcas a medicamento imbecillum fecerit, idque recens sit, da roborantia, & vlcus glutinantia: si vetus, tergentia aliquando, aliquando glutinantia, & roborantia.

Canon tertius.

Modis autem tribus ventriculum imbecillum roborabis: primo, causâ ledente ablata, quemadmodum ante docui: secundo, his, quæ ipsius lassitudinem tollere scripsimus: tertio, cibo, potu, & alijs omnibus, quæ roborant, & virtutem instaurant, adiuuantibus in id aromatis stypticis, & rebus alijs parum acidis, præsertim primum, aut secundum [caloris aut frigoris] gradum non excedentibus, quibus natura gaudet. In singulis, autem tribus modis prædictis, cor vitæ thesaurum roborare conuenit.

Canon quartus.

Vacuata ex ventriculo materia, ad ipsum affusa, iterum recipi in eundem prohibebis bifariam; primo materiæ ad contraria reuulsione, per frictionem extremorum, & alia iam dicta, præter balnea: secundo, virtutem ventriculi in vnum cogendo, ipsumque ventriculum roborando, ne humores ab alijs partibus transmissos recipiat. Virtus namque vnita contrarium fugat, non admittit.

De siti post purgationem. Cap. VI.

Sitis ante interdum fit, quam purgatorium medicamentum vacuet, interdum purgationem sequitur: quando immodicam purgationem. Si ante vacationem excitetur sitis, eius causa est, vel medicamentum, vel ventriculus, vel humor vacuandus. Medicamentum, quidem calidum, acie, ialsum, amarum, aut aliter desiccans; ventriculus vero natura calidus, aut siccus, aut calidus simul, & siccus: humor calidus, & acer, ut bilis, flaua præsertim, & falsa pituita ventriculo consuetior. Hic autem cum medicamento, ubi vacuatus erit, sitis cessat, nisi forte is humor intemperiem in parte reliquerit. Si autem ventriculus humore crasso, lento, & pituitoso abundat, sitis non gignitur. Hoc autem vi purgatrice medicamento vacuato, sitim succedere bonum est. Id quod Hippocrates innuit hoc aphorismo. Si quis ob suam plenitudinem, non sitiatur purgatus, iterumque sumpto medicamento

Mesua.

D iij camento

Hæc prope sitis ex omni causa in Galen ap. lib. 19. lib. 4. Sitis a calido, vel a frigido, vel a pituita, ut in ap. lib. 1. simpl. 130.

Aph. 10. li. 4. de hoc dicitur sitis est.

De lib. 10. me. th. aph. 21. lib. 4. Sitis a ventriculo, ut in Galen. lib. 19. simpl.

Balnei aquæ temperata ad cutem aucta. Si autem sitis. & si ap. lib. 19. simpl. 130. ut in reliquis dissipat.

Sic Galen. lib. 19.

M O N D.

De lib. 7. me. th.

De sanguine. Sicut in emplastro. lib. 7. simpl.

Sic Galen. lib. 19.

CANONES

camento non sitiat, iterum atque iterum purgandus est, donec sitiat. E genda sit his, quæ lambendo sumuntur, qualia multa doctis scribuntur.

MOND. EX his verbis duo licite excipimus, primum est, quæ sit causa huius sitis, quia eius causa est euacuatio debita humoris, qui debet euacuari, & per hoc differt hæc sitis à prima, eo quod hæc sitis nõ sit ante euacuationem, immo eam consequitur, quod non est sic de siti præoccupante, & hæc sitis interdum magis euacuatione procedente, & non remittitur, unde quanto plus procedit euacuatio conueniens, & debita, tanto magis hæc sitis augetur, sed prima sitis remouetur per euacuationem factam à pharmaco. Secundum, quod concipimus ex his verbis, est in cuius euacuatione humoris consistat hæc sitis cuius etiam membri sit hæc sitis, quia scilicet passio stomachi est, nam licet consecutiuè, & per accidens sitis, posset euenire propter inanitionem aliorum membrorum, principaliter tamen aduenit propter passionem stomachi, & est eius passio, consistit etiam hæc sitis in euacuatione debita humoris pinguis & phlegmatici, nam sitis præoccupans non aduenit propter humorem phlegmaticum, nam humores phlegmatici sui frigiditate, & humiditate illam mitigant in principio: & ideo quæ isti humores purgantur conuenienter, aduenit hæc sitis, & omnino nõ erit signum euacuationis humoris cholericæ, cum humor cholericus, antequam euacuetur possit sitim facere, quod non est sic de humore phlegmatico: nam sicut sitis principaliter est passio stomachi, & ex consequenti aliorum membrorum, ita sitis hæc succedens sufficienti purgationi principaliter, est signum humoris, qui debet conuenienter euacuari, & debite à medicina solutua, non autem est signum aliorum, nisi per accidens, & ex consequenti.

Qua sententia voluit Hippocrates, ut Rufus est interpretatus, * confertim exquisitissime corpus esse vacuandum, donec sitiat. Rufus autem male oblitus erat sermonem hunc Hippocratis in Epidemijis dicentis, per opus medicamenti purgantis, non veniendum esse ad vltimam vacuationem, quod hæc naturam terret: Ob id salubrius putauit Galenus, vacuationem iterare, quam semel multam facere. Hac igitur ratione sitis à purgatione laudatur. Sitis verò illa laudabilis Ioannitio significatur, cum qua simul adsint etiam laudabiles, & legitime, leuitas, iucunditas, quies. Immoderata autem actioni purgantis medicamenti succedens sitis, ab Hippocrate non intelligitur, quod inanitio immodica heceticam, & attenuationem ventriculi, & sitim, & asperitatem excitat: estque illa terroris signum potius, quam commodi aluius. Siti vero, quam Hippocrates intellexit, nullis opus est remedijs, præterquam tolerantia, & somno. His enim duobus sic sedatur, vt etiam probius coquat ventriculus. Ne igitur tam confidenter potum multum mox propines. Hic enim virtutem abolet, sitimque potius auget, quam minuit. Ad hæc obstructions prauas excitat, quibus hydrops interdum succedit. Quum verò sitis est à calore ventriculi, blande tractanda est, quoad medicamenti purgantis actio erit absoluta. Tunc enim si ventriculi intemperies perseneret, sitim curato his, quæ intemperiem conuenienter permutant. Cauendum autem tibi est, ne naturam potu multo obruas, cum sitis potius fran-

* *ἀσπλάγχιον*
Græc. *ἀσπλάγχιον*
simul. & *σπλάγχιον*
Rufus *ἐπιδημίας*
sit. medicam.
purgantis.

Ponit curam sitis, præoccupantis propter calorem scilicet proprium stomachi, quæ est stomacho præter naturam eueniens vel propter calorem factum à medicina, vel ab humore illic attracto, vel extracto: nam si des potum ante operationem, posset prohibere eius perfectam operationem, & ideo debes blandiri, confortare etiam eum vt ipse potum abstineat, si tamen nõ potest à potu abstinere, debes sibi exhibere talem rem potabilem, quæ ei non noceat, nec medicina. Et ideo debes sibi dare de aliquo syrupo, sicut syrupo violato, vel rosato, vel nenufarino, aut de aqua zuccari, aut de aqua hordei, aut dare sibi aliquod pyrum, seu pomum stypticum, vt cytonium, quæ quidem habent corroborare operationem pharmaci, aut pilulas bichichias, quæ omnia habent sitim sedare.

Si denique sitis vacuationem immoderata sequatur, modis omnibus, totaque victus ratione humecta: cautione tamen interim adhibita, vt coctio sumptorum fiat, & prædictis roboretur.

De singulis post purgationem.
Cap. VII.

Singultus est ventriculi motus conuulsorius, à re ipsa noxia excitatus: seu est partium ventriculi motu violento aggregatarum contractio. Is autem medicamento purgantis, aut interuenit, aut succedit. Interuenit quidem nunc medicamenti purgantis ratione, nunc ob materiae per ipsum mota naturam. Medicamenti ratione, quia ipsum, aut suo calore immodico, & acrimonia mordet ventriculum, aut siccitate eundem corrugat, & coarctat. Ob materiae vero per medicamentum mota naturam, cum ipsa in ventriculum effusa, aut calida, acris, mordax, suo motu conuulsionem excitat: aut crassa, frigida, eundem grauat, & replet: aut in flatum est soluta crassum, replentem, ac extendentem ipsius tunicas. Succedit autem singultus, actione medicamenti purgantis, ob siccitatem ab immodica vacuatione excitatam, & eam aut nondum consummatam, aut confirmatam proximam, quæ Hippocrati signum est, lethale. Singultus vero, quem medicamentum purgans per se excitauit, curatur, his vicissim adhibitis, quæ ipsius virtutem alterant. Ob materiae vero naturam factum curabis, blande acrimoniam ipsius frangentibus, donec ipsa materia vacuetur, quando etiam vestigia ab ipsa ventriculo impressa alterare oportet. Factus vero singultus, à siccitate non consummata, humectantibus iuuatur: quin, & interdum sanatur. A siccitate, autem velut sigillo impressa, & consummata propinqua vix sanatur, vt inquit Hippocrates in Aphorismis. Id quod eo posteriores quoque asseruerunt.

MOND.

MOND.

De siccitate
mandat Gal.
lib. 7. m. 10.

Sic Galenus
in primis, lib.
3. lib. 7.

lib. 7. m. 10.

in primis

De

De dolore ventriculi post purgationem. Cap. VIII.

Dolor ab al-
terius sub-
stantia
Calo, ut hic
M. f. d.

DOlet ventriculus post purgationem, vel ob intemperiem ipsius aequalem, vel inaequalem, à medicamento purgante excitatam: aut ab eodem ulceratus, aut flatu calido acri pungente, vel crasso frigido, quem medicamentum in ventriculo mouit, non dissipauit.

MOND.

AIt accidere dolorem stomachi à malitia ipsius complexionis simili. Contrarium mala complexio similis, est mala complexio aequalis, modo mala complexio equalis, non est causa doloris. Vt Auicenna ponit primo can. sen. secunda. c. de causis doloris, & Gal. in libello de malitia complexionis diuersis. Ad hoc possumus respondere vno modo, quod iste dolor fit à mala complexione composita. Vel aliter per expositionem textus, vt intelligamus malam complexionem compositam cum materia, potest enim pharmacum ex sui sola qualitate inducere hunc dolorem. Vel tertio modo possumus sic respondere, propter quod aduertendum, quod aliqua mala complexio potest dici similis, & aequalis, quo ad partes subiecti, quod alteratur, quia fit in omnibus, sed non quo ad gradum; nam possibile est, quod aliqua mala complexio calida in primo gradu ponatur, sic in omnibus partibus membri alicuius, vnde erit aequalis, quo ad partes subiecti, sed non erit aequalis, quo ad gradum caliditatis, nam vltimus potest in tali complexione alterare membrum ad vltiorem gradum caliditatis. Secundo modo dicitur aliqua mala complexio aequalis è conuerso, quia est aequalis, quo ad gradum qualitatis, sed non quo ad partes subiecti, sicut quando in apostemate tota materia fluxit ad locum, & amplius nihil eius restat fluendam, est enim tunc aegritudo non aequalis quo ad partem subiecti, sed quo ad gradum qualitatis, eo quod nihil amplius de gradu qualitatis huius humoris restat fluendum, vel fluendum, licet hoc modo secundo, possumus melius dicere, scilicet, quod apostema est aegritudo facta, quando amplius eius nihil restat fluendum, non quod sit aequalis proprie. Tertio modo dicitur aliqua mala complexio aequalis, quo ad gradum, & quo ad partes subiecti, nam in ipsa integre, & perfecte omnes partes subiecti sunt alteratae, & de hac loquens Gal. in libello, de malitia complexionis diuersis dicebat, quod in ipsa integre, & perfecte membra secundum omnes eorum partes; quia secundum vltimum gradum sunt alterata. modo si loquamur de prima mala complexione equali, dico, quod in ea potest fieri dolor, quia continet potest tale membrum, vel corpus, quod heclicus sentit caliditatem, ephimericus sentit etiam caliditatem ex cibo exhibitio post vnam horam vel duas: si etiam loquamur de secunda mala complexione, in ea etiam fit dolor, vnde quanquam apostema sit aegritudo facta, adhuc membrum sentit dolorem in tali apostemate propter extensionem illic factam à materia apostemante, sed in tertia nunquam fit dolor, cum perfecte sit facta alteratio ad id, quod praeter naturam, dolor autem habet fieri per remotionem bonae complexionis, modo Mes. loquebatur de prima, & secunda mala complexione aequali, non de tertia.

Mala complexio aequalis

Secunda mala

Tertia mala

Lib. 6. capit. 7. method. Gal. Ibidem. Galen. lib. 5. method.

Si intemperies est, eaque tola, curabitur contrarijs alterantibus, quantum conuenit. Si vero non sola est, sed cum materia, ea prius coquenda, post vacuanda. Si ulceratus est ventriculus, hac solutio continui curanda remedijs à nobis dictis. Si à flatu calido, aut frigido, resoluatur his remedijs, quae docti scripserunt.

APer haec possumus habere illud quod dicebatur in MOND.

Solutio alterius quæstionis. qd ipse ibi per malam complexionem similem intelligebat eam, quæ est sine materia, & per diuersam eam, quæ est cum materia. hæc enim nunc dicta consonant illis dictis in prima parte capituli propter solutionem continuitatis. nam ista solutio continuatis, aut est noua aut antiqua, quia emittat pus, aut saniem; si est noua curatur cum incarnatiuis; si est antiqua, curatur primo cum lauatiuis, & absterfuiis illius putredinis, postea cum incarnatiuis à ventositate, & hæc etiam potest curari cum ventosis positis super os stomachi, aut super vmbilicum, aut positis super sphondyles costarum, quæ maxime respiciunt partes stomachi, inueniturq; id bonum remedium, nam accipitur calidus panis extractus de furno, postea seinditur per mediū, facto hoc accipitur oleum, & mel, & cum eo commiscetur, postea emplastratur super stomachum, multum enim confert in tali dolore stomachi, qui aduenit à ventositate.

De ulceratis intestinis post purgationem. Cap. IX.

Intestina vlcerantur, aut à medicamenti facultate, aut materia acri, incidente, vlcerante, à medicamento mota. Diximus autem medicamenta, quibus est incidendi, ac vlcerandi proprietates. De hisque iterum dicemus in simplicibus. Distinguenda vero tibi sunt intestina vlcerata, sint ne superiora, seu tenuia, aut inferiora, & crassa, aut media. Quam rem ex situ doloris, & puncturæ discernes, & strepitum [Pachozymus] Græci, vulgus gurgulationes vocat] differentijs, & alijs signis, quæ à peritis medicis conscripta sunt.

Gal. lib. 6. method. 7.

Tradit cognitionem excoriationis per causas. secundo ratione locorū, quibus aduenit. Et habetur MOND.

Cognitio excoriationis, per differentias situs doloris hoc modo, quia si dolor est in partibus superioribus, tunc excoriatio est in intestinis superioribus: si in inferioribus, tunc excoriatio est in intestinis inferioribus: si medio modo, medio modo est excoriatio, quia in intestinis medijs, vt in monoculo, vel gracili, siue intestino ileon, & per differentias dolorum hæc cognoscitur, quia si dolor iste est perforatiuus, ac si videatur intestina terebello perforari, tunc excoriatio est in intestinis inferioribus. si autē dolor iste est pungitiuus tunc excoriatio est in intestinis superioribus, si medio modo, se habet in medijs locis. & per differentias scientiæ processus gurgulationis, nam si gurgulatio multum durat intus, antequam ad extra propellatur, tunc defectus est in superioribus intestinis si non in inferioribus, si medio modo, in locis intermedijs. etiam hoc cognoscitur, ex modo permixtionis corticam intestinorum cum alijs ex fecibus, tunc excoriatio est in superioribus intestinis, si autē cum eis non sit permixtio, tunc est in inferioribus, vt ponit Gal. in primo de interioribus, & in sexto euidem, hoc etiam potest cognosci ex substantia exentis, nam si humores cortices sint in substantia subtili tunc venit à superioribus intestinis, si autem fuerit crassus in substantia, venit ab inferioribus intestinis: si autem medio modo sese habet in substantia, tunc venit ab intestinis medijs.

A quibus etiam ratio curandi vlcera intestinorum superiorum, inferiorum, & mediorum exacte est tradita, & ex illis tibi est cognoscen-

CANONES

gnoscendum. Quod si hæc à medicamento purgantis reliquijs excitata suspicio est, curabis virtutem medicamento frangentibus remedijs, & foras extrudentibus. Si à materia acri, & ulcerante, eam coque, & blande, clementerque expelle, ne noxam noxa cumules. Post hæc tergentibus, & glutinantibus dictis utere.

De cruenta deiectione post purgationem.
Cap. X.

Diectione fit cruenta, vel intestinis à purgatione ulceratis, vel valorum orificijs à medicamento mordente, ut colocynthide agresti, & similibus adeo patefactis, ut sanguine manent: vel ob id, quod vacuatio tam immoderata per medicamentum attractionem superfluam excitatur, ut vis naturæ afferatur, cogaturque ipsa magno suo incommodo sanguinem trahenti violentius medicamento permittere. Ulcera autem curationem iam diximus. Si venarum ora immoderatus pateant, curabis remedijs prius dictis, præsertim, quæ partium essentiam vniunt, roborant, glutinant. Si denique cruenta sit deiectione à purgatione immodica, est iam dicta prius curatio.

Hijs p. lib. de nat. hum. lib. 1.

De tenesmo post purgationem.
Cap. XI.

Tenesmus fit, sphinctere vel ulcerato, vel medicamento, aut materiæ per sedem vacuatæ acrimonia commorso, vel perfrigerato. Ob quæ fit inanis quædam desidendi cupiditas. Curatur tenesmus balanis, enematis, emplastris, pro varia affectus causa scriptis à doctoribus.

Sphincter musculi sedis versus a claudens. A pinna est utraque & salia mordetur.

De lassitudine, seu imbecillitate corporis post purgationem. Cap. XII.

Corporis imbecillitas interdum vacationis immodicæ succedit tanta, ut vires prosternantur, ob id recte Galenus vacationem repetere, quam exquisitè semel vacuare maluit: & in morbos à plenitudine, quam ab inanitione, aliquem prolabi, tollerabilius esse existimavit ad ipsumque verbis Hippocratis confirmavit dicentis, facilius esse repletum inanire, quam inanitum replere. Morbum autem posse curari, vel non posse ad virtutem refertur, auctore Ioannitio: illud quidem saluam, & integram, hoc vero lapsam, vel imbecillam. In morbis autem à repletionem, salua magis est natura: in his vero, quos inanitio parit, velut lapsa jacet. Est igitur repletum inanire promptius, quam contra. Corporis quoque imbecillitas interdum sequitur medicamento purgantis malignitatem, ob excitatam scilicet ab eo intemperiem, aut naturæ fatigationem, propter ipsius enim naturæ contrarietatem. Qua

Synopsi est præcepti virtutis lapsus. Aph. 5. lib. 1. in progn. lib. 2. rat. vitæ acriter. Copie quæ inopia præsentis remedium. Natura morbi sanat. Plenum inquitur omni pro modum genere causarum salubrium. Inane autem corpus vitam sola nutritione repleri potest. ut lib. 7. meth. per citum eadem à virtute restitua. Qualis in plenis est partibus: quæ inanitas. Curatio. Sic omnino Gal. lib. 7. meth.

E propter æquum esse censuit Democritus, valens medicamentum reddere imbecillum, malignum vero salubre. id quod opere hoc toto contendimus, & præstare conamur. Imbecillitas corporis purgati itègnitur, interdum ab extremo calore, & æstu, nativum calorem, & spiritum dissolvente, & à corpore profundo ad cutim trahente. Ita quoque purgationi accedens, & sollicitudo, & coitus, & labor, & reliqua vivendi ratio prava vires deiecit. Hanc autem corporis imbecillitatem sanabis, cognita ipsius causa ad quam propullandam interdum conatus omnes nostros dirigimus, eaque demum est rite curandi methodus, & opus medici præcipuum. Est tamen, quando prius contra ipsum symptoma nobis pugnandum est, tunc præsertim, cum ob ipsius vehementiam virium resolutio timeatur. Si autem imbecillitas hæc ad vacationem immodicam contingit, anælepticae artis parte, hoc est, refectoria, & renutritoria, utendum est, ut in ventriculi imbecillitate diximus. Si vero imbecillitas hæc corporis ab intemperie est, contrarijs ante dictis profligetur. Si fiat spiritibus ab æstu, labore, coitu, ira, resolutis, prædicta victus ratio est necessaria. Cum vero contra symptoma pugnamus, renutritoria victus ratione, & roborante est opus. In id etiam per quam commoda est delectatio, & alimenti paulatim pro viribus facta accessio. Ad hæc somnus, quies, iucunda, & suaveolentia adhibita, medicamenta, cardiaca, & stomachica. Balnea quoque præsertim dulcis aquæ, abioluta propemodum curatione sunt saluberrima: & in his ipsis ius pullorum, & animum aliarum, & vitellos ouorum sorbere, præsertim si lenis frictio præcesserit, & nervorum musculorumque unctio ex oleo aliquo temperato, quale est oleum ex spica, oleum chamæmeli, oleum leucioij lutei. Oleum quoque vetus, auctore Galeno, lassitudinem solvit. Ad hæc oleum mastichinum, cum oleo rosato, & vino antiquo factum, lassitudinem, debilitatemque nervorum aufert.

Sic lib. 7. meth. Gal.

Si malum regimen in corporibus sanis est causa huius debilitatis, multo magis in corpore, quod purgatur erit causa huius, cum sit debile in virtute, & ideo ex tali malo regimine incurrunt maiorem debilitatem, & commotionem humorum, unde dato, quod pharmacum sit solènter exhibitum, tamen propter malum regimen potest impediri, & dato, quod regimen sit bonum, & male sit purgatus, aut malum accidens inde sequatur, medicus debet hæc statim referre ad malum regimen, sicut de quodam comite in ciuitate Aretij, ad curam cuius erat magister Thadeus cum alijs quibusdam medicis: nam ipse post aliquod tempus volebat petere recessum ab infirmo, scilicet, quia erat aliquantulum alleuiatus, alij medici dixerunt ipsi, non recedatis, quia volumus illi dare medicinam, dixit magister Thadeus, si ita date, magister Thadeus veniens ad infirmum de mane inuenit eum vicinum morti: statim dixerunt astantes, nos fecimus totum, quod præcepistis, tunc interrogavit magister Thadeus, virum aliqua fenestra in nocte remansisset aperta, dixerunt ita, dixit magister Thadeus, vos male fecistis, & habebitis damnatum, & ipse plus, quia dimisit fenestram apertam.

MOND.

De

De convulsione post purgationem .
Cap. XII.

Convulsio in purgatione ipsa interdum accidit, interdum post ipsam. Quæ autem in purgatione accidit, interdum fit ob materiam multam à medicamento commotam, non tamen vacuatam, sed ad nervos, & musculos aliquando procumbentem, coique replentem, & villos ipsorum extendentem. Quo fit, ut nervi, & musculi in latum aucti, breviores evadant, longitudine scilicet naturali tum minuta. Quapropter ceu chordis tensis vincæ partes, motu contrahuntur dolorifico multum, qualiter arcuum chordæ breviores reddita. Porro ad hanc convulsionem propensi sunt magis, quibus est corpus impense plenum, & meatus in eo angusti: quibus item nervi sunt humidiores: qui denique vino se multo frequenter ingurgitant. Fit item convulsio hæc interdum à vapore turbido, crasso, quem cum flatu instante medicamentum ad nervos sustulit. Fit etiam à frigore vehementi, nervos, & musculos corporis purgari lædente, cogente, densante. Quapropter hi versus principium suum contrahuntur. Nonnunquam fit à medicamenti qualitate venenosa, nervos, & musculos feriente, quam ut hi à se expellant, aut ut omnino vitent, contrahuntur. Quæ vero ex siccitate convulsio ab Hippocrate, ceu lethalis damnatur, ea potissimum intelligitur, quæ fit à siccitate consummata. Quamquam autem ex repletione convulsionem febris superueniens

A soluat Hippocrati, rectè viri huius consilium est accipiendum. Quædam enim à plenitudine convulsio est, quam febris superueniens tantum abest ut soluat, ut etiam febrem ea de causa excitasse, malum geminet: qualis ea præsertim fuerit convulsio, quam parit materia multa per medicamentum commota, sed non vacuata, quæ in nervos, & musculos, ut dixi, incubat. Medicamentum namq; purgans, febrium flammam dum reddit, venenosam ei qualitatem acquirit longè nocentissimam. Rectè autem curabitur, si repente materiam commotam vacuaris, idque vel medicamenti vim adiuvando, acquirita scilicet ei, & facultate plenitudinem vacuatura: quin, & superdato venter purgante alio, si opus esse tibi videbitur. Post hæc noxas nervoso generi impressas corrige, ipsumque robora, & spinalem medullam, & cerebrum, & corpus reliquum. Si autem à vaporibus elatus, convulsio fiat, curabis dicta victus ratione, & dictis omnibus remedijs, quæ vapores in contrarium reuellere possunt. Si à frigore, calefacientia nervos, & musculos omnia sunt remedio. Si à qualitate venenosa, curabis per ea prius dicta, quæ malignitatem hanc cito de corpore detrudunt: adhæc tum ea, quæ nervos, & musculos à noxis indidem acceptis vindicant, tum per ea, quæ ipsos roborant. Convulsionem verò ab evacuatione immodica, lethalem scripsit Hippocrates, quæ à siccitate omnino est: quam, si consummata est, insanabilem diximus. Si non est confirmata, curetur ratione victus humectante, & auctiore tum cibo, tum somno, & similibus.

*Aph. 26. li. 2.
et 27. li. 4.
et 70. li. 5.*

*Sic Gal. lib. 5.
meth. in pueris
lib. 5.*

*Aph. 3. et 4.
lib. 5. et alibi
passim.
Gal. lib. 7. de
10. meth. et li.
fibrium et de
marafian.*

*Convulsio
essentia.*

*Gal. aph. 39.
lib. 6.*

Aph. 5. lib. 5.

*De aph. 1. li. 5.
aph. 2. et 4.
lib. 5. et alibi
passim. et in
lib. 1. p. 2.*



UNIVERSITÄT
INDEX MEDICAMENTORVM
SIMPLICIVM PURGANTIVM
A MESVE LIBRO SECVNDO
TRACTANDORVM.

Medicamenta simplicia purgantia.

Clementer.		Valenter.
<ul style="list-style-type: none"> Aloe, Absinthium, Rosa, Rhabarbarum, Myrobalani, Pruna, Tamar Indi, Casia, Manna, Viola nigra, Psyllium, Adiantum etiam pleg. 	<ul style="list-style-type: none"> trahendo, & astringendo, fla ua: nam alia aliud vacuāt. astringendo. lubricando. 	<ul style="list-style-type: none"> Agaricus, Asarum, Aristolochia, Bryonia, Cyclaminus, Cucumer agrestis, Dracunculus, & arum. Elleborus, Esula, Hermodaetylus, Iris, Scilla, Turbith.
<ul style="list-style-type: none"> Cnicus, Lupulus, Hyssopus, Eupatorium etiam cholag. 	<ul style="list-style-type: none"> 	<ul style="list-style-type: none"> Euphorbium, Opoponax, Scammonium, Sagapenum, Sarcocolla.
<ul style="list-style-type: none"> Stachas, Aqua lactis, Fumaria, Epithymus, Thymus leuiter, magis phleg. Polypodium, Ius gallorum pleg. cum pleg. melanogogum cum melanog. 	<ul style="list-style-type: none"> 	<ul style="list-style-type: none"> Balanus myrepfica, Centaurium, Colocynthis, Cocum Gnidium, Genista, Ricinus, Senna.
<ul style="list-style-type: none"> 	<ul style="list-style-type: none"> 	<ul style="list-style-type: none"> Armenus lapis, Cyanus lapis, Nitrum, Salis genera,

24

IOANNIS MESVAE DE PURGANTIVM MEDICAMENTORVM

Simplicium castigatione Speciatim.

LIBER SECVNDVS.

QVEM DE SIMPLICIBVS VOCANT.

ANTIQA VERSIO.

A IACOBI SYLVII VERSIO.

ROTELAVIMVS vsque huc intentionem, & modos rectificationum medicinarum solutionem facientium in sermone vniuersali. Et posuimus distinctiones in intentionibus, & modis cum conditionibus solemnibus, vt inueniatur ex principio relationis scrutiniij nostri summa praecleara, aggregans res intentioni huic necessarias. Volumus autem nunc de singulis earum singularia explicare capitula, quicquid de esse eam, & posse, & emendatione malitiarum in ipsis, aut redundantium in corpore per eas, completentia. in quorum complemento complebitur liber totus. Auxiliatorem igitur, petamus Deum, ad quem cuncta respirant, & a quo misericordiae omnes prodeunt, qui sit benedictus, & ponamus in principio inter particularia solutiua singularia capitula de medicinis benedictis, in quibus non est venenositas, quae non ponunt operationes suas, vt cadat per eas in corpus nocumentum. Et praepo- nam omnibus capitulum de Aloe.



ACTENVS generalem quendam medicamenta purgantia deligendi, & castigandi modum produximus, libro superiore. in quo scopus distinximus, quibus intentus, quis ipsa inueniat, & modo idoneo expoloret, an conditiones illas celebriores habeant, idque scrutandi principio a nobis breuiter, ac pulchre tradite in eo autem theoremata quatuor ad hanc rem necessaria pertractaui. Nunc vero consilium est, singula purgantia medicamenta seorsum explicare, & in horum quouis substantiam, facultatem, castigationem noxarum corpori ab ipsis impendentium. quibus absolutis, librum finierimus. Deum igitur adiutorem imploremus, ad quem conspirant omnia, & a quo misericordia omnis proficiscitur, qui sit benedictus. incipiamus autem a medicamentis purgantibus, quae ob id benedicta vocamus, quod harum actio nullam corpori noxam imprimit: horumque primam Aloe ipsam statuamus.

A L O E.



litare virtutes, & membra, quae sunt minerae virtutum, & afferre eis nocumentum propter illud quod diximus, cadit haec intentio ab aloe. Non solum enim non nocet, sed inuenitur ad confortationem membrorum debiliu addere, & ad reditionem eorum in proprias virtutes

De Aloe. Cap. 1.

ANT.
VER.

Aloe est de melioribus, & sublimioribus medicinis, habens prerogatiuam supra alias medicinas. Quamquam enim intentio solutiui secundum plurimum sit debi-

B

DE SIMPLICIBVS.

res conferre: neque ad aliud nisi ad vnum videtur nocuum. † Aperit enim orificia venarum apertione sanguinem manare faciente. Et ipse est aliarum medicinarum rectificator bonus. Mixtus enim cum ipsis, & proprie cum eis, quæ solutionem faciunt dissoluendo, medicinas ipsas rectificat, & nocuenta earum remouet. Et neque expoliandæ sunt à permixtione eius cum ipsis, est enim regulans, & rectificans eas & illud ideo, quoniam ex parte substantiæ suæ, opponitur subtilitati, & acumini earum. Et ex parte sui effectus eas in soluendo iuuat. Et ex parte proprietatis suæ, quod de ipsarum malitia est, in membra à facili imprimi remouet, ipsum tamen in se est tarde solutionis.

ELECTIO. Aliud est, quod fit in Succutri. Aliud in Persia. Aliud in Armenia. Aliud in Arabia. Et melius ex eis est Succutrinum post illud Persicum. deinde Armenicum. Et deterius est Arabicum. Verificatores autem in quinque proprietatibus laudauerunt perfectum aloem in colore, odore, sapore, pondere, & substantia, cum conditionibus in ipsis. † In colore quoque, ut sit coloris citrini declinantis ad rubedinem, in qua sit claritas. * Et si sit in eo densitas, cum colore hoc, sicut est color hepatis declinavit eius bonitas ab illo, quod est clarum. Et oportet, ut sit odoris boni proprii, non extranei acquisiti per adulterium. Et sapor eius secundum convenientiorem modum considerationis eius, debet sentiri in primo gustu dulce, declinans ad amaritudinem: & sit pondere leue, & quanto est leuius tanto melius: & sit in substantia sua tenerum, habile ad frangendum: & quocumque est ab his proprietatibus remotius, tanto deterius. Antiquum autem denigrat tempus, & tua interest cognoscere, quod in ipso cadit de adulteratione. Sophistæ enim lauant ipsum lotione, qua partes eius immundæ, & crassæ separantur, deinde lauant in aqua maris, & pauci croci lotionibus pluribus, deinde permittunt exiccari, acquirentes ei per hoc luciditatem, & colorem citrinum, & odorem bonum. Verum odor eius deocculrat fallaciam.

COMPLEXIO, & proprietas. † Est autem complexionis calidæ in secundo gradu, sicca in tertio, & est exiccatum sine mordicatione, consumptiuum superfluitatum, & præseruans à putrefactione, & cum hoc sit ei proprium; † aperit tamen orificia venarum. † & dicunt quidam, quod lædit hepar aliquando ipsum, & videtur, quod illud sit propter apertionem, quam efficit in venis: verum rectificatio acquirit ei, ut conferat hepatis. Et in aloem, quidem loto minoratur solutio, & additur ei, ut sit † stomachi confortatiuum: in non loto vero est, è contrario, & etiam † mixtum cum melle est, minoris solutionis, & minoris attractionis, & est maioris absterfionis partium, per quas illi est transitus.

RECTIFICATIO. † Tria sunt in eo, quibus cadit correctio, quoniam est de tarde solutionem facientibus: quare oportet, ut sumens ipsum cibari differat: & quia sua operatio non multum extenditur in corpore: † vix enim

pertransit hepar, nisi in quantitate exuberet: & quia venarum orificia apertione sanguinem spargente aperit. Et nos obuiaimus his tripliciter rectificando ipsum. Acquirimus enim ei citam, & facilem operationem cum speciebus aefanginis subtilibus, & acumen habentibus, sicut verbi gratia, cum mace, nucis muschata, cinnamomo, spica, calamo aromatico, cubebe, schenatho, aslaro, mastice, caryophyllis, de quibus partes æquales, & croci pars media, bulliant in sextuplo earum aqua, vique ad tertiam eius cum facilitate, & accipe pro qualibet libra illius aqua aloes drach. vi. & permitte siccare in umbra prius, & perfice exicationem eius in sole. Quidam autem ex bene rectificatis faciunt simile cum speciebus picæ Galen. citat enim eius operationem, hyssopus, cinnamomum, & castia. Et quidam dant infusionem aloes in aqua specierum, & citatur effectus eius. Et acquirimus ei, ut extendantur operatio eius ad partes remotas, cum rebus, quæ addunt vigorem eius: sicut colocynthis proprie, & turbitih, & similia, addantur in aqua specierum, & fiat ut diximus. aut fiat illud in aqua casei, aut fiant ex eis trochisci, & pilulæ, aut cadant ea cum eo in confectionibus simul. Remouemus autem ab eo nocuentum, quod imprimi in venas, rectificando ipsum cum administratione bdellij cum eo, aut trangacanthi, aut mastice, & similia. In aloem autem est, quod elongatum est, & declinat à proprietatibus bonis, magnificantur hæc tria, quæ diximus, & adhuc etiam est conturbatiuum faciens dolorem ventris, & nocens stomacho, & hepatis, & soluendo imprimi laborem in stomacho, & visceribus, & aliquando virtus eius remanet in eis, & facit in solutione exire sanguinem, & est maxime nocens hæmorrhoidibus, & ano. & nos rectificamus huiusmodi lauando lotionem qua partium immundarum fiat absterfio, & infundendo in aquis specierum, & adiungendo ei, quæ cito lubricationem faciunt. Et nihil est tam magnificum ex rectoribus, sicut bdellium, & trangacanthum. Et si super ipsum bibatur aqua hordei cum oleo nucum, aut decoctionis passularum, aut aqua tepida, & mel, transmittit audaciam eius à corpore.

POSSE. † Solutione educit choleram, & phlegma, & mundificat caput ab eis, & stomachum. Et confert inuamētum magnum doloribus eorum. Et confert inflammationi stomachi, & siti, & doloribus eius ex cholera factis. † Et qui assiduam aceptionem eius diebus continuis non videt in corpore suo, neque in instrumentis sensuum suorum agritudinem, quæ non sit habilis sanari. Et præseruat à putrefactione ita, quod etiam cadauera, & proprie mixtum cum myrrha. Mixtum vero cum sanguine draconis, & myrrha, sanat vlcera putrida mala, exiccat enim sine mordicatione, & ablutio infusionis eius in vino, aut aqua rosata, aut succo sceniculi preparato abstergit oculos, & addit in visum, & stringit lacrymas, & ipsum quidem acuit sensus, & rationem, & confert hepatis, & aufert icteritiam. Nocet tamen hæmorrhoidibus, & ano.

Qua-

* Ita in impressis Medicis, & in manu scriptis.

SYLV

Hydrate
bona. C
Syringa
Arabica
Indica
Syringa

† Calida
ordine in
st. vel x.
miso Gal

† 20
ou exper
tia subse
in hepate
Lidore
sere.

† Gal. l.
Mith.

Quapropter caueant ab eius acceptione patientes læsionem in ipsis. † Caue ergo dare aloem in temporibus frigidis. Excorticat enim, & solutione educit sanguinem.

DOSIS Eius est ab aur. ʒ. vsq; ad drach. 2. Et infusionis ab aur. i. vsq; ad drach. 3.

De Aloe. Cap. 1.

SYLV.

Aloe medicamentorum purgantium præstantissima, & ob suam quandam prærogatiuam excellentissima. Cui enim cætera purgantia partes nostras principes, & ex his, ceu fontibus profectas facultates nostrum corpus dispenantes, vel actionis vehementia lædant, [vel nihil inuent,] Aloe sola eas partes imbecillas roborat, & ad functiones suas reducit, nulla omnino actione noxia, præterquam quod venarum ora tantum aperit, vt per hæc sanguis effluat. Ad has eius dozes accedit, quod cæteris purgantibus, & his præsertim, que vocuando corpora dissoluunt, aloem mista, hæc ipsa corrigit, & noxis eorum prohibitis meliora reddit. Nam sua crassiore substantia tenuem illorum, ac remque naturam frangit, & noxam partium ab his prompta, celeremque proprietate quadam substantiæ inhibet, sua denique purgandi tarditate, horum celeritatem contemperat, purgationemq; auget. His igitur ipsis nunquam non miscenda aloem. Eam vero mittunt India, Persia, Armenia, Arabia. Optima autem est Indica, post hæc Persica, tertio loco Armenia, Arabica ignobilissima. Bonitatem eius præcipuam declarant color, odor, sapor, pondus, consistentia, & in singulis conditiones quadam spectandæ. Colore enim est flauo in rubrum inclinante, hepatis modo, ac perspicuo, & splendente: opaca enim, & obscura est deterior, & quæ vetustate nigrescit. Odor vero inest bonus quidam, sed suus, non autem per adulterium acquisitus. Sapor autem primo gustatu dulcis, subamarus [mox valenter amarus.] Substantia denique sit tenera, friabilis, pura, doli experte, rara, Job id leui, quoque leuior, eo præstantior, & quanto à dictis conditionibus abest longius, tanto est deterior. Adulterantes eam institores, ac sophistæ, partes eius crassas, & impuras, lotionem secretas, aqua marina paucam crocum habente aliquoties lant, & siccant, donec lucida, colore flauo, odore bono euadat, sed odor croci dolum prodit. † Calfacit ordine secundo, siccatur tertio, sed tamen sine morfu: ob id excrementa consumit, & a putredine vindicat etiã cadauera, præsertim myrrhæ mista, sanguini vero draconis, & myrrhæ iuncta, sanat vlcera putrida, & maligna, quia vt dixi, sine morfu siccatur, ora tamen venarum aperit, præsertim hepatis. Quapropter hepar ab ea lædi † quidam putauerunt, vtque ipsum potius iuuaret correctione effecerunt. Ad hæc † aloem lota, minus aluum subducit, stomachum magis roborat: non lota contra. Postremo melle excepta minus trahendo quidem purgat, magis autem partes quas permeat, tergendo. † Bilem, pi-

Autamq; purgat, ob id affectibus ventriculi, & cerebri, & reliquarum partium, inde natis, vt dolori, inflammationi, sic præcauet, vt eius creber † vsus sensuum instrumenta, & corpus reliquum, nullo insanabili affectu tentari sinat, sed sensus acuat, cogitationem reddat meliorem. Hepati confert, icterum tollit, hæmorrhoidibus, & sedi nocet, ob id vitanda his, quibus istæ partes dolent: & aere frigido, quia tunc sumpta excorticatis sanguinem educit. Vinum autem, vel aqua rosata, vel succus foeniculi, quo aloem fuit macerata, oculos lotionem terget, visionem acuit, delachrymationem sistit. Datur ab aur. i. ad drach. 2. Infusa autem ab aur. i. ad drach. 3. Veruntamen cum & tardius purget aloem, ob id diu ante cibum sumenda; & tam imbecilliter, vt eius facultas purgatrix hepar vix transeat, nisi largior fumatur, cum denique adeo venarum ora patefaciat, vt inde sanguis emanet; his eius incommodis hæc ratione occurrimus. In primis tarditatem purgandi aloem ipsi celeramus, si cum aromatis essentia tenuioris, & acibus, vt mace, nucis mulchata, cinnamomo, spica nardi, calamo aromatico, cubebis, schœnantho, asaro, mastiche, caryophyllis portione pari, croco autem portione dimidia, in aquæ sextuplo igni lento, ad aquæ eius tertiam, coquantur, aloes drachmæ 6. in libras aquæ singulas: post siccentur in vmbra primum, deinde in sole. Idem alij similiter efficiunt per aromata sex, quibus cum aloem mistis Galenus hieram picram componit. Eius enim actionem talia citationem reddunt, & præterea hyssopus, cinnamomum, casia, & alia plurima. Sunt qui celeritatem purgandi aloem acquirant, macerantes aqua illa, cui incocta sunt aromata, deinde expressu potui dantes. A partibus autem remotis, trahendi potestatem aloem conciliamus, alijs purgantibus valenter (qualia sunt colocynthis, turbitis, & similia) mistis: vel in decocto illo aromatum, vel in sero lactis, vel in trochiscis, vel catapotijs, vel in alia medicamento forma. Postremo venas aperire desinit aloem, bdellio, aut tragacantho, aut melle, aut simili permista. Hæc autem tria eius incommoda non modo maiora habet aloem, dictas bonitatis notas egressa, sed præterea ventrem totum torminibus dolorificis cõturbat, ventriculum, & hepar, & viscera alia lædit molesta adeo vacuatione, vt sua virtute illis hærente, interdum sanguinem quoque vacuet. Hæmorrhoidibus, & sedi eadem maxime nocet. Lotione igitur partes huius impuræ separentur, & quod purius est, aromatum decocto maceretur, & his misceantur, que ipsam prompte lubricando per intestina deturbent, qualia sunt aqua hordei, cum oleo nucum, aut vuarum passerarum decoctum, aut aqua tepida cum melle. Bdellium autem, & tragacanthum, præter cætera, omnem aloem castigant, & emendant.

† Hæc interpretatio At- sua Galen. 7. Met. conciliat. † Vide Gal. 6. simpl. & hieram eius picram. li. 7. Meth. & lib. 6. comp. & lib. 6. san. tuen. Tuta est frigidis & humidis. sicut et bilis inuentibus & senibus vsu modico. & crebro est noxia. Calidum legibus videtur quia calida sicut calidus sicut corporibus in estate noxia in temperatura ventris si sicut ali- da. & sicut frigida abest. Galen. lib. 6. san. tuen. & lib. 7. Meth.

† Syriaca nō bona. Cal- friata. & Arabica m- luv. Indica optima Gal.

† Calida. 2. ordine inten- so. vel 2. re- missa Gal.

† In A- que experien- tia subseruit in hepate ca- liditate & sic- nitre.

† Gal. lib. 7. Meth.

643
643

Mesue. B IOAN.

IOAN. MANARDI FERRARIENSIS ANNOTATIO.

De Aloe.



PERIT orificia venarum.) Hoc non dicunt antiqui, sed contrarium potius: dicit enim Dioscorides, qd sanguinem sistit per ora venarum...

Aloe hepatis non laedit.

Aloe laesat multum mitem confortat.

Aloe ab imbecillitate crassos humores non purgat.

Senes non tunc Caliditas.

Cauenda in caliditate perit.

Aloe qui albumine dissoluta euadit emplastica, tunc sanguinem non ex venis haemorrhoidibus solis; sed vndeunq; fluxum per ora, vel diuisionem venarum...

SYLV. Lib. 5. cap. 1.

Lib. 5. cap. 1.

Lib. 5. cap. 1.

COST.

Aloe notissimus est succus, & planta, ex qua colligitur, notissima Italiae hortis, eam aluit hortulus noster...

Aperit enim orificia venarum, &c.) Hoc & Aulic. secundo Canon. in aloes historia. At contra, Dioscor. aloem sedis venas occludere, & cohibere sanguinem testatur.

Cap. 4.

lib. 5. cap. 1.

mat, & Auicem. & Serapion ex Pauli, & Abee Mesuae auctoritate, licet in Paulo hoc non legamus: confirmat vero etiam experimentum: hoc certe docemur, cum eos, quibus turgere sedis vena consueverunt, aloes etiam modica assumpta, aut turgere, aut reserari: tum qui hac frequenter vtuntur in id haemorrhoidum vitium labi; tum muliebres menses euocari, quo fit, vt Mes. vera scripserit. Non ille tamen, aut Dioscoridi aduersatur, qui de aloes exterius admota verba fecit, aut Plinio, quauis de ea deuorata sit loquutus: quando eorum neuter aloem praestare id quod Mes. ait; negat: sed contrarios eidem rei effectus ascribunt. quod quidem si Manardo absurdum videatur, at nobis fidem facit experientia, a qua tamen, & exemplum, & ratio non est aliena. Myrrham enim eodem pacto sanguinem sectarum partium cohibere vides, & cucurmuliebra, atque hoc, & centauro, & pluribus alijs est commune, cuius quidem rei causam, quam alij ad occultam proprietatem referant, alij ad manifestas qualitates; nobis vtunque non probari non potest: occultae equidem proprietatis hoc videtur esse opus, quando nulla in aloes insignis acrimonia, aut alia euidentis qualitas inest, cui iure actio hac deferri debeat, quam tam prompte obit; etsi enim amaritudo, quae qualitas in aloes praecellit, abstersoria vim efficacem inesse illi ostendit, praepollet tamen in acris abstersoria quoque facultas, quorum multa licet summe acris sanguinem non educunt; tale piper zingiber, & pithium est: immo neque amarissima omnia id praestant, absinthium nempe aloes non multo amarore inferius, & agaricum itidem amarissimum sanguinem ex venis non euocat. Inest ergo aloes vis hac non ex manifesta qualitate: quando non quae insigniter absterunt omnia sanguinem eliciunt: sed totius substantiae proprietate, vt etiam cathartidibus; cum hoc tamen verisimile etiam est, partes, quibus amaror inest, multi in hanc rem esse vsus, pluis vero etiam, quibus adiuncta est acrimonia: hac enim ratione, non ob amaritudinem solum, centaorium, elaterium, taurinum, fel, erium, tam prompte ipsa quoque sanguinem prolucunt, primo tamen actionis huius momento ex totius substantiae proprietate facta, vt dicebamus. Hac quum ita se habeant, quo pacto eadem aloes, & recludere, & occludere venas, proritare, & cohibere sanguinem possit, paruo negotio patet. educet sanguinem, aut totius substantiae proprietate, aut certe sui amaritudine, atque acrimonia absterendo, eundem fluentem coarctabit adstrictoria, atque agglutinatoria facultate astringendo, seu etiam candentis ferri modo operculum sui calore gignendo, atque contraria ex eadem re effecta prodiro hoc pacto, diuersa scilicet ratione, neque absurdum, neque aduersus naturam est institutum: quare neque contra Mesuem Manard. quicquam habet. Illud vero etiam ex his constat, neque aloes tantum prae, educendi sanguinis inesse vires, quod Manard. ex lib. Cano. vniuers. Mesuem velle putat, est enim hoc aloes omni proprium, licet malam insignior noxa subsequatur: neque per accidens hoc euenire obferuentium humorum educationem sedis venas erodentium, vt ex Galen. 6. aph. idem Man. refert, quando educunt feruidos humores plura alia, vt rosa, sena, epithymum, quae sanguinem tamen non prolucunt. Sed de hac re satis.

Et sapor eius, & c. et.) Hoc & de agarico scribet, sed tantum in his praestat dulci amaror, vt non nisi ab eo qui exactissimo sensu praeditus sit, deprehendi possit.

A Et dicunt quidam, quod laedit hepar aliquando ipsum, & c.) Hic antiqui duo codices, alter manuscriptus, alter impressus Mediolani, legunt pro aliquando (eliquando.) Quae lectio si genuina est, vt nobis videtur, non aduersatur hoc in loco Mes. Auicenna, vt quidam putant, neque ab eorum sententia discedit, qui laedi iecur hoc medicamento existimant, sed eos resutat, qui propterea laedi ipsum aloes vsu affirmant, quod hac ipsum eliquet, vultque Mes. non eliquationis causa, sed ob venarum apertionem hepar offendi, quae res veritati consentanea est, quando in aloes tantus non est calor, cui colligandi vis ascribi possit. Sed quid de ijs dicendum, qui aloes vsu iecori innoxium contendunt? Docendi hi profecto sunt experimento, sed & ratione adducendi, vt id credant. aloes, quum venarum ora aperiat, sanguinis etiam fluxum importunum promouet, hic vero imatum iecinoris calorem obtundit, ex quo iecur offendi necesse est. hoc ipsum Mes. innuit. Videtur tamen iecur aloes vsu alia quoque offendi posse ratione: nempe quum iecur vniuersim omne insigniter sit calidum, in quo scilicet sanguificandi vis inest, quis neget calidi, & crassi medicamenti adhaesum ipsum magis quam pro eius natura opportunum sit, calefcere? Est ergo fortasse vera Auicem. sententia, non de calidiori tantum, & siciori iecinore, vt Manardus arbitratur, sed etiam de temperamento. Alioqui vero, quod amara iecori semper prosint, vt quidam putant, tantum abest, vt credam; vt potius, nisi aliquid sit, quod quia obstruit, abstergi postulat, obnoxia esse existimem, vel ob id, quod sanguinem amarore, & natura nostra aduerso sapore inficiunt, vt iecur neque recte ali, neque alijs partibus idoneum, quo nutriantur, alimentum queat ministrare.

Et etiam mixtum cum melle, & c.) Hoc & Auicem. 2. Can. Quae ventrem terendo subducunt, sicuti exsiccante vi adiuuantur, ita adstrictoria potius prohiberi, ego profecto dixerim. Quare qui aloem sola detersoria vi soluere existimant, causam etiam ignorare necesse est, cur ea melli admista minus soluat, quod tamen detersorias insignes habet vi res. Quidam aiunt igneam aloes facultatem mellis lentore intrassari, & frangi. Sed hoc erroris redarguit tum aloes caliditas, quae secundum vix ordinem pertingens ignea dici non potest: tum mellis lentore, qui tantus non est, vt obscurare aloes facultatem debeat, praesertim quando in melle detersoria facultas visciditate longe est maior: cuius causa solutricem aloes facultatem adiuuari oporteat, non imminui, si modo solutio detersione fit sola. Paucis ergo, quum aloes non alia quam propria, & totius substantiae vi soluat, humores videlicet biliosos trahat; prohiberi quidem mellis admistione attractoria, id est solutrix eius vis potest: adiuuatur tamen detersoria, & (vt ita dicam) stercoreum educoria, seu subductoria, quam certe facultatem a solutoria differre satis constat, quando ea quicquid obuium est, terendo subducit, soluendi aut vis non nisi certum excrementum spectat. Quare, quum biliosos humores ad aluum ducat, id quod non nisi totius substantiae proprietate agit: melli tamen admista crassiores etiam faeces, & excrementa quae vis occurrentia valentius potest extergere abstersoria mellis vi sibi adiuncta. Hoc Mesuem, & Auicem. intellexisse existimari. Mirandum ergo de Manardo, & Fuchsio, qui hoc rationi, experientiae, & auctoritati antiquorum repugnare contendunt. Et si enim quod Fuchsio obijcit, & Hipp. lib. de morbis, mel supramodum purgare testatur, & Gal. 3. de alim. fac. c. 38. ipsum ait Mesua. F ij habere

DE SIMPLICIBVS.

habere amaritudinem, qua ad egestionem excitat ventrem, Dioscor. vero lib. 2. cap. 73. insitari aluum scribit: Paulus quoque lib. 1. cap. 56. mel coctum magis alere, quam aluum subducit, non coctum autem contra, quod & Alex. Aphor. 2. probl. 66. & Idem Paulus libro 1. cap. 6. melle vitur ad deiciendam aluum, puerorum, & Psellius 1. de victus ratione, damascenis, & alijs, ut aluum plus subducant, mel adijci precipit. Etsi etiam Dioscor. loco antea citato, aloem cum resina, aquave, aut cocto melle exceptam, aluum soluere testatur, quod & Plinius, lib. 27. cap. 4. Constat tamen arbitror hæc tot illustrium virorum testimonia nihil probare aliud, quam subducentiam vim aloes, melle adiuuari; attractricem tamen, & solutricem non imminui numquam probant. Sed quid de ijs dicas, qui quum medicamenta nulla alia vi quam deterforia subducere, neque vllum humorum delectum habere contendat, Galen. ut ipsi videtur, suffulti opinione: ijsdem tamen aloem melli commistam minus soluere, & minus attrahere aiunt, sed valentius detergere, ita ut experientia, quod aloem melli permixta ventrem magis exoneret, deterforioni potius, quam solutioni referatur accepta? Videant docti, quam hi sibi ipsis consentiant, nos vero ad alia sermone conuertamus.

In aloem autem est, quod elongatum est, &c.) legendum ex manuscripto codice antiquissimo, & ex impresso Mediolani. (In aloem autem, quod elongatum est, & declinat a proprietatibus bonis, &c.) ut de impura aloem verba faciat, quam lotionem, & partium impurarum absterforione corrigi statim subiungit: pura enim vitia tria antea enumerauit, & castigari docuit. Hoc pacto si intelligas, labuntur Fuchsij rationes, quum Galen. obijcit laudantem. 6. simplic. aloem, ut pra omnibus gratam stomacho: & Dioscor. qui purgatoria alia ex huius mitione minus noxia euadere pronunciat: & Oribasium in comp. medic. ubi hanc stomacho aptissimum purgatorium esse ait: & Plin. qui libr. 27. stomachum aloem confirmari scribit, ita ut nulla vis contraria infestet. Hæc certe omnia dici de optima aloem constat: quum hic de praua sit sermo: propterea que nulla Mesue cum alijs erit controuersia, si ita intelligas. Quod si de bona agi contendas; de non lata aloem huius scriptoris sententia erit: Galeni vero, Dioscor. Oribasij, & Plinij, de lota. Alioqui certe dici non potest, ut quidam aiunt, aloem vniuersim etiam probatam, ob amaritudinem stomacho esse noxiam, gratam vero ob astrictionem: atque ob id veteres aloem abluisse, ut amaritudine inaniuita stomacho gratificarentur: amara namque, & adstringentia omnia grata esse scribit Galenus quamuis lingua ingrata sint. Est vero etiam lota aloem non minus, quam non lota amara, neque alia ratione utilior stomacho censenda est, quam quia purior, & medicamentosi minus retinet. Non possum vero etiam id probare, quod aiunt, aloem non lotam, propterea, quia subducit, stomacho esse ingratam, alias non subduceret, lotam vero gratam esse, quia roborat, lota enim aloem, quam gratam esse stomacho non negant, non leuiter subducit, quamuis imbecillius, quam antea. Neque pro constanti illud acceperim, aloem, nisi ingrata esset, non subducituram: quum multa, vel gratissima, & lingua, & stomacho aluum subducant, ut mel, castia nuncupata, mel acereum, & sexcenta alia, que dulcia sunt. Erit ergo, ut paucis repetam, intelligenda Mesue sententia de aloem, vel praua, vel probata quidem, sed non lota. Non lota equidem quantumuis probatissima, impuri, medicamen-

tosiq; habet nonnihil, quod lotionem segregatur. ex quo stomacho gratior euadit, quamuis solutoria, & subducentiora vis lotionem fiat imbecillior.

Solutionem educit, &c.) Aloe bilis praesertim e ventriculo excernitur. praeterea vero etiam tenuia in eo collecta excrementa pituita naturam referentia, ut Manardus quoque aduertit: crassos vero humores ob purgatricis facultatis imbecillitatem trahere non potest. de composit. medic. per loc. Sumptere nonnulli argumentum ex hoc loco carpenti Mesuen, qui, quum purgatoriam medicamentis facultatem inesse putet ex proprietate totius substantiae, trahi ab aloem, & bilem, & pituitam scribit: hoc certe si ita habeat (aiunt) aloem binos succos specie diuersos trahere nullo modo potest, aliqui aloes forma plures essent, non vna: quippe ab vno, ut vnum, specie diuersa proficisci nequeunt. Sed ad hos paucis. Qua ratione medicamenta binos, vel plures succos ex eorum proprietate trahere habeant, abunde sumus libro Canon. vniuersa prospectati: nunc vero ab aloem bilem tantum ex proprietate substantiae trahi, pituitosa vero excrementa, & intestinum faeces, exterforia, non etiam ea, quam solutricem proprie vim nuncupamus, excerni existimamus, ut propterea diuersa ratione, non vna, aloem diuersos humores trahat.

Et qui assiduat, &c.) Quum aloem absterforione sua ventriculum, & vniuersa alimentorum coctionis focum expurget, corroboretque astrictione: praeterea vero putredinem, ita oppugnet, ut etiam cadauera praeseruet a corruptione: cui mirum eos, qui hac frequenter utantur, (quum scilicet vti est opus, & ventriculus prauis humoribus scatet) a magnis, ac putridis praesertim morbis vindicari, & seruari? Sed non negem tamen frequentius, vel importunius assumptam siccioribus ventriculis, corporibusque, & atatibus obesse: neque nisi magna urgente necessitate senibus etiam exhiberi tutum crediderim, quod ex Galen. Manardus obijcit: non hoc tamen Mesue auctoritati derogat, tunc aloem proponentis generatim, ubi est opus, non etiam importune.

Cave ergo, &c.) Hoc & Auicenna secundo Cano. Si aloem bilem educit, redundatq; hæc astitus tempore magis, quam hyeme, cauendam ego certe ipsam diximus frigido magis tempore, quam calido, ne non peccantem humorem purgemus: propterea enim cholagoga medicamenta quouis anni tempore praeterquam hyeme recte vsurpari, docet Paulus libro septimo, neque autem huius medicamenti temperies, aut aeris calor astate assumi ipsam prohibeat, ut Manardus putat, quando vix iecur pertingit eius vis, & calor. Sed alia etiam ratio est, cur Mesues cauendum hyemem praecipiat, nempe quod ijs, qui haemorrhoidarum venarum profluvio assuevere, frigido tempore deuorata venas recludat, & sanguinem solvendo educat, quod & Auicenna. Huius autem rei, qua sit causa, dignum animaduersione est. Videtur autem id in atri humoris crassi, & grauis copiam referendum, qui si villo tempore, post astitatis calores autumnis, ac hyeme praesertim redundat. quare & sedis venarum frigidis frequentius, quam calidis temporibus sunt profluvia, quod interdici aloem vsim videtur, ne spontaneum naturae impetum sua facultate irritam in maius aliquod discrimen inducat.

Ca. de Aloe.

Cap. 4.

Cap. 2.

Cap. 66.

Cap. 4.

De myrobalanis citrinis, & nigris, & Indis.
Cap. II.

ANT. **E**Xistimauerunt quidam, quod myrobalani citrini, & nigri, & Indi, & chebuli sunt ab eadem editi arbore, & quod citrini sunt immaturi, & nigri, & Indi sunt, in quibus iam pertinet complexio, & maturatio. Et dixerunt, quod arbor eorum est de his ferentibus, & quod citrini sunt de primo germine, & nigri similiter, chebulos vero germen secundum tulit: & quidam dixerunt, quod de diuersis nascuntur arboribus, & est illud, quod creditur, etenim eorum diuersa etiam sunt operationes. Ipsi quoque de medicinis benedictis sunt. Non enim debilitant cum solutione sua, immo confortant stomachum, & proprie viscera, & præparant, & coadunant partes eorum, & confortant cor, & hepar, & corpus totum. Neque enim nisi ad vnum videntur nocui. Acquiritur enim præparatis ad hoc per eos oppilatio, & proprie paratis cadere in ipsas. Sunt autem de perfecte rectificandis medicinis, quæ habent acuitatem, & purgant dissoluendo. Magnifice autem adiuuenit, qui eos, proprie citrinos cum scamonea miscuit. Reprimunt enim eam propter obuiationem substantiarum, & qualitatem inuicem, & eam in soluendo iuuant.

ELECTIO. Citrinos in quinque proprietatibus laudauerunt sapientes, in colore, ut sint citrini multæ citrinitatis declinantis ad viriditatem, & sint in pondere graues, & densi, & ut in confractis suis inueniantur sicut gummositas, & ut sint crassi, & ut cortex eorum sit spissus, densus, complectens ossa parua. Et laudauerunt chebulos in quatuor proprietatibus, ut sint crassi, & quanto crassiores tanto meliores, & sint subnigri declinantes ad rubedinem, & sint graues in pondere, citæ submersionis in aqua, & sint habentes spissitudinem corticum suorum. Nigros quoque Indos in quinque laudauerunt proprietatibus, ut sint nigri, & confracti, densitatem habentes substantiæ, & sint crassi, & graues, & carentes ossibus. quanto autem ab his elongantur proprietatibus, tanto sunt à bonitate remoti.

COMPLEXIO, & proprietas. Omnes frigida sunt complexionis in primo gradu: siccæ in secundo: & sunt exiccatiui, & consumptiui superfluitatum putridarum, præparatiui, & coadunatiui partium, in quibus cecidit laxitas, & mollificatio.

RECTIFICATIO. Tria sunt in eis, propter quæ in ipsis cadit correctio. Faciunt enim cadere in oppilationem, & proprie præparatos cadere in illam, & quia facile adherent in villis stomachi, & partibus intestinorum, & quia dimittunt vestigia corrugationis in ipsis. Et nos emendamus, quod timetur de eo, quod diximus, primo prohibentes penitus exhibitionem eorum in ipsis, & omnibus paratis cadere in oppilationes: & in non paratis miscenda sunt ea cum ipsis, quæ oppilationem fieri prohibent,

A sicut aliqua ex diureticis notis. Et infusio eorum in aqua casei remouet hoc nocumentum ab ipsis: & succus fumiterræ valet similiter, & similiter absinthium, & agaricus, & rhabarbarum, & spica, & similia. Et emendamus, quod potest provenire de eo, quod diximus in 2. & 3. miscendo cum eis, quæ remoueant ab ipsis adhaerentiam intentionem, & acquirant eis lenitatem, sicut si confortentur cum oleo amygdalarum dulcium, aut cum oleo rosaceo, aut cum oleo violaceo, aut sesamino. Aut saltem conterantur cum oleis amygdalæ dulcis. Passulæ quoque, & mel earum lenificant eos, & confortant operationes eorum, & sunt proprii iuuamenti cum eis. Simile acquirunt eis casia fistula, & violæ conditæ, & tereniabin, & tamarindi, & similia. Quidam autem dixerunt, quod non

B est bona permixtio eorum cum medicina lubricatiua, & lenitiua, quoniam operationes eorum in idipsum se perimunt. Ego non video illud. Immo remouetur ab eis per ipsas adhaerentia, & corrugatio, & acquiritur solutio facilis. Et scito, quod decoctio acquirunt eis vehementiorem oppilationem, quam sola infusio. Et infusio minus facit esse oppilatiuos, quam coctio. Et assatio minorat eis solutionem, faciens ipsos constipatiuos plus: & adhuc magis combustio. Et contriti quidem plus soluant, plus dimittunt vestigia constipationis in visceribus. infusi vero minus faciunt illa. Et infusio quidem eorum competit, quando solum queritur solutio: & eorum contritorum exhibitio, quando queritur constipationis impressio: & quanto magis conteruntur etiam, ut sint sicut alcohol, melius celebrabitur illud. Et chebuli quidem conditi minoris solutionis sunt, & maioris confortationis membrorum nutritionis, & non conditi faciunt contrarium. Modus rectificationis eorum satis utilis, acquirens eis saporem bonum, & emendans quæcunque timentur de eis, est ut sumatur de myrobalanis contritis quantitas quam volueris, & sit hoc in aestate, & fande super eos olei amygdalarum dulcium quantitatem, qua confricando leniantur in vmbra, exiccantur in sole, & semper modice confricando super irrorentur oleo, & fiat illud per triduum, deinde denuo per triduum cum aqua zaccari, aut aqua casei cum pauco zaccaro conterantur in sole, semper eos ante modice cum aqua prædicta torando, deinde fac trochiscos ex eis, & siccentur in vmbra. Et sunt quidam qui separant in eis, quod est secundum speciem ab eo, quod est secundum materiam, & est modus solemnus. Infundunt enim eos in aqua casei, quod sumptum est ex capris post contritionem eorum, & ponunt ponderis eorum partem vnam, & aquæ casei partes xij. & ponunt in vase vitreo stricti officij, & dimittunt per dies vij. postea decoquant bullitione vna, deinde postquam manibus confricauerint, collant, & dimittunt aquam illam siccare, & faciunt trochiscos, vel pilulas, & sunt qui addunt cum eis de medicinis benedictis, quas volunt secundum exigentiam intentionis eorum, & faciunt similia, Et eis est opus magni magisterij.

Mesue.

E. iij MO-

DE SIMPLICIBVS

MODVS condiendi chebuli. Accipe ex eis humidis, si haberi possunt, vel humectatis secundum artem, qua humectari possunt, quantitatem quam volueris, & stilo punge eos vndique, & decoque eos in aqua cum facilitate, vsque dum sufficit. Post hæc dimitte eos per diem vñl super tabulam, & exprime aquam eorum, & submerge eos in aqua mellis, & per dies duos dimitte eos tunc coque eos lento igne, & postquam cocti fuerint, reconde eos in vase vitreo, da post sex menses.

ARS autem in humectando eos auxiliatur hoc modo. Infundantur in aqua plurima, & exponantur radijs Solis per dies viij. deinde accipe magnum vas sicut dolium, vel saltem fiat focea in terra in loco humoroso, vt inter multam arenam humidam, disiectam sepeliantur sepe, ac sepe aquam desuper infundendo, & inuando arenam de tertio in tertium diem vsque dum tumescant, & humectentur. Hic erit modus humectationis eorum.

POSSE. Myrobalani sunt ex rebus, quæ faciunt vtentes se iuuenescere, & acquirunt eis colorem bonum, & bonitatem odoris oris, & sudoris, & generant quadium, & hilaritatem, & confortant stomachum, cor & hepar, & conferunt tremori cordis, & confortant, & præparant, & mundificant stomachum, etiam conferunt hæmorrhoidibus, & extinguunt inflammationem cholerae. Sed citrinorum operatio in hoc est præcellens. Ipsi enim solutione educunt eam, & conferunt complexionem calidam habentibus. Eteorum fricatio cum aqua acrescit, aut aqua rosata, aut succo sceniculi abstergit oculum, & aufert supercalefactionem eius, & facto exinde alcohol stringit lachrymas, & confert mollificationem oculorum, & conferunt tertianæ, & febribus cholerae, & contriti quidem cum mastiche sanant vlcera, & desiccant ea.

Chebuli quoque solutione ducunt phlegma, & addunt in ratione, & clarificant visum, & proprie conditi, & mundificant stomachum, & confortant ipsum, & conferunt hydropisi, & febribus antiquis. Nigri autem in dissolutione educunt melancholiam, & choleram adustam, & conferunt melancholiam, & tremori, & clarificant colorem, & conferunt lepræ, & remouent tristitiam, & conferunt quartanæ.

DOSIS. Potio citrinorum tritorum est à drach. 2. vsque ad v. & infusorum à drach. v. vsque ad xx. & potio chebulorum tritorum est à drach. 2. vsque ad 4. & infusorum à drach. 4. vsque ad 10. Potio indorum est sicut chebulorum. Ille autem, qui sumit eos, timeat boream superbientem. Et pisces abhorreat.

De Myrobalanis, citrinis, nigris, & Indis. Cap. I.

SYLV.
*Myrobalani
s. vogeliana
glau.
Hæc autem gene-
ra quoniam Gra-
eci indilla...*

Myrobalani citrea, nigra, cepule, eiusdem arboris fructus quibusdam videntur, vt immaturi sint citrea, maturi nigra. Cumque arbor ea his authoribus sit bifera, primi partus sunt citrea &

nigra, secundi vero cepule. Alijs diuersarum arborum fructus videntur, idque creditur, quod eorum facultates, & opera variant. Sunt autem etiam hæc medicamenta benigna. Tantum enim abest, vt purgando vires deiciant, vt etiam cor, ventriculum, hepar, corpusque reliquum confirmant, cogendoque in vnum roborent, quare vnica his incommodant, qui sunt obstructionibus obnoxij, has enim excitant. Præterea medicamentis acribus, & purgando exoluentibus, vt scammonio perfecte corrigendis recte miscentur, sed huic præsertim citrinæ sunt miscenda. Id enim contraria tum substantia, tum qualitate frangit, & purgationem iuuat. Citrinæ autem colore sunt multum citrino, in viridem inclinante, graues, quia magna, & carne multa densa, si frangitur gummola, osse exiguo. Cepulae subnigrae in rubrum inclinantes, quo maiores, eo meliores, carne multa, ob hæc etiam graues, adeo vt aqua mergantur. Indæ sunt nigrae, magna, carne densa, graues, tamen exosles. A quibus notis quo harum singulae absunt longius, eo sunt deteriores, hæc autem omnes sunt frigidae primo gradu, sicce secundo. Siccando enim excrementa partium putrida valenter absumunt, mollesque partes & laxas durant, & densant, multaque adstrictione cogunt. Cor, stomachum, reliquumque ventriculum, & hepar roborant, quapropter exhilarant, colorem cutis, odorem oris, & sudoris commendant, corpus floridum & iuuenile diu tuentur, tremori cordis conferunt, hæmorrhoidibus commendant, Purgant ventriculum bile, ab eaque tertianam, & reliquas febres biliosas, & ardorem extinguunt, præsertim citrinæ. Hæc enim præter ceteras sunt cholagogæ, ob id calidis, & biliosis naturis salubres. Eadem omphacio, vel aqua rosata, vel succo sceniculi macerata, confricata, oculum tergent, intemperiem eius calidam auferunt. Earum quoque puluis tenuissimus, per se quidem delachrymationem stringit, oculum ab humore multo laxiorem iuuat, cum mastiche vero vlcera sicca sanant. Cepulae vero sunt phlegmagoga, ventriculum purgant, & roborant, rationalem animæ partem vegetant, visum, [& sensus alios] acunt, præsertim condita, hydropi, & febribus diurnis conducunt. Nigrae melancholiam purgant, & bilem vstam, tremori, tristitia, lepræ, quartanæ, & cæteris effectibus melancholicis profunt, coloremque cutis viuidum efficiunt. Quia vero dictæ myrobalani omnes obstructionem prompte excitant, in corpore obstructioni opportuno, & villis ventriculi, & intestinorum facile adherentes, & ceurugis quibusdam ea exasperant, non dentur obstructioni obnoxij, alijs vero dentur cum diureticis, vel infusa sero lactis, vel succo fumarie, vel cum absinthio, agarico, rhabbarbo, spica nardi. Oleo autem amygdalarum dulcium, vel rosato, vel violato, vel sesamino imbutæ, & confricatae, vel cum amygdalis dulcibus, aut visis passis, aut harum melle trita, vel cum casia, vel manna, vel tamarindis, vel violis conditis, vel alio leniente medicamento sumptæ, ventriculum, & intestina leniunt, & cito per ea lubricant, etiam

*propter vim
purgantem
vires
sunt. quæ glau-
dium.*

*Temperata
& frigida
Chrysolani
Galienus cal-
idum digerit. Et
se negat esse
chebulanum or-
tina.*

castigati

*Elle
hæc
de hæc
Antio*

*id est
onit*

MAI

si quibusdam aliter visum est, neque amplius his adherent, aut rugas inducunt. Hęc vero ipsarum incommoda sic emendabis, & saporem delectatum acquires. Tritas estate merges oleo amygdalarum dulcium, confricabis, & lubricas reddes in umbra, siccabis sole, affusoque identidem oleo confricabis, idque triduo cum feceris, altero deinde triduo aqua saccharata, vel sero lactis parum saccharato, aliquandiu meritas, in sole iterum siccabis, affusoque frequenter eodem liquore confricabis, coges in trochiscos, in umbra siccabis. Alij ipsarum tritarum partem vnam diebus octo, macerant sero lactis caprini, in vase vitreo oris angusti, deinde semel feruefaciunt, manibus confricant, colant, aqua deinde siccata trochiscos, vel cataportia fingunt. Hisque addunt nonnulla medicamenta purgantia benigna. Hęc vel illa pro scopis, & indicationibus varijs. Datur citrinarum tritarum puluis à drach. ij. ad drach. v. maceratarum vero expressum à drach. v. ad drachm. xx. Indarum & cepularum puluis à drach. ij. ad drach. iij. expressum infusarum à drach. iij. ad drach. x. Ne sume stante borea, & his sumptis, picibus abstine. Verum tamen harum decoctum promptius, & valentius obstruit, quam maceratarum expressum. Asscitem ipsa minus purgant, potentius constipant, & adstringunt, & his magis vsq. Harum quoque tritatarum puluis quo tenuior, eo vehementius adstringit, maceratarum vero expressum, minus adstringit, omnium maxime purgat. Ob id eas infundimus, quando solam vacationem expetimus. Cepulae vero condita purgant quidem minus, partes nutritorias roborant magis: non condita contra. Conditur autem, vel recentes, si harum est facultas, vel siccae, sed industria humectata. Recentes quidem, densa, stylo confixa, postea igni lento cocta, quantum sufficit, aqua deinde expressa, vno die super tabulam siccantur, post multa biduo macerantur, igni lento percoquuntur, vase vitreo reconduntur, post sex menses vtenda: si vero siccae sint, aqua sub sole dies octo macerantur, deinde in dolio, vel alio vase magno, vel fossa in arenis humidis tertio quoque die mutandis secretas, identidem aqua irrigabis, donec tument. reliqua vt prius persequere.

De Myrobalanis.

MANA. **N**omen, glandem vnguentarium designat: res autem ipsa, ad pomorum potius genus spectat. Proprium de eis caput non scripsit Diosc. sed nec Galenus, licet inter remedia aliquando nominis meminerit. Quare sane intelligendum quod ab Auertoe dicitur, Galenum de ijs non scripsisse. Plin. quidem de Myrobalano loquens, rem (vt inferius explicabitur) ab ijs diuersam intellexit, & qua ad genus palmae referatur, sicut & ea, de qua Diosc. scripsit libro 1. Bene igitur examinanda sunt, qua de viribus ab hoc homine scribuntur, quoniam nullum habuit, quem sequeretur bonum ducem: praesertim cum Galen. lib. 8. de compos. med. secundum loca, Chrysohalanum vim habere discutendi scribat, que proculdubio calorem ostendit.

A **D**E Myrobalanis. Arabes tantum, nusquam Graeci, vno excepto Aetuario Graecorum medicorum nouissimo, qui de his sub myrobalani nomine in lib. de Antidotis quandoque meminit, quum tamen myrobalanum antiquorum Graecorum, & Chrysohalanum longe ab his differat. Et examinauda certe diligenter sunt, quae ab hoc au bore dicuntur, sicuti & quae ab alio quouis scribuntur, in tanti momenti arte: sed quod propterea reijciendi myrobalani sint, quia eos Graeci non nouerint, neque ego vnquam ausim dicere, neque prudens vllus medicus, qui non auctoritatibus tantum, sed etiam rationi & experimento nitatur. Scripsere de his praeter Mesuen, Serapion, Auicen. & Auerroes magni nominis, & auctoritatis viri, & ea, vt ego quidem dixerim, quae a veteribus Arabibus medicis per manus tradita habuere, & quibus aslipuleri, aut rationem, aut experimentum animaduertere. Non ergo erit vt tantopere horum fructuum usum vereamur, aut suspectum Mesuen habeamus, quia Graecos non habuerit, quos velini certos duces sequeretur, vt Manardus & Manardi simis obijciunt: sed cum maiorum nostrorum fide, quibus explorata haec sunt omnia tuto, sicuti, casta, atque id genus multis, quae Graeci non norunt, vt, adhibita tamen diligentia, licebit.

Omnis frigida sunt complexionis, &c.) Discrepant hic inter se Arabes de myrobalanorum temperamento. Auicen. Auerroes, Serapion. Author libelli de viribus cord. sicuti & hic author, frigidos primo ordine faciunt. At rursus Xarch Indus Serapione recitante calidos vniuersum myrobalanos existimat. Item Auicen. siccos secundo ordine esse ait, vt etiam Mes. & Auerr. 5. Coll. in tertio ordine statuit: Author vero libri de virib. cord. eos laudat, qui emblemicum myrobalanum frigidum, & humidum existimant, cui assentiri, & Auerroes videtur loco citato de emblicis myrobalanis agens: ait nempe, augmentant corium: ergo videtur, quod habeant aliquantulum humiditatem. Caterum, quod ad altius qualitates pertinet, si gustatu explores, indicat astrictio insignis frigiditatem, non calorem: si modo vera est Galen. regula in libris de simpl. med. fac. Et si autem ijs inest acedinis etiam quidam sensus, astrictoria tamen vis longe qualitatibus alijs omnibus praeualet: vt velle inter frigida reponantur, neque tamen iniuria à Xarch Indo calidi dicuntur, acedinis videlicet mediocri gratia. Alioqui etiam, quod aliqui ex recentioribus obijciunt Mesue, purgantia omnia, qua purgant, calida esse auctore Galeno, proptereaque myrobalanos si purgant, frigidos dici non posse: hoc, inquam, minimi faceret Mesues, qui purgandi vires, vt alibi diximus, non tam manifestis, quam occultis qualitatibus, & specifica forma ascribit. De possiuis autem qualitatibus satis euque patet ex sapore, praeterea vero etiam ex effectis, exiccare myrobalanos insigniter, non humectare: idcirco non esse auctori eius libelli hac in re essentendum. Quamquam autem, vt ait Auerr. emblici veneri suppetias ferunt, ex quo humiditatis aluius participes videntur, cuius gratia excitari status possunt, qui venrem maxime excitant; arbitrari tamen licet excrementitio, & actuali humore, non temperamento proprio id praestare, quo pacto etiam vinum, quod potestate, & proprio temperamento exiccat, actuali tamen humiditate humectat, status excitat, & spirituum copiam parit, quibus adiuuatur venus. Quod vero alij secundo, alij tertio ordine desiccare offerant: facile

COST.

Cap. 55.

DE SIMPLICIBVS.

eile conciliabis, si secundo quidem ordine siccos dixeris, sed qui ad tertium quam proxime accedant.

Quidam autem dixerunt, &c.) Auerroem innuit 5. Coll. ubi de myrobalanis hæc scribit (& medici miscent eos cum castia fistula, & turbitis, sed nesciunt modum medendi.) Quem vero his verbis Auerroes accuset, incertum est nobis. Sed tueretur enim usum Mesues admissa ratione, cui & experientia astipulatur.

Et sunt quidam qui separant in eis, &c.) Quid sit separare, quod est secundum speciem, ab eo quod est secundum materiam, videtur paulo obscurius. Non ignoro aliquos quintam chymistarum essentiam in medium asserre: hoc nomine, scilicet et nuncupantes id feri sedimentum, quod post macerationem myrobalanorum, vi ignis humiditas partes absumentis veluti cinis quidam relinquatur, quod artificum dilucide hic docet Mesues. Ex ipsorum tamen Mes. (ut interea demus à chymistis tale sedimentum quintam essentiam vocari, quod illos scimus nolle) generalius quiddam esse separari, quod est secundum speciem ab eo, quod est secundum materiam, discernere licet lib. Can. vniuers. quum de elixatione agit, nempe si scammonium quis in succo aliquo incoquat, velut in sapa; transfertur scammonij vis in sapan, hanc autem translationem separationem rei secundum speciem à re, quæ est secundum materiam, vocari ait. Itaque elixationi, & macerationi communis hæc erit nuncupatio, quarum scilicet opera vires rei, quæ elixatur, maceratur ve, in alienam materiam transferunt.

Ipsi enim solutione, &c.) Hic adduci nolunt quidam, ut credant myrobalanos citrinos bilem, chebulos pituitam, nigros atram bilem trahere. propterea quod (aiunt) neque intestina excedunt myrobalani, neque calore idoneo sunt præditi. Nos vero experientia comprobatum scimus, singulos myrobalanos singulos purgare humores, quos hic author scribit. Quod vero obijciunt, hos intestina non excedere, verum sanè est, neque enim purgatorum medicamentum vllum intestina excedit: sed in ventriculo, aut intestinis moram trahit: eius tamen qualitates, ac vires in vniuersum corpus extenduntur, ac vi Hippocr. i. de natura hum. id trahit primum, quod maxime per naturam potest, stirpium more, debine vero etiam alia, ita & myrobalani, quum ventrem non excedant, ex vniuerso tamen corpore singuli humores proprios ducunt. De calore autem idoneo, quo aiunt myrobalanos præditos non esse, ut trahant, non est, ut plura dicam: adiuuat certe non in his solum, sed in purgatorijs omnibus tractionem innatus singulorum calor, neque vllus magis idoneus calor exigitur in naturali hac attractione, quæ sequitur specificam formam.

Et febribus antiquis, &c.) Admirantur hic iursum Mesua aduersarij, quo pacto myrobalani febribus antiquis opitulentur, quæ ab obstructione pendunt, quum ibi obstruendi astrictione sua insignem vim habeant. Nobis vero neque hoc videtur à ratione alienum, ut expurgatis pituitosis, & crassis humoribus, à quibus longa febres dependent, simul vero etiam viscerum substantiæ, quæ flaccescere longa excrementorum collume solet, corroborata, ne excrementa, vel aliunde suscipiant, vel ipsamet gignant; non, inquam, videtur à ratione alienum, ut his præsidijs diuturnæ curentur febres: hoc chebuli myrobalani commode præstant, castigati præsertim, & ab omni eorum noxa emendati, sicut author antea docuit. neque enim his, vel alijs vi

licet non castigatis, ut imprudentes quidam medici faciunt. Non erit ergo, ut in febribus myrobalanorum usum vereamur, ubi obstructionis noxam eo ingenio auerterimus, quod hic Mesues docuit, præsertim si opportunum exhibendi eos tempus obseruemus: hoc est, ut ego quidem existimo, si collectionis nota appareant. Animaduertimus sanè Auicennam lib. 4. sen. 1. tract. 4. myrobalanos citrinos in febribus putridis non nisi obita collectione laudare, quia obstruant. at ubi concocti iam prauis humoribus sunt, educi apte hoc medicamento posse videntur, quod præter purgationem viscerum, etiam ventriculi scilicet, & icterici substantiam, ob excrementorum curculum laxiorem, & gignendis nouis excrementis aptam, corroborent sui astrictione.

De Emblicis. Cap. III.

Emblici sunt ex medicinis confortantibus stomachum, & cor, & hepar, & viscera. **ELECTIO.** Meliores ex eis sunt habentes frusta crassa, & densa, & grauiora, & qui minus crescunt in ossibus, & plus in carne, Rari quoque non habent spiritum.

COMPLEXIO & proprietates. Sunt complexionis parum frigidae, & siccae in primo gradu, Et ipsi sunt confortatiui membrorum laxorum, & coadunatiui partium eorum, & sunt de extinguentibus calorem in stomacho, & hepate.

RECTIFICATIO. Emblici nutriti sunt maioris operationis, & minoris corrugationis sunt.

MODVS nutriendi emblicos. Accipe ex eis quantitatem, quam volueris & submerge in aqua, & expone soli vsq; dum tumescant, & humectentur, & post exprime, & pone in aqua mellis, & per dies duos dimitte parum refrigerari, & adde cum eis mellis tabarzet, sicut quartam totius, & reconde. Et quidam supercondiunt cum speciebus aromaticis, & confortatiuis sicut cinnamomo, & xyloaloe, & gallia, & cardamomo, & croco, & similibus. Et modus faciendi seremblach. Infunde emblicos in lacte dulci, & mutetur super eo lac mane, & sero, & hoc per triduum, & exiccetur in vento, & in umbra, & recondantur.

POSSE. Solutione educunt phlegma, & sunt ex rebus valde confortantibus cerebrum, & neruos, & augent intellectum, & confortant cor, & conferunt tremori eius, & mundificant stomachum à phlegmate, & putrefactione, & confortant ipsum, & præparant, & sedant iurorem in eo, & auferunt sitim, & addunt in appetitu, & sedant vomitum.

DOSIS. Eorum tritorum potio est ab aur. j. vsque ad iij. infusorum ab aur. iij. vsque ad vj.

De Emblicis. Cap. III.

Emblicæ parum frigent, siccant ordine primo pituita etiam putri ventriculum purgant, eumque & cerebrum, neruos, cor, hepar, & partes laxas consistendo roborant, ob id tremori cordis conferunt, appetentiam

Text. 31.

Cap. 7.

ANT.

SYL

SYLV.

tentiam inuitant, vomitum sistunt, furorem, & latratus eius cohibent, vim animæ rationalem augent, calorem viscerum insigniorem, & indinatam sitim extinguunt. Præstantiores sunt magnæ, carnis multæ, densæ, graues, ossium paruorum. Largius purgant, & rugis ventriculo minus incommodant, si aqua in tale macerentur, donec humectata tumescant. postea expressa multa biduo macerantur, igni lento coquantur. vbi coctæ refrixerint, mellis albissimi parte quarta exceptæ reconduntur. aromatibus quoque, cinnamomo, xyloaloe, cardamomo, croco, gallia, & similibus nonnulli condiunt. Eæ etiam lacte mane, & vespere mutato, macerantur triduo. siccantur vento, & in vmbra, & reconduntur.

De Belliricis. Cap. IIII.

Bellirici sunt ex medicinis benedictis. Expectatur enim per eos confortatio. **ELECTIO.** Meliores sunt crassi, & spissi, & ponderosi, & densi cortice. **NATURA** frigidi sunt in primo, sicci in secundo. **IN POSSE** autem, & proprietatibus alijs sunt sicuti emblici.

De Bellericis. Cap. IIII.

Bellericæ etiam sunt benignæ, & roborant, frigida primo gradu, sicca secundo, cætera emblicis viribus proximæ. Optimæ sunt magnæ, multa, densa carne, graues.

RHABARBARVM



De Rhabarbaro. Cap. V.

Rhabarbarum* est ex medicinis benedictis, & solemnibus, in quo aggregatur multæ ex intentionibus, quæ quaruntur in re faciente mundificationem, quas postea dicemus.

ELECTIO. Ex speciebus rhaued, aliud est quod nascitur in India, & est rhaued barbarum, & aliud est rhaued turchicum, & melius eorum est rhaued sceni. Post illud in bonitate est barbarum, & minus in bonitate est turchicum. † Et laudatur magis ex eis, quod est subnigrum, declinans ad rubedinem, quod est graue cum raritate sua, & in quo etiam in contractis suis inuenitur disgregatio ex rufo, & glauco, & quod est crocæ tincturæ, & quod est recens. Et non prætermittas, quin scias, quod in ipso cadit de adulteratione. Accipitur enim ex eo integro, sicut est, quantitas magna, & submergitur in aqua per dies quinque, & dimittitur aqua illa ficari, & fiunt inde trochisci, & sunt ipsi medicina regum, rhabarbarum vero siccatur, & venditur, sicut est, quod iam perdidit animam. Et cognoscitur, quoniam illud, in quo non cecidit adulteratio, est rarum, & minoris stypticitatis, & est crocæ tincturæ. Adulteratum vero habet contrarium horum, & varietatem, quam habere debet in contractis suis, amisit, immo subnigrescit in eis.

COMPLEXIO. & proprietas. Calidæ complexionis est, & sicca in secundo gradu, & dicitur quod est in primo. Sed illud est verius. † Conuenerunt autem in permixtione eius aquietas, & terreitas, dantes ei stypticitatem, & substantiã, & aereitas dans ei raritatem substantiæ, & est in eo igneitas perficiens, quod per actionem eius terreitatem ipsius ipsum fecit esse amarum. Verum terreitas est secundum profundum eius, & igneitas est in superficie ipsius, quapropter infusio separat inter substantias ipsius, & complexio operationis solutionis in oppilationem per ipsum est per dominium calidi in superficie eius, & consecutio contractionis per ipsum est à substantia sua terrea styptica.

RECTIFICATIO. Non est in eo nocumentum apparens, & datur in omni tēpore, & in omni ætate, ita quod et pueris, & prægnantibus. & de elegantioribus, & melioribus, quæ iuncta cum eo magnificant operationem eius, est aqua lactis, & proprie quod sumptum est ex capris, & similiter magnificatur infusio eius in aqua endiuia, & apij prius bullitis, & colatis, aut in aqua plantaginis. † Et non prætermittatur, quin cadat in societate sua spica. Est enim proprii iuuamenti cum ipso. Neq; præter eas additionem modici vini albi odoriferi, & clari in infusionibus eius, & proprie, quando in emendatione oppilationum propinatur. Et scito, quod in adulterato non remansit aliquid de virtute solutiua, de quo sit curandum. Et eius quidem quod purum est, infusio competit, quando solum quæritur absterfio, & solutio, & oppilationum apertio: & ipsius contriti exhibitio, quando quæ-

ANT.
* Rhaued.

ANT.

LV.

DE SIMPLICIBVS.

do queritur, vt post illam in visceribus vestigia E contractionis remaneant. Verum ex eo quod assum est, vehementius fit illud, & adhuc vehementius ex adusto. Et quod ex eo est purius, sustinet quod oportet, & de contritione meretur: In raro autem, & laxo vehemens contritio resoluit virtutem. † Decoctio etiam similiter resoluit in eo virtutem, qualiscunque sit.

POSSE. † Solutione educit choleram, & phlegma. † Et maior eius proprietas est mundificare, & confortare hepar, & stomachum, & conferre doloribus pungitiuis eorum, & clarificare sanguinem, & auferre oppilationes, & morbos, quorum mater est oppilatio, sicut hydropisim, & icteritiam, & crassitiem splenis, & febres oppilationum, & similia. † Ex parte substantiæ suæ proprietas est ei conferre sputo sanguinis, & manationi eius vndeunque sit. Et conferre casui, & percussioni, & sanare rupturas intrinsecas, & extrinsecas, & sanare eius drach. 1. & mumia grana duo, & rubra tinctorum granum vnum, & medium cum vino styptico, & est dosis vna.

Et confert inunctio olei eius cōcussionibus, & cōtractionibus lacertorum, & doloribus eorum, & ipsum quidem est medicina singultus, & est medicina bona dysenteria, & proprie, qđ ex eo est assum, & bibitum cum succo plantaginis, & pauco vino styptico, & confert febribus periodicis, & febribus oppilationum, & febribus antiquis.

DOSIS. Potio eius infusi est à drach. 1. & 5. vsque ad 10. & potio contriti à drach. 1. vsque ad 3. Et ipsum conseruatur per annos tres, vel quatuor, & præseruatur à putrefactione, & corruptione, si superliniantur ei cera, & terebinthina liquefacta, aut cera sola, aut si sepeliatur in melle tabarzet, aut si sepeliatur in psyllio, aut in milio. Conseruatur enim esse ipsius ex tempore extenso.

De Rhabbaro. Cap. V.

SYLV.

Rhabbarum hoc à rhabbaris veterum diuersa res est prout in cogit. 10. Paulo tamen in potagea hinc aduertitur.

Rhabbarum etiam clemens, & excel- lens est medicamentum, multas dotes medicamento purganti maxime expetitas complexum. Calidum siccum ordine secundo potius, quam primo, substantia duplici constat, vna aquea, terrea, adstringente, corpus dante, profunda, altera aerea, & ignea (à qua rarum efficitur) superficialia, quæ suam terream essentiam adurendo amaram effecit, et purgatoriam, & obstrueta liberantem. Has autem substantias macerando separamus, vt calida, & purgatrix in humorem transferatur, terrea vero adstringens remaneat. Bilem vero, pituitamque illa vacuat, præcipue à ventriculo, & hepate, & inde sanguinem purgat, obstrueta liberat, & affectus inde natos sanat, icterum, hydropem, splenis tumorem, febres putridas, etiam diuturnas, dolo: em hypochondriorum puncturium. Hac vero hæmorrhagiam pulmonum, vel aliarum partium sistit, ex casu quoque, aut ictu contusa, rupta, fracta, interna, & exter-

Rheo suo veteres graeci vti purgatricem non ascripserunt. Momiæ. Et cetera vna ita valentiorum medicamentorum mensura hic est par-

na sanat, si eius drachm. j. cum mumia granis duobus, & rubia tinctorum grano vno, & dimidio, & vino austero bibatur. Oleum quoque eius contusis, & contractis musculis vtiliter illinitur, singultum item, & dysenteriam sanat, præcipue assum, & cum succo plantaginis, & pauco vino, & austero potum. Rhabbarum quoddam est Indicum, alterum Barbarum generis nomine appellatum, tertium Turchicum, omnium ignobilissimum, vt Indicum est præstantissimum, præsertim si recens est, & subnigrum, in rubrum inclinans: si rarum, tamē graue, si fractum, ex rufo, & glauco, alternat: si mansum, vel aliquo liquore solutum, croci modo tingit, Indigena ipsum dies quinque aqua macerant, qua siccata, trochiscos fingunt regibus. Reliquum vero est siccatum, sed iam examinatum, & vi purgatrice tota, aut prope tota priuatum, venale ad nos transmittunt. Hoc autem est densum: valenter adstringens, croci colore non inficit, contractum intus nigricat, amissa colorum dicta varietate. Innoxium est rhabbarum, omni tempore tutto datur, omni est ætati salubre, atque adeo pueris, & prægnantibus. Efficacius autem agit sumptum ex sero lactis, præsertim caprini, aqua quoque intybi, & apij, vel plantaginis cocta, & colata maceratum, idq; omnino cum spica nardi, actionem eius in primis iuuante, expressumque. Quod si ad liberandas obstructions propinandum est, vini albi, puri, & odori, modicum macerando admisceantur, expressumque eius tunc sumatur, & cum deterfione, ac purgatione opus est. Quod si post purgationem viscera adstringendo roborari volumus, puluis eius triti datur. si adstrictior expetitur, assum datur: si maxima, vstum. Rhabbarum legitimum, & integrum aliquandiu teri, coquique viribus integris potest; rariori autem, et laxiori vehemens contritio, et coctio, virtutem resoluit. Datur expressum à sesqui drach. ad drach. iij. † tritum vero, à drach. j. ad drach. iij. Annos tres, aut quatuor integrum, in corruptumque; seruatur, si cera sola, vel cera cum terebinthina liquata circumlinatur, aut melle albo, aut psyllio, aut milio mergatur.

ut in mendi suspicio fit, gra serum conu. Anit. quom. At sic passim est sequatur. rubea dicitur. rhabbarum m. sicut. cap. de rubia. Et lib. 3. in curando abscessu calido herpeti.

De Rhabbaro.

MANA. Rha vel rheon, de quo Diosc. alia res est à vocato nunc rhabbaro, vt quadam nostra ad Leonice- num epistola demonstratum est. Ex speciebus thaued aliud est, quod nascitur in India. Cum dicat Dioscor. quod nascitur in locis supra Bosphorum, & Plin. supra Pontum, taceantque Indiam, cognouisse Indicum non videntur. Pau. in duobus ad podragā compositis medicaminibus barbarici meminit. Et laudatur magis subnigrum. Similem costo nigro facit Plinius minorem tantum, & paulo rufiorem. Diosc. Centaurio magno, sed minorem, nigro quidem colore, sed Crocum aliquo pacto, dum manditur, referente. CONVENIUNT in permixtione eius aqueitas, & terreitas. Clarius Gal. sic loquens ad verbum: Mixta est tēperatura, habet. n. quid terreū frigidū, quod ex adstringente eius sapore demonstratur, & caloris aliquid, quē vbi multū masticatum fuerit, acedine

COS
Feni
Melue
e a th
bato u

† Tres in m. sed legendum puto. nec tamen Rhabbarum hinc ad drach. 10. daret. et omnes eius dices habent.

acredine quadam ostendit: tenuis & aeræ potestatis esse participem, laxitas, & leuitas declarant. Et non prætermittatur cum eo spica.) Ego spicam hanc prætermitto, tum quod ea egere non videtur ob commixtas, vt diximus ex Galeni sententia, vires: tum quod vera spica caremus. & ea, qua vtuntur, horribilis valde saporis est. SOLVTIONE odicit, & reliqua. Antiqui suo Rheo vim purgandi non ascribunt, sed nec Auicem. Auerois Galen. & alios medicos taxans, qui adstringere scripserunt, purgare asseruit: quod experientia quoque ipsa in vitroque, Pontico videlicet, & Indico attestatur. DECOCTIO etiã similiter resoluit in eo virtutem.) Non intelligas, vt pletique, non esse propterea coquendum: nam & ipse Mesue, & alij eius decocta vultet vtantur, sed in ipsa radice, quæ decocta fuerit, virtutem esse resolutam, & in eo liquore, in quo fuerat decocta, remanisse. Et maior eius proprietates.) Alas quoque vires suo ascribunt antiqui. Dioscorides enim valere ait hepaticis, nephriticis, torminibus, lieni, pectoris, & vesicæ vitijs, atque ventriculi dolori, imbecillitati, & inflationi. EX PARTE substantiæ.) Adde ex Dioscoro. quod inflammationes cum aqua illitæ, dissoluit; & ex Plin. quod vulnera, & mali moris vlcera sanat, epiphareisque, & purulentas excreationes, lassitudinem quoque, & dolores; & ex Galeno, quod valet asthma, orthopæx castitatis, ischiadicis, vteri morbis, & ferarum moribus, & cum aceto illitum, impetiginis aufert, ac peliomata. Et proprie eius drach. j. mumij grana duo, Rubij granum vnum, & medium. Manifestum est hoc loco error, quam enim vim hac in re habere potest tam exigua mumij, et rubij quantitas? Sed et Auicem. quem in multis est hic secutus, capite de Rubia, drachnam integram cum rhabarbaro miscet, et similiter libro tertio, in cûra apostematis calidi hepatis. Potio eius infusa, à drach. ij, sed ad drach. x. Excellit nimis hac quantitas, nec possunt sine discrimine x. drach. semel dari, vt cû malo suo, nobilis quidam Panosmensis expertus fuit.

EX speciebus Rheoed.) Spicæ nomine, differentias intellige à loco de sumptas. Non meminit aut. m de Pontico, quod si rips alterius sit speciei: differre enim specie Ponticum à cæteris, confessurus est quicumque legitimum rha Ponticum viderit, quod nunc demum Venetijs. capit apparere: nulla profus ex his, quas illi ascribit Dioscor. repugnante nota, & à rha Barbaro magnitudine, odore, sapore insigniter diuersum. Hoc quia nouit Mes. vt putamus, ob id Pontico non meminit, licet ipsum quoque rhei nomine nuncupetur. Is igitur, qui Turcici appellatione Ponticum intelligi existimant, cur asserunt quis debeat, non videro. esse à Turcarum regione diuersa Pontus, neque hoc ipsum Mesuen ignorasse probare vilius potest. suscipiari certe non temere id ipsum quis potest, quia apud Turcas rtheon aliquod nasci non est literis commendatum. Verum neque omnia literarum monumentis sunt tradita, neque explorata sunt omnia, aut Turcarum tractibus obseruari omnes, an alicubi rha proneniat, aut alias prouenerit, aut aliunde aduentum culturam admisserit, qua omnia explorasse etiam oportet, qui errasse hic Mesuen sit professurus.

Complexio, & proprietates, &c.) De omni planè rheo Indo, Barbarico, & Turcico intelligit, de quo verba facit, neque Turcicum, vt aiunt quidam, excludit, non enim tam stolidum Mesuen puto, qui hæc si distinctione esset opus, in vnum confunderet. Sed hic controversia est. Mesues rha calidum, & siccum facit secundo ordine: At Auic. lib. 3. sen. 16. in curatione fluxus ventris absolute, inter frigida medicamenta cum malicorio, galla, acacia, & alijs eiusmodi enumerat. Verum paucis, non aliud loco citato Auicem, intelligit, quam rtheon

A Ponticum. scripsisseque ipsum nihil aliud puto, quam rhaud; quamvis hanc vocem interpretis rhabarbarum sit interpretatus.

Et non prætermittatur, &c.) Aueroes 5. Coll. tantum rha Barbaro tribuit, vt vnum hoc inter medicamenta omnia suapte natura castigatum scribat, & nulla egens correctione. Inuult tamen vsus admiscendi spicam longa iam obseruatione, quam ego non parui facio: Videtur profecto (quod Galen. etiam animaduertit) rei cuique inesse noxium nonnihil, quod indiget emendatione. Sed esto vt rhabarbarum castigatissimum sit, est tamen ob terrestrium partium mixtionem pigra in expurgando actio, quam accelerare spica suarum partium tenuitate fortasse potest. Non est ergo Mesue consilium respuendum. Cum his autem, qui carere vera spica nos dicunt, non est vt contendamus, quando & Indam, & Celticam videre Venetijs possim licet: quamuis Indam raro probatissimam habeamus. Sed optime tamen Celticæ copia est, quam Indæ loco video à pernis vsurpari, quos ego libenter sequor.

Solutio educit choleram, &c.) Ex hoc consilium potest, quantum aberrent, qui rha Ponticum Græcorum, rha Barbarum esse contendunt. Nos certe, vbi hoc, vbi rha Pontico natas à Diosc. scriptas, vbi vires perpendimus; non possumus his assentiri, qui rha Ponticum rha Barbari esse speciem putant, præsertim etiam, quæ videam Pau. lib. 7. vbi de simpl. agit, Pontico ea solum ascribere, quæ Galen. 8. de simpl. med. fac. que Dioscor. lib. 3. de purgatricis autem vi. ne verbum quidem facere, quam tamen r heo assignat libro. 1. vbi leniendæ alij gratia cum terebinthina eius momentum commiscet, per hoc nihil aliud intelligens, quam Barbarum, quum Ponticum non expurger. Quod enim Barbaricum etiam norit Paulus, videre est lib. 7. vbi de Diacorallo, antidoto Agapati, & Compositione Attalos verba facit. Sed huius tam vulgati erroris causa iudicio nostro fuit Auerr. maximus ille quidem medicus, sed in simplicium fortasse historia non multum versatus, qui rha Barbari vires describens 5. Collat. Galenum; & medicos alius erroris accusat illi asstringendi, non etiam soluendi facultatem assignantes, ac si Galenus id ipsum norit. Nos vero adduci non possumus, vt Galen. materia medicæ accuratissimum obseruatorem rha Barbarum nouisse credamus, de quo nusquam locorum meminit. Ita etiam Auicem. quum 2. lib. Canon. de rhaud historiam scribit, de Pontico verba facere, & ferè Dioscor. emulari, sicuti & Serapio facit, nulli dubium esse potest, qui rem perpenderit, præsertim quando in tota Auicem. medicina rha Barbaricum purgatorij medicamenti loco nusquam fortasse vsurpetur.

D Et proprie eius drach. 1. & mumia grana duo, & rubea tinctorum granum vnum, & medium, cû vino Hyptico, & est dosis vna, &c.) Ita legunt antiqui codices omnes, quos viderim, et manuscriptus noster, & impressi alij. Putat tamen doctissimus Manardus subesse mendum, nempe, quam (aut) vim hac in re habere potest tam exigua mumia, & rubia quantitas præsertim quæ Auic. lib. 1. cap. de rubea tinctorum, rubea drach. 1. cû rha barbari drach. 1. commiscet; & lib. 3. sen. 14. in curat. apostematis calidi hepatis, rubea drach. 1. cum rhabarbari drach. 1. commiscet, & exhibeat. Sane si modo hic est error (neq; enim fortasse nimis exigua est mumia, aut rubia quantitas cum drachma vna rhei barbari) Monachi Mes. Commentatores in antiquo suo exemplari legunt rubia grana quindecim, qui error sequutus ariib-

et in...
epid...
et in...
et in...
et in...

COST.
P. mirriofus
Mesue l. d. 1.
e. rha bar-
baro mod.

A NA

cap. 5.

T. 1. d. 1.
cap. 12.

DE SIMPLICIBVS.

arithmeticas notas vulgares videtur, signari enim solet hoc pacto. 15. Ex hac etiam coniectura putant aliqui recentiores, quum prioribus verbis legitur (mumia grana 11) legendum grana undecim. significat enim nota hęc (11.) modo duo, modo undecim. Caterum (ne de Monachorum lectione aliquid dicam) quum Auicenna lib. 2. ubi de mumia agit, collapsis in pectus, Romachū et iecur, vniū tantum Kirat. 1. granorum trium, aut secundum quosdam, quatuor pondere, mumiam exhibeat cum duobus danich, id est, granis sex, aut secundum aliquos septem, siue octo luti armeni, & alio danich, croci cum aqua solani: non video ego certe quantum huic coniectura sit sciendum.

Cap. 475.

Potio eius infusa est à drac. 1. & 5. vsque ad drachmas 10. Excellit profecto hac rhabarbari mensura, si quotidianam experientiam animaduertimus. Quare Manardus non temere de errore commonuit. Testantur quidam in antiquiss. codice legisse drach. 4. Nos vero in nostro manuscr. scriptum inuenimus drac. 10. romana, & obseruata apud medicos pro denario numero nota. putamus autem pro V. nota, quę germana erat lectio, & pro quinario numero ponitur, X. denarij numeri notam scriptoris oscitantia irrepisse, atque hoc pacto ex eo errore pro quinque drach. 10. fuisse deinceps repositas. Hic autem error ut pro V. reponatur X. litera, quàm in scribendo sit facilis, nullus non videt.

De casia fistula. Cap. VI.

ANT.

Casia fistula est de medicinis, in quibus est fiducia iuuamentorum, & est siue nocumento, carens acuitate, & mordicatione, & omni excessu lædente, super cuius exhibitione præsumitur in omni ætate, ita quod pueris, & prægnantibus.

ELECTIO. Electio eius cõstat in sex proprietatibus. Vt sit arundo, eius crassa, plena, splēdens, & multi ponderis, & sit pulpa eius splēdens & pinguis, & hausta ex arūidine conseruata in vasis pigritatur.

COMPLEXIO, & proprietas. Est æqualis declinans ad latus caliditatis, & est humida in primo gradu, & est lenitiua, resolutiua, clarificatiua sanguinis, sedatiua acuitatis eius, & cholere rubea.

RECTIFICATIO. Non est in ea nocumētum apparens præter, quod nocet debilia habentibus viscera, & lubrica. Remouetur ab ea hoc nocumentum in permixtione myrobalanorum, & rhabarbari cum ea, & aqua mastichis, & spice, cum ea, & similiter est medicamentum bonum. & quandoque necesse est ei lubricitatem addere, & proprie in desiccatione viscerum, quare sapientes admiscuerunt cum ea oleum amygdalarum dulcium. Diuretica quoque facit eam declinare ad vias vrinæ, quare necessaria est eorum permixtio, quando oportet membris secundæ expulsiōnis conferre. Et ipsa est de tarde, & debilitate solutionem facientibus, propter quod miscenda cum ea sunt quedam ex rebus acuitatem habentibus, sicut alhatce, & hyssopus, vigorant enim eius solutionem. Et magis adhuc siccam quoddam ex ventrem soluentibus misceatur. Et ipsa quidem cum aqua casei est nobilis operationis.

POSSE. Mundificat sanguinem, & compescit omnem acuitatem, & sedat sitim, & proprie cum succo endiuic, aut solatri, aut taraxaco in quibus aduenit iam depuratio secundum artem, & ipsa quidem mundificat stomachum, & educit choleram, & phlegma, & operatur illud sine nocumento, & excessu, caret enim mordicatione, & ipsa quidem lenit pectus, & guttur, & resoluit apostemata acuta in eis. & confert calefactioni renum sumpta cum diureticis, & infusione liquiritie, & prohibet generationem lapidis in eis, & confert febribus calidis.

De casia fistula. Cap. VI.

Casia fistula calido frigido temperata, nisi quod paulo est calidior, humida primo gradu, clementer & innoxie a ventriculo bilem, & pituitam purgant veniendo, febribus inde ortis cõfert, sanguinem hac ratione puriorē reddit, ac eius sanguinis, & bilis flauæ acrimoniā frāgit, resoluit thoracis, & pulmonis, & asperæ arteriæ phlegmonas, easq; partes lenit ipsa motus expers, sitim sedat, præsertim sũpta cũ succo in tybi, vel cichorij, vel solani arte deputato. In temperiem denique renum calidam mitigat, cũ diureticis sumpta, & glycyrrhizæ decocto, ob idque calculum in his gigni prohibet. Dehenda est fistula insigni, plena, ob id graui, splēdente foris, ac etiam in pulpa pingui, quę recēs sumenda est, potius quàm vltis seruata. si aut viscera sunt sicciora, casia lubricitas augenda est oleo amygdalarum dulcium: si debilia, & lubrica sint, minuenda myrobalanis, vel rhabarbaro, vel aqua cum mastiche cocta, vel spica addita. si ad vias vrinarias ferri eā volumus, vretica misceantur. Quoniam vero tardius, & imbecillius purgat, acre aliquid (quale thymū, hyssopum, jactio nē eius intendens misceatur, aut potius aliquid medicamentorum valenter purgantiu, efficaciusque purgat hæc, si ex sero lactis propinetur. Tam est benignum, & innoxium hoc medicamentum, vt omni ætati, & ipsis etiam pueris, & prægnantibus tuto sumatur.

COS.

SYLV.

De casia fistula.

De hac non scripserunt antiqui, sed fistularem illam vocauerunt, quam nunc casiam ligneam vulgus appellat, res tamen nobilis est hæc Mesue casia, & qua ad aluum leniendam, et sani, et egrotantes, siue mane, siue parum ante cibum, tuto vtuntur. Condiri cepit, et saccharo recens in eundem usum, in quem semina quoque efficacia sunt, longeque magis, quam intraneus liquor.

MAN. Casia fistula Arabum dicitur et a casia fistula dicitur.

Huius dosim Mesues omisit, quod sit medicamentum tutissimum, hodie datur, cortice, membranis, & seminibus per cribrum purgata, ab vncia dimidia ad fescūnciam, vel drach. 10. mane, vel ante cenam, sed paulo ante pastus duos, tres, proximos, etiam drach. 2. 3. 4. datur his, quibus est aluus natura pigrior, in quem usum quibusdam iucundius est pulparum lata cultelli cuspidē excepit, deuorare. Conditam saccharo ab indigenis, dum recens est, ostendunt Veneti, & Lusitani. Quam autem vim purgatoriam tribuit Manardus semini ipsius, maiorem, scilicet, quam pulpæ ipsi, non recipiendam confirmat Musa suo multiplici experimento. Cortex vero huius ad menses mouēdos, aut partum iuuandum inefficacior est multo, quam casia aromatica, de qua nos in simplicibus.

SYLV.

Casia

COST. **C**asia fistula vocem antiqui Galen. testimonio. 1. de Cantidosis, lignea, & odorata casia assignabatur. Sed hac nigra est Aëuarij casia, de qua, & Auic. lib. 2. & Serapion, a nigra casia Theophrasti longe diuersa, contra quam existimant aliqui. Hæc quum ex Memphi, ex Damiatâ, & occidentibus insulis ad nos perferatur, occidentalis alium magis lenit, alijs tamen vilior putatur, & minoris venditur, ob id fortasse, quod cortice, & semine constat crassiore, & pauciori medulla. Datur generatim cortice, seminibus, & membranâ expurgatâ: ad quibusdam tamen etiâ simul contunduntur membrana purgationis, & absterfionis maioris gratia: purgant enim, & membrana, & ipse etiam cortex aliquibus ad ducendos menses vsurpatur, sed inefficaciter, errore ex vocis similitudine ducto, quod scilicet Græci suam casiam odoratam in eum vsu maximè probant. Vnum aduertit hic author, quum ait. (Non est in ea nocumentum, & c.) obesse aut Casiam habentibus intestina debilia, & lubrica. At contra Auic. & Mesue ipsemet ad huius capitis finem, solvere casiam absque nocumento, & mordicatione testatur, ita ut prægnantibus conueniat.

Existimant aliqui, quod hic scribitur Casiam obesse habentibus debilia intestina, dici ob ventris tormina, & status, quibus huius vsu torqueri multos quotidie animaduertimus. Verum quum noxiam eam esse dicat debilia, & lubrica intestina habentibus, moxque id vitij mirobalarum, rheubarbari, massiches, & spicæ in stione emendari doceat, quæ astringunt omnia, neque insignem discutienti vim habent, quam status postulant: videtur id vitij huic ascribere, non quod status faciat, sed quod nimis lenia reddat intestina ipsi, qui sponte lenia habuerint: solet enim, id nonnunquam accidere aliquibus, vt assumpto, vel tenuissimo medicamento alius per dies multos reddatur lubrica, ac si intestinorum leuitate laborent. hoc ergo velle hunc putamus, quare etiam his docet ferri auxilium astringentibus admistis rebus. Hoc autem Mes. velle id docet, quod statim scribit, nonnunquam esse opus vt lubricitatem casia addas in viscerum siccitate: quasi opus superiori contrarium proponens, sicut enim in viscerum lubricitate astringentia; ita in siccitate lenientia, oleum, videlicet, amygdalarum dulc. um præcipit commiseri. Sunt tamen, qui posteriorem hanc Mesue animaduersionem de commiscendo oleo casia in viscerum desiccatione minime assument, quando (aut) vix tanta esse potest intestinorum ariditas, quæ casia atramento humectari nequeat. Quæ si vero in febribus, & aridis corporibus sepius id non accidat, in quibus siccissima, & cum multa angustia reddi alui excrementa solent. At scio equidem, vbi id accidat, multo validius viscerum robur causari, ex quo medicamentum naturæ familiare in alimentum conuertatur. Sed est sepe numero siccitati viscerum, non robori ascribenda culpa, cuius nulla habita fuerat ratio. Caterum, vt ad propositum redeamus, quid de controuersia inter Mesuen, & Auicennam? Nostra equidem sententia, controuersia nulla est, etsi enim imbecillia, & lubrica intestina habentibus casia noxia est, vt ait Mes. vbi tamen hoc non obstat, clementer soluit, & sine mordicatione, vt Auic. & ipsemet Mes. ad huius capitis finem affirmat. Sed, quid dicendum de torminibus, quæ ex huius medicamenti vsu quotidie accidunt, vsu & experientia comprobante, contra quam & Auic. & Mes. dicant? Casia, vt ego quidem puto, si ad nos recens deferretur, non faceret tormina, nisi forte per accidens, vt medicamenta alia. Sed quis

ignorat mercatorum, & pharmacopæorum industriam in madida arena; & humidis locis ipsam seruantibus, vt pinguior, & minime vetusta appareat? Itaque mirandum est, si excrementis eo humore oppleta status postmodum, & tormina excitet, quos aniso discutere oportet. neque item de Auic. aut Mesue admirandum, si absque mordicatione casiam expurgare sunt testati, quæ recentiori, & nullo dolo depranata vt ijs forte licuit, nobis modo non licet.

De Tamarindis. Cap. VII.

Tamarindi sunt dactyli acetosi, & sunt ex fructibus palmarum syluestriū in India. Ipsi quoque sūt ex medicinis nobilioribus, in quibus nō est excessus.

ELECTIO. Laudantur in sex proprietatibus, vt sint nigri, nō verè nigredinis, cum luciditate, & teneri, & mixti cum villis, quæ sunt sicut radices, & sunt recentes, & pingues absque desiccatione, & sunt cum dulcedine acetositate pauca, vini puri non permixti. sunt & ex adulteratoribus, qui eos falsificant cum carne prunorum, sed de occultat fallaciam nigredo sine luciditate in ipsis: & quia sunt humorosiores, & quia in eis est odor, & sapor prunorum.

COMPLEXIO, & proprietates. † frigidæ complexionis sunt, & sicca in secundo. Et sunt refrigeratiui, extinctiui, & sedatiui acuitatum, & inflammationum.

RECTIFICATIO. Lædūt stomachū frigidū, & debilitant eū, & sunt tardæ, & debilis operationis. Emendamus nocumentū, quod imprimunt in stomachum, permiscendo cum eis aliquid de confortantibus stomachum, sicut sunt Ipica, & macis, & maltix proprie. Et propinatio eorum cum succo feniculi, & apij, & endiuæ, & tarafacon aufert hoc nocumentum ab eis, & similiter cum absinthio. Et infusio eorū in aqua lactis sumpti ex capris vigorat actionem, & similiter in succo fumiteræ, aut in succo lupuli.

MODVS infusionis eorum. Accipe tamarindorū quātitatem, quam volueris, & infunde eos in sextuplo eorū aquæ casei, aut aquæ trium granatorum, aut alterius aquæ compositæ, aut simplicis, & frica manibus, & bulliant bullitione vna, deinde colētur colatione, qua fiat exile, & clara. Et quidam addunt eū eis prunorum, quātitatem eorum, & faciunt simile. Et sunt ex dantibus infusionem nō colatam, quando magis queritur inflammationis solutio. Et dant colatam, quando magis queritur inflammationis extinctio, & cum permiscetur in infusione eorum rola, & iandali, & proprie mazuzir, & spodium, vigorantur in extinguendo. Et ipsi quidem sustinent de decoctione aliquid mediocriter, quando oportet. Et superflua decoctio virtutem eorum destruxit.

POSSE. † Solutione educunt choleram, & reprimunt furorē eius, & feruorem sanguinis. Et conferunt inflammationi hepatis, & stomachi, & sunt medicina sitis, & omnis æstuationis factæ ab eis, & conferunt icteritiæ, & reprimunt vomitum: & sunt medicina vera febrium acutarum, quæ indiget lenificatione.

Mesue.

F

DOSI

DE SIMPLICIBVS.

DOSIS. Sunt debilis operationis propter, quod portio eorum est ab vnc. 2. vsque ad 5. Et ipsi quidem conseruantur per annos tres. Verum si accidat eis, vt calescant, putrescunt. Et similiter liquor cadens in eis putrefacit ipsos. Et melior modus conseruationis eorum, est stringere eos in vase vitreato, & ponere in loco recenti.

De Tamarindis. Cap. VII.

SYLV. Tamarindus, est dactylus, cuius fructus tamarindi palmarum dactylorum fructus in India fructus maceis, et etiam in Arabia, et in Persia, et in Aethiopia.

Tamarindi dactyli sunt acidi, fructus palmæ syluestris indicæ, medicamentum quoque excellens, ac innocens, frigidum siccum ordine ꝑ secundo. Ob id humorum acrimoniam reprimat, bilem purgat, eiusque & sanguinis feruorem, furoremque compescit, febres acutas lenitione e-gentes, & icterum sanat, sitim, ac omnem ventriculi, hepatisque ardorem extinguit, vomitum sistit. Præcellunt subnigri, splendentes, teneri, villis, seu radicibus quibusdam permixti, recentes, pingues, dulcissimi, sinceri. Adulterantur carne prunorum, sed obscura nigredo dolum detegit, præterea humiditas largior, & prunorum tum odor, tum sapor. Quidam siccos vino puro humectant, vt recentes videantur. Ne ventriculum frigidum lædant, cauetur mixtis hunc roborantibus, spica nardi, mace, mastiche, succo absinthij, sceniculi, apij, intybi, cichorij agrestis. Actionem vero eorum imbecillam intendit serum lactis caprini, vel succus fumaris, lupive salictarij. Macerantur autem sextuplo prædictorum liquorum, vel aliorum simplicium, aut compositorum, vt triplicis granati, deinde manibus fricantur, post semel seruefiunt, postremo colantur, donec portio sit liquida, & clara, præsertim quando flammæ calorem citius extinguere libet, quandoque etiam rosæ, santala præcipue citrea: spodium simul cum his macerata, vt potentius refrigerent. Non colati quoque dantur, quando potentius ardor ille extinguendus est. Addunt quidam prunorum par pondus. Mediocriter coqui (viribus seruatis) possunt, si opus est, quas tamen immodica coctio adimit. Ob id vero, quod imbecilliter purgant, ab vncijs duabus ad quinque propinantur. Annos tres seruantur in vase vitreo bene obstructo, & in locum purum, & persflatilem seposito, nisi externus, vel calor, vel humor putredinis initium ipsis attulerit.

De Tamarindis.

MANA. Hos quoque numerat Auerrois inter medicinas, de quibus non est Galenus locutus. Si nomen sequaris, dactylos putabis. Tamar enim, barbaris dactylum significat. Plin. cuiusdam palmæ meminit in Aegypto nascentis, quam vocari ait adipson, quasi arcere sitim diceret, virideque esse, & mali cotonei odore, nullo intus ligno, colligique, antequam incipiat maturefcere: & quod relinquitur, vocari phenicobalanum. Dioscorides fere eadem libr. 1. Idem Plin. lib. 33. Palma, quæ fert myrobalanum, probatissima in Aegypto, ossa nõ habet reliquarum modo in balano. Au vero Tamarindos hos intellexerint, cogitandum lectori relinquo. Sicuti etiam an Myrobalani, quarum superius habita est mentio, ad pal-

mulas pertineant. FRIGIDA coplexionis in secunda (Auerrois in tertio. SOLVTIONE educunt, & reliqua.) Dioscorides suas myrobalanos acerbis dicit, & adstringentes, valereque diarrhæe, & muliebri fluxui. Et phenicobalanum magis adstringere recentem, quam siccam sputoque sanguinis, intestinorum difficultati, & stomachicis conferre. Quare si eandem rem, quam hoc loco Mesue intellexit, contrarias ei vires adscripsit.

Tamar Indorum historia, atque usus ex Arabibus ad nos venit. neque aut poma, aut phenicobalanus est hic fructus, de quibus Dioscorid. lib. 1. quum fructus vera palma dactylos vulgares seruentis Dioscorid. intellegat, quibus cum tamarindis nihil ferè simile esse videre, quibus potest, neque etiam palma est, adiposæ de qua Plin. lib. 23. quum ea nullo intus sit ligno: tamarindi autem lignum, seu os habeant. Quare, quod Dioscor. suam phenicobalanum intestinorum difficultati, & stomachicis conferre, Mesues vero tamar Indos stomacho frigido obesse, & solutione bilis expurgare scriptum reliquerint, contouersa est nulla, quum de diuersis vterq; agat rebus. De tamar Indis egerit, & Auic. lib. 2. & Serapion lib. de simpl. & Auer. 5. Coll. Sed, & hi videntur inter se de horum temperamento diserepare, quum eos Auic. & Mes. frigidos, ac siccos secundo ordine existiment, Auer. inter frigida tertij, & sicca secundi ordinis ponat, Serapion vero tertio gradu, & sicca, & frigida esse scribat. Licet tamen fortasse, vt ita conciliet, esse certe secundo ordine, & frigidos, & siccos; sed in eius ordinis summo, scilicet, contiguos tertio. alioqui etiam nõ multum referre in medendi vni-talem discordiam existimari. Nilud autem egerit maioris diligentie videtur, an verè tamar Indis purgatoria polleant facultate. Nonimus certe nos, qui seorsum exhibitos nullo pacto purgare ipse contendunt, experientia testimonio. Nos tamè, & si expurgandi gratia tamarindos nunquam seorsum exhibuimus, coru carne ad vnius vncia mensuram oblata pueris, ac etiam adultis sepe aliu subduximus, quod alijs semiuincie potere assequutus testantur. Vt et. a. iunius commisit rebus alijs in expurgando non raro: & solutoriam vim cuius animaduertimus, id quod purgatorie illoru facultatis nobis fidem facit, suadetq; vt Serapionis, Auicennæ, & Mesue testimonio assentiamur, suspicemusq; aliorum experimentu habeamus, qui vel suo pondere, quod prescribit hic author, nunquam hoc medicamentu exhibere, vel nimium ventris tamar Indis sunt vti, quibus ferè vti necesse est, al-latis ad nos ex India, quod iter vis trium annorum spatio conficitur. arbitræ dum profecto est purgatoria in his vim, quæ aeris partibus insidet, exolvit, & striclorum terrenis residetibus roborari, atque vniuersim purgatoriam horu fructuum, quos Mesues per triennium seruari scribit, facultatem tam longa via insigniter labefactari. Sed obijciunt hic nonnulli nullam rationem suadere, vt hoc medicamentum a toto corpore, hoc est excellenter bilem purget, quum purgantia vniuersa caloris hand mediocri participet, eo scilicet, vt meatus possint aperire, quos fluidos, & apertos esse in purgandis corporibus oportere Hippocrates docuit. Verum de hac re etiam supra. experimur rosas, violas, myrobalanis, atq; alijs id genus, quæ frigida censentur, ex vniuerso etiam corpore humores varios trahi: alioqui autem nulla alia ad trahendum aptior est in medicamentis caliditas, quam innata, quæ actionum omnium propriarum causa est omnibus rebus. sed quod ad hunc locum facit, qui calore auit esse opus non mediocri, qui meatus aperiat; hes rogo num corum opinione

COST. Cap. 114.

Cap. 5.

AN

DE SIMPLICIBVS

opinione Hippocr. fluida velit fieri corpore purgatorio ipso, quod exhibetur, medicamento, an potius antea, quam medicamentum propinetur. Ut ego certe opinor, referenda antea vis, incidendique ac attenuandi humores, ut ait Galen. debinc expurgandi. Alioqui etiam, ut purges, nulla expurgandi corporis preparatio esset expectanda, si a purgatoria ipso medicamento aperiri meatus possunt. Sed alia hic is emergit de huius medicamenti exhibendi mensura. Mesues ab vncijs duabus, vsque ad quinque dari testatur: Auicennas eorum decocti portionem esse ait propinquam dimidia libra: Serapion de sententia Aben Mesue, decocti eorum dosim scribit esse librarum quinque: Auerroes vero a drachmis decem, vsque ad quindecim, quare etiam de casta fistula agens eandem illius, & tamar Indorum mensuram esse ait. Ita ergo discrepant hi inter se. Nos vero in tam multiplici discordia, sicuti Mesue, & Auic. libenter assentimus parum inter se discrepantibus. Ita Aben Mesue testimonium suspectum habemus, et mendum codici inesse putamus, reponendaque pro libris vncias, ut Auic. & Mesue conueniat. De Auerroes vero, quid dicamus planè non habemus, qui valentiorum longo intervallo casta, quam tamar Indis purgatoriam inesse facultatem etiam nouimus.

De Manna. Cap. VIII.

ANT.

Manna est ros cadens super quasdam plantas, & lapides, cuius materia est vapor, qui eleuatur, cui accedit digestio, & maturatio in aere, quando est æqualis, & fecundus lætis aspectibus. Diuersificatur autem secundum diuersitates rerum, super quas cadit, cadens enim super lapides est sicut guttæ parua, quæ congelantur, & sicut sicut semen, & cadens super plantas suscipit de virtute plantarum, & est cum permixtione particularum foliorum, & florum.

ELECTIO. Ex ea, quæ cadit super lapides melior est, quæ sicut semen album, & est dulcis, & est recens. Post istam vero in bonitate est, quæ est subcitrina. Fusca vero, & cœnosa, & antiqua est non bona. Et ex ea, quæ cadit super plantas melior est illa, quæ est pauce permixtionis cum folijs, & est subalbida, & recens. Falsificatores autem ex zuccaro, & folliculis senæ adulterant eam, cum post tempus accidit maturatio, aut mollescit, aut liquefit, & deocculatur fallacia.

COMPLEXIO, & proprietates. Est æqualis plus declinans ad caliditatem, & est lenitiua, abstersiua, mundificatiua, & sedatiua.

RECTIFICATIO. Nullius est excessus. Est tamen ex debilitate solutionem facientibus. Et nos confortamus operationem eius cum permixtione hyssopi cum ea, & alhasce, & aliorum, secundum, quod in casta fistula diximus. Verum ipsa iuncta, cum alijs medicinis vigorat earum operationem; dulcedine enim sua facit eas approximare naturæ. Ipsa quoque cocta expedit, & operatur citius. Gal. autem ipsam cum scammonia permiscuit, & operabatur cum eis. Et posteriores laudauerunt illud. Et procedentes miscuerunt cum turbit. & alij præsumperunt alia, & fecerunt conueniens.

A POSSE. † Educt choleram cum facilitate. Et ipsa quidem lenit guttur, & pectus, & ventrem; & est sedatiua sitis.

DOSIS eius est a drach. 6. vsque ad 15. Et ipsa quidem conseruatur per vnum annum.

De Manna. Cap. VIII.

MEl est ros frigore noctis estiuæ concretus, ex halitibus a terra, & aquis, Solis calore sublatis, æstate, id est die calido sicco, ac deinde exacte tenuatis, & coctis. Manna est ros ex vapore elato, & cocto in aere temperato, fecundo, lætis aspectibus, cadens super quasdam plantas, & lapides, a quibus duæ ipsius differentia statuuntur. Quæ enim lapidibus incidit, guttarum, aut seminis modo coagulatur: quæ si recens, dulcis, alba, aut saltem subcitrina, est melior; mala vero, antiqua, fusca, cœnosa, quæ plantis, harum tum facultatem aliquam assumit, tum folijs, & floribus est permixta, neque id nimis: quæ si præterea recens est, & subalbida, est melior. Temperata est, aut paulo calidior, guttur, thoracem, ventriculum lenit, terget, bilem clementer purgat, sitim sedat. Adulteratur saccharo, & folliculis senæ: sed hæc tempore maturari eget, dumque mollescit, & liquefit, dolum prodit. Quoniam vero imbecilliter vacuat, præsertim cruda (cocta enim citius agit) rhymo, & hyssopo, vel alio, vis eius ut casta intenditur. Valentibus autem medicamentis mista, eorum actionem reddit meliorem, cum suo dulci sapore illa naturæ magis familiaria reddat. Od id eam Galenus scammonio miscuit, quod a posterioribus est laudatum, alij deinde turbit, alij alijs. Datur a dr. 6. ad drac. 15. Per annum seruatur.

De Manna.

Hanc quoque reposuit Auerois inter Medicinas a Galeno non scriptas, ego tamen mentionem eius habuisse arbitror libro Alimentorum tertio sub nomine mellis aerei, vel roridi, de quo scribit plurimum colligi in monte Libano, æstate media, nocte serena, variasque vires a varijs, super quas cadit, plantis acquirere, quæ ita quadrant vocatæ nunc Manna, ut ambigi non possit esse eadem res. Est æqualis. Auerois calidam facit, et humidam, in primo ordine. Galenus autem miscuit ipsa cum Scammonia. Melli quidem inuenio Galenum miscuisse Scammonium. Manna nequaquam.

EDVCIT choleram cum facilitate. Auerois faciliorem dixit esse inter omnia, quæ purgandi vim habent.

De Manna egit Serapio. lib. simpl. & Auic. 2. Can. 2. Aluarus, quoque lib. Meth. med. 5. de manna obiter meminit, vnus forte Græcorum omnium, qui manna vocabulum, quod thuris pollinem significat, pro eo medicamento usurpauerit, de quo hic Mesue verba facit. Est autem primum omnium dissentendum hoc in loco, quia quatuor serè pro eadem res voces a multis medicis sumuntur, manna, terebinthin, siracost, mel de Cusiram, an idem hæc voces significant an diuersa. Sane Auic. 2. Canon. duo capita facit, alterum de manna, alterum de terebinthin: ita, & Serapion. passim etiam mentionem facit Auic. de siracost, quam vocem etsi eius interpretes mannam verunt, ipsemet tamen Mesue. F ij Auic.

SYLV. Galen. est mel aerei, sicut videtur.

Calida hominibus prima gradus dicitur.

MANA.

COST.

COST.

ANT.

DE SIMPLICIBVS

Auicenn. cap. de manna, dicens mannam exiccari sicut gummi, quemadmodum tereniabin, & siracost, & mel allatum ex regione Cusuram, distinguere a manna videtur. Constat ergo diuersas res his diuersis vocibus significari, quoniam tamen pro eadem re possim vsurpentur. Ex his Brasauolus vtriusque celebris, & alij ante nos, tereniabin, & mannam ita differre inter se existimarunt, vt tereniabin sit mel aereum liquidum, (ipsum profecto Serap. & Auic. esse aiunt sicut rorem, & sicut mel.) manna vero sit idem aereum mel in gummi, ac veluti grana quaedam conglobatum, id quod ex ipso Serap. & Auic. colligere est. Vnum tamen bis ostendit, qui hoc sentiunt, quod Auicenn. de manna agens ita scribit. *Manna quid est? est omnis res cadens super lapidem, aut arborem, & sit dulcis, & coagulatur si ut mel, & exiccatur sicut gumma, quemadmodum tereniabin, & siracost, & mel asportatum de terra Cusuram syluestri. Ex quibus, quum dicat mannam esse gummi quemadmodum tereniabin; colligi videtur, & tereniabin ipsum esse instar gummi, non sicut mel, contra ipsius Auicenn. & Serapionis historiam, qui tereniabin esse aiunt sicut mel: sed paucis, quum diuersis capitibus agi de tereniabin, & manna videamus, fateri oportet de diuersis agi rebus. Quare meo periculo affirmari in Auicennae contextu inesse mendum, transpositaq; esse ea verba. [& exiccatur sicut gumma] reponendaq; ultimo loco in hunc modum. *Manna quid est? est omnis res cadens super lapidem, aut arborem, & sit dulcis, & coagulatur sicut mel, quemadmodum tereniabin, & siracost, & mel asportatum de terra Cusuram syluestri, & exiccatur sicut gumma. Hac verba si ita legas, tollis propositam discordiam. Atque ita distinguenda erunt praedictae voces, vt diximus, & Brasauolus ante nos sensit, quod tereniabin mel sit aereum non condensatum. tale autem nos aliquando vidimus in Lauda patria nostra agro estate calidissima, serenis noctibus supra arbores, & plantas vniuersim omnes tam copiose decidisse, vt a rusticis collectum, ad pharmacopaeos sit delatum in medicina usum. manna vero condensatus ille succus erit, quem manna vulgo vocamus, qualis ex orientalibus regionibus perfertur. De siracost autem, & melle ex Cusuram, quid certi dicamus, plane non habemus: putamus tamen mel ex Cusuram tereniabin ipsum esse, quod ex Cusuram regione affertur: siracost vero, quum Bellunensis vir diligens, qui Auicennae codicem ex Arabi. castigauit, in Arabicarum vocum interpretatione, esse dicat mannam, qua vtuntur Itali; manna speciem, hoc est aereum mel conglobatum esse crediderim: ita vt tereniabin, & mel ex Cusuram parte vna mel roscidum liquidum; manna autem, & siracost parte alia idem roscidum mel concretum significent opinione nostra: quanquam enim Auer. teregebin, seu tereniabin manna antiqua speciem interpretatur, & has voces confundit; quia tamen, & Serapion & Auicenn. seorsum de manna egerunt, diuersas res significari persuadentur, vbi vocum seruanda est proprietas. His ita pertractatis, explicatu dignum videtur an manna a Galeno, & antiquioribus Graecis fuerit cognita, de qua re digladiantur nostri temporis medici. Atque hoc certe in loco Mesues mannam cum scammonio exhibitam a Galeno scribit. Et 3. de alim. facul. de melle aereo Galenum verba facere, quibus videt. Contra tamen Auer. 5. Coll. inueniri ait medicamenta quaedam apud medicos, de quibus Galen. testimonium non extet: atque inter haec teregebin, seu tereniabin ponit, quam mannam interpretatur. Sed paucis, de melle aereo, hoc est**

vero tereniabin egisse loco citato Galenum satis constat: de manna autem hoc est, conglobato roscido melle, nusquam in eius, quos habemus libris legere est, vt propterea Auer. iure de hac meminisse Galen. neget, si modo per tereniabin mannam proprie nuncupatam intelligit, vt est verisimile. Quid ergo (dicet quispiam) Mesues conuictam cum scammonio fuisse mannam a Galeno scribit? Nos quum res haec in libris Galen. qui nunc circunferuntur, non legatur, in vna sumus cum Brasauolo sententia, Arabibus alios sub Galeni nomine fuisse libros, in quibus hoc legerint, quod hic scribit. Mesues vir sapiens & mentiri fortasse nescius. Atque haec de manna sint dicta. Quod superest; an qua vulgo vrimur, roscida sit manna, de qua Arabes, si nobis quoque proferre liceat, quod sentimus, suspicamur vna excepta orientali nullam ex rore genitam mannam ad nos afferri. Duplicem sane Italia profert mannam, Brigantinam, (haec scilicet ex Brigantio Galliae Transalpinae oppido affertur) & Calabram, est vero Calabria triplicis differentiae, frondea, qua ex fraxini, ac ornifrondebis colligitur, grossa qua ex herbis, satisq; excipitur, & arboorea ex ramis, & candice collecta, duplex & ipsa, aut enim sponte destillans, aut e vulnerata arbore emanans, qua forzata nuncupatur. Brigantina frondea Calabriae est similis, videturq; ex iunipero, & pinu colligi, atque harum nullam roscidam esse ratio plane demonstrat. Si enim ex rore frigoris vi condensato gignitur vt aiunt: atque frigore densantur, calore dissoluntur. contra haec, etiam frondea calore densatur magis, neque nisi liquore aliquo dissoluitur, quod argumento est a siccitate non a frigore esse concretam, cuius res illud etiam fidem facit, quod non tam ante solis ortum, quam etiam meridie summo, & sub camis asin, ac siccitate colligitur, vt a fide dignis viris intelligere est. Hoc igitur persuadet nos roscidam non esse, Italicam mannam. Confirmat suspicionem nostra id etiam, quod, quum in eodem tractu plures diuersorum, & generum arbores sint, ex solis tamen fraxinis, ac ornifrondebis manna haec colligitur, neque vero etiam omnibus, sed certis tantum. Immo, quod maxime persuadeat, obiecta interdum vespere fraxino, & orno linteis, vt ros admitti nequeat: deprehenditur tamen mane frondibus eodem instituto manna insidere, quo antea, atque huius ex rore ortu esse, nullus dixerit. Ex his ergo, atque alijs, qua fuisse Donatus Altimarus in libello de viribus, & differentijs mannae, fateri ergo certe cogor vulgatae mannae speciem nullam ex rore procreari, neque Calabram, neque Brigantinam; sed gummi, seu succum potius quendam esse ex harum arborum frondibus, ramis, & candice resudantem, in Calabria quidem fraxini, & ornifrondebis, in Brigantio iuniperi, & pinus. De grossa autem, quam ex terra, saxisque ac herbis colligunt, quid dicam non habeo, qui nondum pro certo habeam, an sub fraxino tantum, ac orno, vel aperto etiam caelo colligatur. Sed haec satis. Qui volet plura, Altimari libellum petat, vbi haec fuisse. Quod reliquum est, in orientalis, ac legitima mannae inopia an Calabria utendum sit, quamuis non ignorem multos ea tantum vti, quam frondeam vocant, vt ipsi putant, legitima, ceteras rejicere veluti perniciosas, quare, & Neapoli lege omnes excepta frondea interduntur; quod tamen maximos viros frequentissime obseruasse noui, vulgatam hanc, & Calabram, & Brigantinam etiam arboream vtilissimum, & clementissimum esse medicamentum esse, vbi serosi humoris, & biliosi sint expurgandi. Est autem Italica manna propinanda mensura trium, ac quatuor

quatuor etiam viciatim orientalis, si masticina, id est A
probatissima est, parcius exhibetur: minus enim in sol-
uendo est imbecilla, sed raro hanc habemus, affertur-
que euarida, & virium expers, quam bombacinam,
vocat, quam eadem mensura, qua Italicam propina-
mus.

De aqua lactis. Cap. IX.

ANT.

Aqua lactis est mater infusionum, & est
ipsa per se medicina bona, carens no-
cumento.

ELECTIO. Melior est sumpta
ex lacte iuuenū caprarum, & nigrarum, & boni
pastus, & recenter foetarum. Post istam in bo-
nitate est, quæ sumitur ex ouibus, & laudatur
considerata in se, si recens, si boni odoris, & bo-
ni saporis, & proprii, & non extranei, & in qua
nulla accidit corruptio.

COMPLEXIO, & proprietas. † Est cali-
dæ complexionis, & sicca in primo vsque ad se-
cundum, & est subtiliatiua, lauatiua, absterfua,
per nitrositatem suam, & solutiua sine mordi-
catione, & oppilationum aperitiua.

RECTIFICATIO. Fundamentum est
infusionum, & est per se debilis solutionis. † Mel
quoque vigorat operationem eius. Et vigo-
rata cum lupulo, & flore eius mundificat san-
guinem, Myrobalani quoque, & rhabarbarum,
& succus rosæ, & violæ, & tamarindi, & casia fi-
stula, & flores fumiterræ, & semen eius, addunt
operationi eius: & soluit choleram rubeam, &
humores adustos. Et vigoratur cum chebulis,
& hyssopo, & allhæscæ, & agarico, & educit
choleram, & phlegma, & cum myrobalanis
indis, & epithymo, & polypodio, solutione
melancholiam educit, & humores adustos, &
cum assaro, & iride soluit aquam citrinam, &
non permittatur, quin in potionibus eius cadat
spica, quoniam eius operationem magnificat.
Et tarassacon quidem, & endiuia, & cu-
scuta, & lingua arietis, & volubilis, & spica, &
rhabarbarum, & absinthium, & eupatorium,
& assarum, & fumus terræ, & apiam, & feniculus,
amygdalæ amare, & femina quatuor, &
scolopendria, & alia, & de diureticis nota,
addunt ei ad oppilationum apertionem. Et
datur quandoque extracto ab ea butyro,
quando oportet causa lenitatis à membris ex-
pulsionem abscondere. Et datur non extra-
cto butyro, quando lenitatem in eis acquirere
oportet.

† **POSSE.** Solutione educit choleram, &
humores adustos cum facilitate, & confert ma-
niæ, & melancholiæ, & confert omnibus op-
pilationibus, & morbis oppilationum, sicut hy-
dropisi, & icteritiæ, & crassitie splenis, & con-
fert febribus cholericis, & febribus oppilatio-
num. Et est medicina bona infectionum cu-
tis, quatum materia est cholera, & humor ad-
ustus, sicut est impetigo, & serpigo sicca, & pu-
stula, & pruritus, & vlcera mala sicca, & lepra,
& similia.

DOSIS eius est à drach. 6. vsque ad lib. 1.

De sero lactis. Cap. IX.

Serum lactis calidum siccum gradu primo
vsque ad secundum, lauat, tenuat, nitrosa
sua substantia: obstructa aperit, terget, pur-
gat: clementer, & sine morsu bilem fla-
uam, & vltos humores, ob hæc confert mania,
melancholiæ, impetigini, pruritu, lepræ, vlceri-
bus malignis, & cæteris cutis vitijs, morbis om-
nibus obstructions sequentibus, vt hydropi,
ictero, febribus à bile putridis, lienis tumori. Se-
rum optimum est lactis caprarum nimirum ni-
grarum, bonis pabulis nutritarum, recens fetarum,
recens, iucundi odoris & saporis, & sui non
alieni, non corruptum, secundum in bonitate
est ouium.

B Eo fere medicamenta alia maceramus, est in-
noxium, sed cum sit imbecillum ad purgandum
cum melle, & lupi salictarij germinibus, vel flo-
ribus, sanguinem potentius purgat, bile flaua, &
humoribus adustis, præterea cum myrobalanis,
rhabarbaro, tamarindis, casia fistulari, fumarie
succo, aut semine rosarum, aut violarum suc-
co. Cum myrobalanis, cepulis, hyssopo, thy-
mo, agarico bilem, & pituitam vacuat. Cum
myrob. Indis, epithymo, polypodio, melancholiam
& alios humores vltos. Cum asaro, iride,
aquis ferofas educit, addita semper spica ipsius
actionem intendente: sed cum cichorio agresti,
intybo, cassiutha, lingua arietis, volubili, spica,
rhabarbaro, absinthio, eupatorio, asaro, fuma-
ria, apio, feniculo, amygdalis amaris, scolopen-
drio, seminibus quatuor, & alijs etiam diureti-
cis, obstructions potentius aperit. Fit autem ex
lacte ebutyrato, seu à quo est pingua innatâs se-
cretum, quando lubricitatis causam ex partibus
excretorijs afferre volumus; ex lacte non ebuty-
rato, cum partes eas lenire magis, & lubricare
studium est. Datur ab vncijs sex ad libram v-
nam.

De aqua lactis.

Galenus dicit antiquos sero ad inferioris ventris
subductionem vsos: & Dioscor. ijs dari, quibus
abique acredine ventris excretionem volumus pro-
uocare. **EST** calidæ, & sicca complexionis in primo
vsq. ad secundum. (Gal. libro quarto simpl. medic.
cap. 16. dicit frigidam, & humidam: alicuius tamen
caloris participem esse, ait libro tertio de aliment.
MEL vigorat eius operationem) Galenus tantum
mellis addendum iubet, quantum delectare possit,
non ventriculum subuertere, quoque magis subdu-
cere ventrem volueris, plures sales adijciendos, modo
gustui non sint molesti. **POSSE.** solutione educit
choleram. Iuuare dixit Dioscor. lepræ, elephanthiasis,
epilepsia, & exanthematibus. Bubulum vero serum
conferre scripsit orthopnoicis, id est, his qui, non nisi
erecti spirant. Dosis ab vncijs sex, vsque ad lib. 1.)
Dioscor. bibi heminis per interualla singulis, vsque
ad quinas. Paulus Aegineta dari viris iubet sextar. ij.
pueris vnum. Ex eo autem Dioscor. loco natus videri
potest modus, qui nunc in communi vsu est, bibendi
medicatas aquas, quæ balnearum dicuntur.

EST calida complexionis, & c.) Serum lactis calidi, & **COST.**
sicci temperamenti esse ait. Ita & Auic. 2. Canon. Cap. 17.
aquisitæ lactis calidam esse testatur, quamuis de sicci-
tate verba non faciat. At contra Gal. 4. de simp. med.
Mesua. F iij fac.

SYLV.

Toricop. ca-
lori lib. 3. ali.
frigidam au-
tem & humi-
dam libro 4.
simp. cap. 16.
Vim subdu-
centi alium
sero lactis tri-
buat Dioscor.
& Gal. in ali.
& simpl.

Hæc etiam
tribuit Dio-
scor.

Hæmorrh.
Diosc. secta-
rio una parit
dosis viris.
Paulus.

MANA.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

Cap. 17.

DE SIMPLICIBVS.

fac. frigidum, & humidum esse affirmat. mire ergo discrepat Mésues à Galen. Caterum quantum quidem nos assequi possumus, Galen. loco citato serum caseosa, & butyrosa lactis parti conferri, non homini, estque proprie ipsum aquosa, ac frigida, & humida lactis portio, si recte perpendas. Non is tamen negat potestate, & vi ad hominem, dum alium subducit, detegitque calidi, ac sicci medicamenti vires obtinere, qui 3. de alimen. facult. inesse huic acrimoniam confitetur, cuius occasione lac omne subducit. Conciliari ergo his proposita in hunc modum posse videtur. licetque fortasse inspecta solutoria, seu subductoria, ac detorsoria seri potestate inter calida, & sicca ipsum censere, quum tamen butyro, ac caseo comparatum, aut etiam in sua natura consideratum, frigidum sit, atque humidum, acri scilicet ipsius portione ab aquosis exsuperata, quarum etiam ratione subducendo refrigerare consuevit, quod enim citissime acescit, frigiditatis indicium est: fortasse etiam si quis vlla alia ratione, quam coagulo, atque acrisbus commissis rebus secernere a lacte serum nosset, frigidam vim obtineret validiorem. Quod autem quidam ob id serum calidum esse conieciunt, quia exoluit, & commodissima sit macerandis rebus materia; cum ex eo videtur refelli, quod supra aduertimus; ostendimus nempe temere ascribi exoluenti facultatem soli calori, tum quod tenuitati partium seri ipsius ex natura propria: vel ex coagulo, atque acris alia, quavis re acquisita, dum à butyro, ac caseo secernitur, ascribi hæc macerandi vis potest, non iniuria, alioqui etiam, quid aqua ipsa frigida, atque humida pro macerandis rebus sit aptius, neque ego video, neque forte alius facile explicarit. Unum est hic animaduersione dignum, quum de seri propinandi mensura sit sermo. Sic dosim esse ab vnc. 6. ad libram vnam. Dioscor. vero quinque heminas exhibet, quod & Aetius libro secundo. Paulus autem libro primo, sextarius duos, est autem hemina libra circiter vnus pondus, sextarius vero duos heminas facit, longe ergo discrepat hic ab alijs. Sed pau. is. Codex, quem nos habemus, Mediolani impressus legit ab vncijs sex ad libras tres: Alius manuscriptus ab vncijs sex, vsque ad libras octo. ita, vt subesse mendum vulgato Mef. codici verisimile sit. Ex his tamen quum prior lectio ex Mediolanen. codice, cum Serapione fere consentiat exhibente ab vncijs octo ad tres libras; crediderim eam quoque ipsam esse genuinam, alioqui certe tutissima hæc mensura est, neque aut imminuta, aut plenior, & in medicamentis & aci ferè suere audaciores.

Cap. 15.

Cap. 06.
Cap. 85.

De Rosis, Cap. X.

ANT.

Rosa est ex medicinis benedictis, in qua est virtus confortationem faciens, & solutionem, & malæ qualitatis permutationem. Et est ex ea rubea, & alba; & de vtrisque alia est multorum foliorum densorum, & crisporum, & alia paucorum, & planorum.

ELECTIO. Melior est rubea veræ rubedinis paucorum foliorum, & planorum. Et ex albis melior est habens similiter. Et melior est succus, cuius mater est rosa completa. sicca quoque melior est, in qua nondum cecidit corruptio.

COMPLEXIO, & proprietates. Frigida

est, in primo gradu sicca in secundo. Diuersarum autem naturarum substantiarum compouerunt rosam, inter quas potest cadere separatio distinguens. Componitur enim ex terreis partibus, & aqueis mediocribus, dantibus eius stypticitatem, & lubrificantiam; & ex partibus acris, propter quas est in ea de dulcedine aliquid, & aromaticitas; & ex partibus igneis subtilibus, in quibus consistit perfectio, & species, dantibus ei amaritudinem, & ruborem. Virtus autem faciens ruborem eius plus impressit, quam amaritudinem faciens. Propter quod in abscissione amaritudinis ipsius, quæ remouetur per solam excitationem, eius non resoluitur species. In abscissione vero rubedinis non plus est rosa, quam homo mortuus. Amaritudo autem in ea, quæ recens est, plus est stypticitate ipsius. Et prima operatio eius, est propter amaritudinem suam, propter quod rosa recens, & proprie succus eius soluit. Cum autem resoluitur caliditas dans ei amaritudinem, propter siccitatem eius manifestatur substantia styptica, constipationem faciens. Est autem succus eius calidus ferè vsque ad primum gradum, propter exclusionem eius à re terrestri, & frigida. Est autem rosa resolutiua conueniens, extinctiua inflammationum, confortatiua membrorum, coadunatiua partium, & contractiua. Et semen eius in hoc est fortius, & similiter pili eius, qui sunt in medio ipsius. Et succus eius oppilationum aperitiuus, & resolutiuus, & absterfius, & solutiuus. Et sicca, quidem est magis styptica, & frigida; & quæ non est completa est frigidior, & stypticior: & alba in frigiditate, & stypticitate plus est quam rubea.

RECTIFICATIO. Non est in ea malitia, sed est ex debilitate soluentibus. Vigorat tamè eius operationem aqua casei. si enim succi rosarum vnc. i. misceatur cum aqua casei, & pauca spica, est solutiuum conueniens; & similiter infusio foliorum rosarum in aqua casei, cum pauco melle soluit sine molestia. Et syrupus factus ex succo eius lenis est solutionis, & ingreditur succus rosæ, & ipsa rosa, & similiter oleum eius in emedatione medicinarum solutiuarum acutarum, sicut est scammonia, & euphorbium, & similia. Et in siccis, vt in myrobalanis, est addendum oleum amygdalinum, aut rosaceum, aut violaceum, aut lesaminum, aut omphacinum. Rosæ autem conditæ cum melle abstergant, mundificant, & confortant: & conditæ cum zuccaro minoris sunt absterfionis, & maioris confortationis, & stypticitatis. Et aqua earum quæ fit per infusionem est mundificatiua, absterfua, & solutiua, & ea, quæ fit per sublimationem est multæ confortationis, neque est solutiua propter solutionem subtilis caliditatis eius in decoctione eius. Acetum autem infusionis earum est medicina bona omnium inflammationum, & est diuisiuum, solutiuum, confortatiuum. Per albas vero non fit solutio aliqua, de qua sit curandum. & est in eis de stypticitate plusquam sit in rubea, neque adhuc sunt similes in confortatione eis. Et scito, quod rosæ non sustinent de decoctione aliquid omnino, & proprie

proprie recentes resoluitur enim ab eis virtus si
gillans absterfionem eius, & solutionem eius, &
deoccultatur virtus earum styptica faciēs con-
strictionem. † Succus vero eius sustinet de deco-
ctione aliquid mediocriter, & acquirit ei subtili-
tatem, & bonitatem absterfionis. Oleum quoq;
factum ex rosis nondum completis est maioris
infrigidationis, & stypticis, cuius melius fun-
damentum est oleum sumptum ex oliuis non
perfectis. Et factum ex rosis, in quibus iam adue-
nit perfectio, est maioris resolutionis conueniē-
ter, & minoris infrigidationis, cuius melius fun-
damentum est oleum oliuarum mediocrium
in maturatione, aut silaminum.

POSSE. Succus eius, & aqua infusionis re-
centiū, & cōpletarum solutione educit cholera,
& mūdificat sanguinem ab ea, & venas, & arte-
rias: & cōfert icteritia, & aperit oppilationes he-
patis, & stomachi, & mundificat, & confortat
ea, & confortat cor, & confert tremori eius, &
educit materiā causantem eum, & confert cho-
lericis febribus. Rosa vero, & oleū eius, & aqua
ipsius per sublimationem facta confortant cor,
stomachum, & hepar, & coadunant partes laxas
membrorum, & confortant retētionem: & se-
dant dolores calidos mira sedatione: & extin-
guunt, & permutant malitias inflātionum,
& sedant eas. Et sunt ex medicinis dormire fa-
cientibus. Faciunt tamen coryzam, & sternuta-
tionē. Et obsunt catarrhis, & stringunt vuluam,
& guttur: & confortant ea: & auferunt crapulā.

DOSIS. Potio succi rosarum est ab vncia
1. vsque ad 2. cum zaccaro. Et potio syrūpi facti
cū succo earū est ab vncijs 2. vsque ad quinque.

R O S A.



De rosis. Cap. X.

Rosa est frigida primo gradu, sicca se-
cūdo ex substantijs diuersis etiam se-
parabilibus cōposita, aquea quidem
mediocri, & terrea, & adstringēte, ma-
teriam ei multam præbente: aerea vero dulci, &
aromatica: ignea deniq; tenui, à qua est amari-
tudo, rubor, perfectio, & forma. Ignea tamen
substantiæ vis, quæ ruborem, & speciem impres-
sit, valentior fuit, quàm quæ amaritudinem. Ob-
id hæc sola siccatione perditur, illis adhuc per-
manentibus, quæ si perierint, non magis rosa
fuerit, quàm homo mortuus est homo: recen-
tes tamen sunt amaræ magis, quam adstringen-
tes. Ob eamque amaritudinem rosæ recentes
succo præsertim purgant, siccata vero resoluta
caliditate amaritudinem excitant, substantiam
stypticam, & constipantem ostendunt. Succus
autem rosarum calidus est prope ad primum
gradum, quia est à substantia terrestri, & frigida
secretus, purgat, resoluit, aperit, terget. Sicca ve-
ro rosa est frigidior, & magis styptica, & ea mag-
is, quæ non fuit perfecta, & alba magis quàm
rubra. Rosa præterea resoluit, intemperies cali-
das extinguit, partes cogendo, & constipando
roborat, id autem semine, & pilis in calicis me-
dio inuentis maxime. Cum autem rosæ sint ru-
bræ, & albæ, & ambæ foliorum multorum, vel
paucorum, crispiorum, vel planorum, in vtro-
que genere, est præstantior, cui color genuinus
est perfectior, & folia adsunt pauca, & plana. Al-
bæ nihil aut minimum purgant, potentius ad-
stringunt, & roborant, quam rubræ. Succus
completarum est melior, idemque & aqua, in
qua ipsæ recentes, & perfectæ sunt maceratae,
purgat bile flaua sanguinem venarum, & arte-
riarum, confert ictero, quia obstructiones ven-
triculi, & hepatis aperit, & expurgat. Cor, ven-
triculum, hepar roborat, cordis tremorem sa-
nat, vacuata eius causa. Febribus biliosis con-
fert. Easdem partes roborat oleum rosatum, &
aqua sublimando ex rosis educta, cogendo sub-
stantiam ipsarum laxam, facultatem retentri-
cem roborant, inflammationem omnem extin-
guunt, & ab ea dolorem sedant, somnum con-
ciliant; coryzam tamen, & sternutationem ex-
citant, catarrhis obsunt, vnam stringunt, & gut-
tur, & roborant ea, crapulam auferunt. Rosa
cum sit medicamentum benignum, sed ad pur-
gandum imbecillum, adminiculis quibusdam
eget, vt sero lactis, melle: succi enim rosarum.
vncia. j. cum seri lactis vncijs. 2. aut 3. & pauca
spica, commode vacuat: foliorum quoque sero
lactis infusorum, cum pauco melle expressum,
sine molestia purgat. Syrupus quoque ex succo
rosarum, & rosis ipsis est clementer purgato-
rius. Oleum vero rosatum valentium medica-
mentorum, vt scammonij, euphorbij, acrimo-
niam; potu obtundit; & noxam à siccitate my-
robalanorum corrigit vt oleum violatū, amy-
gdalarum dulcium, sesaminum, omphacinum.
Rosæ melle conditæ tergent, purgant, roborant; fac-

SYLV.

Vigantur...
rosata soluit
alium. Disc.
Expriuntur
sua bitem. &
aqua purgare
etiam si vete-
res id tunc
runt.

Rosa partes
Plin. folia...
stern. part. lu-
tea. caput folia
non partes ca-
dice vnguis
accuntur. sta-
non semen ca-
pili sunt par-
tes capiti co-
pat. catin.

7133

Fac-

DE SIMPLICIBVS.

faccharo autem, minus tergent, magis roborant, & adstringunt. Aqua, cui infusa sunt rosae, mundum facit, terget, purgat, per sublimationem vero facta, multum roborat, non purgat, quia subtilis eius caliditas igni est dissoluta. Accutum rosatum inflammationes omnes sedat, incidit, purgat, roborat. Rosae praesertim recentes, coctionem nullam sustinent, facultas enim earum tergens, & purgatoria, mox igni resoluitur; remanet adstringens iam manifestior. Succus autem earum mediocriter coquendo fit tenuior, & potentius terget. Oleum praesertim omphacinum cum rosae imperfectis infolatum, valentius refrigerat, & adstringit. Oleum vero dulce ex maturis oliuis expressum, vel sesaminum cum rosae perfectis infolatum, potentius resoluit. Datur rosarum succus ab uncia vna ad uncias duas, syrupus autem cum succo earum factus, ab uncias duabus ad uncias quinque,

De rosae.

MANA. Rosam non video à Graecis, neque ab Auerroë inter purgatoria medicamina reponi; experientia tamen ipsa, collocari inter ea debere ostendit, cui etiam Dioscor. consentire videtur, rosaceum unguentum vires habere dicens, ad soluendam aluum conducentes: quas vires non ab alia re habere potest, praeterquam à rosae.

COMPOSITVR ex terreis partib.) Gal. constare dicit ex aqua, & substantia calida, cui qualitas adstringens, & amara coniuncta est.

IN abscissione rubedinis non plus est rosa, quam homo mortuus.) Hoc dictum valde mihi est ambiguum, neque enim ex rubore speciem habet rosa: alioquin alba rosa, rosa non esset: colore etiam deperdito, seruari odorem adhuc videmus, & adstringendi vim. Vsum vero rosae Plin. diuidit in folia, flores, & capita. Foliorum partes candidae, ungues vocantur. In flore aliud semine, aliud capillus: in capite aliud caput, aliud calix. Florem luteum, illud intraneum intellige, quod magis reliquis partibus exsiccare, & adstringere dicit Gal. Dioscorides, facere ad gingiuarum defluxus. Plinius dat in posca ad mulierum fluxiones, maxime albas, & sanguinis excreationis. & ad ventriculi dolores cum vino. Vinum, in quo folia sicca cocta sunt laudat, Diosc. in dolore capitis, oculorum, aurium, gingiuarum, pudendi, ani, vteri. si eo membra illa abluantur, nullam autem rosae partem, praeter capita, praebet bibendam. **P**ER albas non fit solutio aliqua.) Apertus hoc loco error reprehenditur: alba enim de seniore vocata, & vulgo apud nos Damascena, cum albissima sint, ceteras in purgando excellunt. **S**VCCVS vero eius.) Succum non reponit Dioscor. ad alium, quam ad oculorum vsum.

ROST. Rosam purgatrice facultate esse praeditam non norunt Graeci neque ob id arbitrandum Dioscor. vim hanc fuisse cognitam, quia unguentum rosaceum epotum aluum soluere scriptum reliquerit, quando ex oleo, cuius in eo unguento magna est copia, habere has vires potest: neque is vbi de rosa agit, vllum de vi purgatoria verbum facit. Habende ergo medicamenti huius nobilissimi sunt gratia, Arabibus, sed praesertim Mesuae. Etsi enim, & Rhesis, & Serap. & Auicenn. de solvente vi meminerunt; hic tamen auctor diligentissime, & vsum, & vsus rationem praescribit. Plura tamen Ma-

nardus in hoc viro reprehendit. Ac primam quum ait. (Componitur enim ex terreis partibus, &c.) Galenum obicit veluti diuersa scribentem, qui ex aqua, & substantia calida, cui qualitas stringens, & amara coniuncta est, constare rosam dixerit. Nihil tamen huic contrarium Galenus scribit: sicut enim insunt rebus omnibus partes, & terra, & aqua, & aeris atque ignis naturam referentes; ita etiam rosa insunt substantia in primis atque astrictio, qua partibus terrenis, & aqueis mediocribus debentur, ut hic ait, quod & consentiet Galen. insunt dulcedo, & suavis odor, qua aeris sunt vestigia: sunt amaritudo, & robur, qua igneas sequuntur partes. Haec quum Galen. sigillatim non explicari, non est propterea hic arguendus, sed commendandus. Aliud est quo reprehensione dignum, hunc Monardus censet, quum ait. (In abscissione ne rubedinis non plus est rosa quam homo mortuus.) ait Manard. non ex rubore speciem habet rosa, alioquin alba rosa rosa non esset: & colore etiam deperdito seruari odorem adhuc videmus, & adstringendi vim. Verum hunc cauilum refellit doctissimus Brasauolus in suo simplicium examine. Nobis vere etiam dignus laude. Mesuae videtur, si rationi nitaris, namque quum in rosa, de qua hic agitur, rubra, plura sint; substantia, astrictio, dulcor, & amaro, odor, ac rubor; si haec omnia spectes, nihil rosae rubrae propriam nisi rubor; albis autem rosae cetera insunt omnia, hoc vno excepto. inuegitur rosa rubra speciem à rubore seruari putat, & ea amisso equiuoce dici rosam. Nihil ergo habet aduersus Mesuae Manard. neque id sequitur, quod ait, ergo rosa alba non erit rosa; quum non omnis rosae, sed eius qua rubra est, speciem ex rubore esse velit. Et quamuis vbi rosa ipsa rubra exsicceatur, integra tamen aliqua seruentur qualitates, & astrictio, & odor; non tamen sequitur rosa rubra speciem seruari, qua solo rubore ab albis distinguitur.

Et prima operatio eius, &c.) Ita intellige, amaritudinem in causa esse, sine qua rosa non purgat; qua profecto amissa rosae vires abolite sunt, neque fit solutio, sed huius efficiende actionis, forma ipsa specifica principium est. Obtinuitque rosa hoc ipsum ut soluat non ex amaritudine, quando amara omnia non ea sunt praedita facultate ut purgent; sed caelesti dono. Inuisse ergo hunc auctorem suo aduersari dogmati hoc in loco quis dixerit, quia primam rosae operationem id est solutionem alui, amaritudini ascribat; & libro tamen vniuersalium canonum purgandi facultatem formae medicamentorum specifica assignet.

Et ea, qua fit per sublimationem, &c.) Quando hic de sublimatione meminit, locus postularet rem hanc paulo fusius explicari, sed quia de distillandi ratione (utemur enim hac voce iam in hunc significatum recepta) & alij, & nouissime Matthiolus diligentiss. quantum medico negotio satisfacere potest, abunde egit; nos pauca, quaedam in memoriam tantum reuocabimus non inutilia. Sane stillatitias ex plumbeo alembico aquas, quum rerum, ex quibus eliciuntur, proprium saporem, aut odorem nullum retineant; (odorata excipio, ex quibus quandoque nonnihil in eas odoris insluit) satis constat nullius in medicina esse vsus, aut emolumenti, contra autem potius quum plumbum censa venenorum non postremo insit, perniciosi eas non parum concepisse, & ratione docemur, & experimento etiam admonemur, neque enim dulcor ille, qui liquorum omni etiam

etiam ex amarissimis rebus extractio insidet, aliunde
quam ex plumbis proat: inde & sumidus, visusque
ille sapor, quem tantopere abhorrent multi, & me-
leste admodum ferunt, quam ob rem, quod hoc prorsus
ableganda sint aqua; rationi quoque consentaneum
existimo. His autem longe minus ingratis, perniciosis,
atque inutilibus sunt, quae Venetis vulgo parantur, ficti-
libus vasis, & hoc fere pacto eliciuntur. Fornax est
rotunda, turriculae in modum, crebra fictilia circu-
circa habens matula longioris formam referentia vi-
treo diligentissime incrustata, quibus singulis singuli
vitrei alembici adduntur, & recipientia nuncupata si-
lo alligantur, calescit ut vaporariorum fornaces, vasis
interea vacuis relictis, dum vehementior caliditas pri-
mo ignis occurru excitata remittitur, tunc vero plan-
tis, ac floribus in suis quibusque fictili positis, & a-
lembicis, ac recipientibus accommodatis, atque oclu-
so fornacis ostio, ne expiret calor, copiosa eliciuntur
aqua. sed & haec, licet superioribus longe meliores,
plantarum tamen ac rerum, ex quibus eliciuntur nul-
lum, aut certe per quam exiguum saporem, ac odo-
rem seruant, quo factura est ut diligentiores medici
his etiam relictis, decocta, priscorum inuentum, me-
liori consilio in usum reuocant. Caterum quia &
haec aspectu quandoque terra, ac sapore horribilia
sunt, ut egrotos, vi morbi plus iusto etiam morosos,
maiori interdum molestia afficiant; excogitantur alij
nouam eliciendi liquoris rationem, non ex plantis tan-
tum, sed ex re omni etiam aridissima: atque id non in-
faisso certe euentu. Res, quarum expetunt liquorem,
aqua macerant plus minusve, pro crassa aut tenui ea-
rum substantia. mox eidem liquori percolato noua
medicamenta inijciunt, macerantque, ut prius, repe-
tuntur hac maceratio quousque satis virium ex medica-
mento in aquam migrasse putant. Alembico deinde
aut aeneo, cuius tamen interna superficies stanno dili-
gentissime sit circumlita aut vitreo collectam illam
includunt: ac subiecto igne liquor emergit, neque de-
cocto inferior, si odorem, saporemve spectes, neque
contaminanda; praesertim vero, si ut alembici rostrum
lignum cadum frigida aqua plenum traiciat, esse-
ceris: quod in ardentis aquae distillatione fieri solet,
auferris enim videtur frigida huius aqua occurrentis
vi, quicquid sumidum, atque veluti instillatum liquo-
ri inerat. Exceptum hoc pacto ex rosa aquam obtu-
lit mihi alias Englebertus Germanus pharmacopaeus
rosa saporem, atque odorem adeo, licet bimasset, ad-
huc seruantem, ut recentem rosam gustare mihi ipsi
sim visus. Sed alia illuxit arate nostra paranda aquae
ratio hac etiam melior ex balneo maria nuncupato, sit-
que hac in hunc modum. Caldarium aeneum aqua op-
pletur, & suo operculo itidem aeneo ocluditur, oper-
culo in medio, excisum foramen est, in quo vitrea ma-
tula (vrialem chymista vocant) arte collocatur,
plantam, ex qua extrahenda est aqua, continens: ma-
tula ori alembicum vitreum (capellum vocant) diligen-
tissime ex fascia linea, ac luto argillaceo accommoda-
tur, ac caldario ignis subijcitur, ut aqua ferueat, hu-
ius caloris vi aqua de alembici rostro colligitur, quae
planta saporem, atque odorem retinet non leuem.
Huic vero sicuti superiores illa stillatitia aqua nullo pa-
cto conferenda sunt; ita etiam decoctum, & elegan-
tia, & vi quam maxime cedat: ex decocto equidem
rei, quae excoquitur, in aquam transferuntur vires, sed
ab alieno illo aqua humore imminuta: in his proprius
planta humor proprias easdem offert qualitates, qua-

in planta: sed tales quae ob ipsius liquoris tenuitatem
caloris vi acquisitam longe, quam antea celerius, ac
altius corporibus nostris insideant. est ergo liquor isti-
usmodi balneo extractus, & aspectui incandus, & ar-
ti medicae longe maioris commodi, atque usus quam de-
coctum, aut ipse etiam plantarum succus, aut stilla-
titia ex decocto aqua, de qua postremo loco diximus:
sed exiguum admodum est, quod hoc pacto extrahi-
tur. excogitantur ergo alij industrij sane, & di-
gni summa laude viri rationem aliam huic non disti-
mitem, longe autem opulentiorum, quae ex diuersis
etiam plantis copiosam aquam huic, quam modo dixi-
mus, parant: paucis dispensatio elicias, ut nos apud Lu-
dovicum Lupatium a seplasiarum D. Merici insignia
habentem Venetis primum vidimus. Fornax est ro-
tunda a superiori, quae secundo loco dicebamus,
non dissimilis: ipsam lateris matulis crebris, & a-
lembicis vitreis multum, quibus illa: hoc tantum di-
uersa, quod quam ea non secus, ac vaporariorum for-
naces calescit, arido scilicet, ut aiunt, igne: poste-
rior hac caldarium aeneum habet aqua plenum, quod
a subiecto igne feruens, feruidos in fornacem va-
pores emittit, ex quibus fictilia incallescunt. Elici-
tur ex his preciosus liquor eundem prorsus saporem,
ac odorem retinens, quem planta ex qua elicitur, ut
etiam ex balneo superiori: sed hic tanto praestantior,
quanto minor est violentia vaporum, quam feruentis
aqua, ac temperatior est humor, quam illius calor: in
eo tamen aqua superiori inferior, quod intra paucos
menses corrumpitur. Hac de distillandi artificio sint
dicta. cuius equidem diligenti medico ob id habenda
est ratio, quod vires plantarum recentium, quarum non
semper copia est, toto anni tempore paucis liquori in-
clusas offert: si praesertim posteriores tres modos de-
legentis, qui certe iudicio nostro, lateris omnino negle-
ctis diligendi sunt. Est vero alia quoque succi absque
vlla vi ignis extrahendi ex plantis ratio, quam alias
Franc. Arcilendra Bononien. verum chymicarum, &
distillationum artifex peritissimus nos docuit: sed quia
quod extrahitur exiguum est, ac turbidissimum, non
multi in medicina esse usus potest, libet tamen hanc
quoque breuiter explicare. Vasa duo fictilia parantur,
quorum alterum alterum suscipiat, minoris fundus
a sigillo prius quam coquatur cribri in Sax crebris so-
raminibus perforatus, post coquitur, ac vitro intus
forisque diligentissime incrustatur, maius integrum co-
quitur, & similiter incrustatur. Locatur autem in
maiori minus plantam habens, aut flores, quos voluc-
ris, mox operculo utriusque vasis ori accommodato ex
siccoris testa, ac luto argillaceo, ne expiret, affosa s. robe
cubitur, & amplius profunda, in arena, ardentem ad
solem reponitur vas, atque arena obrutum pedibus cal-
cata, post quindecim dies effoditur, deprehendens in ma-
ius vas effluxisse liquorem, cui plantae sapor, & odor in-
sudet, sed turbidissimum, enim vero etiam, si velis, bal-
neo maria limpidum reddes. Nova haec distillandi ex
plantis ratio est, ut puto: accedit tamen ad artificium il-
lud, quo ex siccoribus rebus oleum elicitur (descensio-
rium vocant.) sed quod in his nos nisi ignis violentia fa-
cit, siccoribus, ac durioribus: in his humidis, & longe
tenuiori, ac rariori praeditis substantia solis calor, & eius
reliqua noctu in terra viscera recurrentes praestare pos-
sunt.

Per albas vero non fit solutio, & c.) Hic Manard.
rosas damascenas obijcit, quas certe valentius soluere
quam rubras certissimum est. Sed nobis idem videtur
di.

DE SIMPLICIBVS

De violis. Cap. XI.

dicendum, quod Brasauolus, has damascenas, seu de E
scerni rosas fuisse. Arabibus sub nesrim, seu nesrim voce
nuncupatas, de quibus, & Serapion, & Auic. 2. Can.
diuersa fecere capita veluti diuersis rebus. Alioqui
etiam aberrare eos constat, qui ob id Mesuen de da-
mascenis rosis non meminisse aiunt, quia eas non norit,
cuius scilicet rei certissimum sit argumentum, quod ha-
in Italiam nuper allatae sint, nempe Mesuen constat
Damascenum fuisse non Italem. Et ad idem ergo aut
ignotam fuisse solutricem harum rosarum vim Mesua;
sicuti idem Graeci de rosa rubra ignorarunt: aut has
veluti specie diuersas a rosis existimasse, ut Auic. &
Serapion.

Potio succi rosarum, &c.) Nostri raro succo, crebro
infusione nuncupata vtuntur. Hanc autem quatuor un-
ciarum mensura assumptam cum sero clementissime
magnum torrida bilis cumulum elicuisse ipsi quandoq;
obseruauimus. Possim autem saccharo, & melli commi-
sectur, & syrupus rosatus, ac mel rosatum solutiu
vocantur, solentq; usque ad quinque unciarum pondus
exhiberi, is bilis, hoc vero pituita gratia expurganda,
in medicis corporibus. Porro pro infusionis dilue
(vti enim licet hac vocem in hunc usum recepta)
materia, usurpat tota Italia pluuiam vel fontanam,
vel putealem aquam nostritamen Laudenses seplasiarij
etiam in succo capni, intybi, ac lupulorum rosas mace-
rant; atque ex infusione hac conficiunt tum syrupum
rosatum, tum mel rosatum solutiuum, & utriusq; com-
pletum vocant, ad priorum differentiam. Haec autem
duo, sicuti capni, & lupulorum gratia deucloria vi ma-
gis pollent, ita in tybi causa iecori non mediocriter con-
ferre verisimile est.

V I O L A.



Violae sunt medicina temperata conue- ANT-
niens, & fit per eam mala qualitatis
permutatio, & naturae solutio.

ELECTIO. Melior est quaecun-
que est ex primis, quam non inuenit calor re-
solutens virtutem, aut pluuia dissipans.

COMPLEXIO. & proprietates. Frigida
est, & humida in primo gradu. Et quae est sic-
ca est minus frigida, & minus humida. Est
enim in recente superflua humiditas supergre-
diens caliditatem eius, a qua est perfectio ip-
sius, & species, cum autem exiccatur, & re-
soluitur humidum superficiale ipsius, mani-
festatur amaritudo eius, quae est propter ca-
liditatem, quae fuerat sepulta, & est tunc ca-
lida plus, & humida minus. Est enim in re-
cente humiditas superflua: propter quod
quae recens est, solutione educit per ventrem
labrificando. Quae vero est sicca, educit dis-
soluendo. Et ipsa quidem est infrigidatiua,
narcotica, sedatiua dolorum calidorum, ex-
tinctiua inflammationum, & lenitiua, & so-
lutiua.

RECTIFICATIO. Est ex debilitate sol-
uentibus, & quidam addunt quantitati ear-
um medietatem ex turbitis; & faciunt tro-
chiscos, & vigorant cum hoc operationem
earum. Et quidam addunt scamoneam,
& ipsa quidem, & oleum earum ingrediun-
tur in emendatione medicinarum acutarum.
G Succus autem ipsarum, & syrupus ex illis le-
niendo soluit. Et viola sicca educunt dissol-
uendo. Et ipsa quidem condiuntur cum zuc-
cero, & melle: sed cum melle sunt maioris
absterfionis, & minoris alterationis: & cum
zuccaro faciunt contrarium. Et scito, quod
viola non sustinet de decoctione aliquid, in
quosita superfluitas: & succus earum similiter.
Et corroboratur acetum cum infusione ear-
um, & fit mirabile in febribus inflammatio-
nis multae. Et melius oleum earum est, cuius
fundamentum est oleum omphacinum, aut
amygdalinum.

POSSE. Solutione educunt choleram,
& alterant excessum eius. Et conferunt inflam-
mationibus omnibus, & sedant sodam calidam
factam a caliditate vehementi, sunt somnife-
Hrae, & faciunt coryzam, & leniunt pectus, &
guttur, & conferunt vuae, & synanchiae, & ear-
um iuuamentum est magnum apoplemati-
bus partium pectoris, & pleuresi, & sedant si-
tim, & conferunt propriae siccae oppilationi hep-
atis, & hepatis eius calido, & ictericae, & sunt
iuuamenti magni inflammationis febribus, &
sui per eas.

DOSIS. Potio earum est ab uncijs 4. vs-
que ad 8. & succi earum ab uncia 1. vsque ad 2.
& syrupi earum est ab uncijs 2. vsque ad 4. &
conditi earum ab uncia 1. s. vsque ad 3.

De

De Violis. Cap. XI.

SYLV.
M. duplex et
caeterum infra
sua purgat. &
et magis so-
rui.

Viola recens, est frigida, humida, ordine primo; siccata, minus tū frigida, tum humida. In recente eam excrementosa in superficie humiditas purgatrix lubricando caliditatem obrundit, perfectionis ipsius, & formæ caulam. Hæc autem siccando resoluta cum est, caliditas prius obruta emicat, & ab ea sapor amarus, fitque trahendo purgatrix. Viola recens refrigerat, narcoticorum ritu dolores calidos sedat, inflammationes omnes extinguit, asperam arteriam, & thoracem lenit, & purgat bilem flavam, & ab ea calorem extinguit, & cephalalgiam à causa calida, somnifera sunt, conferunt vix, cynanchæ, præter cætera vero pleuritidi, & cæteris tumoribus thoracis, phlegmonem hepatis, obstructionem eius siccam, icterum, valde inuant; & febres symptomáticas seu inflammatorias: siam sedant, sed coryza excitant. Melior est viola matutina, cuius virtutem neque solis calor resoluit, neque pluuia dissipavit. Cum imbecilliter purgent, additur à quibusdam violarum partidimidia turbiti, ab alijs scammonium, & finguntur trochisci. Viola, & oleum violatum, ut medicamentorum vehementiam obtundant, ipsis adduntur. Succus violarum, & syrupus leniendo soluit. Viola melle condita magis tergent, minus refrigerant, cum saccharo, contra. Nec viola, nec harum succus, multam coctionem sustinent. Acetum violatum, febrium ardorem mire sedat. Oleum, sit omphacinum, aut amygdalinum, ex quo oleum violatum fiet. Dantur potu expressio ab uncias quatuor ad uncias octo. Succus ab unc. 1. ad unc. 2. Syrupus violatus ab unc. 2. vsque ab unc. 4. Conditum violarum, ab unc. 1. & semisse ad unc. 3.

De Violis.

MANA. Nec violam inuenio apud Græcos purgare: credi tamen potest, si magna quantitate sumatur, ven trem lenire. Et ipsa quidem est narcotica. (Quomodo narcotica, si frigida est tantum in primo ordine, ut tu superius scripsisti? Possit) Folia vel per se, vel cum polenta, facere ad ventriculi exustiones, oculorum inflammationes, & sedis casus, scribit Dioscor. quosdamque asserere, partem floris purpuream anginae, & puerorum comitiali morbo conferre.

COST. Viola nomine licet vulgo etiam Leucij species veniant, hic tamen de ea, quam Græci vocant, verba sunt. cuius quum adhuc plures species sint, & albæ, & diversi coloris, & purpureæ; de purpurea hic est sermo, quam martiam nostri vocant. Sunt vero purpurea rursus, (quod ad flores pertinet) alia paucifolia passim nascentes, alia multifolia non ita vngata, sed etiam hærensus, quum in multis Italia videntur locis, paucifolia non multo maiores; Bizantijs tamen, ut audio ex Hieron. Capello Veneto patritio ob præclaram nobilitatem, & naturalis historia, præsertimq; herbaria peritiam, ac studium insigni, viola species quedam colitur, cætera martia similis, sed flore infinitis foliolis con-

Astretto, & æquante rosam Damascenam magnitudine, atque odore nostrates etiam superante, sed hanc, quam paucis ab hinc annis migrarunt ex Barbaris illis multa ad nos, vix tamen vidit Italia. Porro autem, quum nostratis folia interdum laxanda alui gratia in uscula, ac elysmata vsurpentur; flores tamen præsertim in eum vsim assumuntur, ex quibus infusum, & syrupus sicut etiam ex rosa confici consuevit. Atqui, quum Mes. hoc in loco purgatricem vim huius flori tribuat; sunt tamen qui id scribi temere arbitrentur, neque enim purgandi, vel lenem habere facultatem. Quorum opinioni an subscribendum sit, consulenda est experientia. Illud Capellus affirmat, multifolia illius Bizantina recentem florem unum, aut alterum prima mensa sumptum aluum subducere iustar recentis rose. Sed nobis, & multis alijs observatum fuit non semel exhibitum, & serapio ex nostratibus violis solutio nuncupato ad uncias quinque, & infusione sola eodem pondere propinata, subsequatam biliosorum excrementorum deiectionem quomodo lenem, quæcumque id visum sit, seu superfluo viola humore, seu acredine quæm satis igneam deprehendens gustatu; seu occulta vi, quam & humiditas, & acrimonia adiungunt. Mirandum ergo non erit de Mesue, cui & experientia nonnunquam (si non perpetuum est ut viola purget) & auctoritas serapionis, & Auic. assipulatur. Quid autem Brasavolus in huius gratiam, solutionem pro lenitione assumi hoc in loco velit; ex ipsius Mesue verbis refutari videtur, qui humiditas violas lenire, siccas vero soluere non semel in hoc capite scribit, diuersam à lenitione solutionem significans. An vero sicca viola, ut Mesues velle videtur, soluendo aluum deiciant; nobis incertum est, neque qui hoc observavit, scimus, rationi certe consentaneum videtur, si acrimonia in purgando inuat, ut superflua dempta humiditate, quæ hebetare illam solet, & accedente siccitate, quæ caloris est lima, & ipsa propterea acrimonia maiori reddita, maior etiam solutio sequatur, an rationi tamen huic subscribat experientia, ipsi ignoramus, at persuademur ratione, neque putamus Auic. aut Mes. unquam scripturos violas siccas soluendo expurgare, nisi id vsu observasset, quæ res si apud nos obscurior est, fieri potest, ut ex soli, aut cæli veritate eueniat.

Et ipsa quidem est infrigidatua, narcotica, &c.] Brasavolus legisse ait in antiquissimo codice non [narcotica] sed [optima] [codices tamen omnes, quos nos vidimus etiam vetusti, narcotica legunt. Et profecto violæ, quum humiditate sua, & frigiditate somnum concilient, atque adeo sensus obligent; stupefacere, quodammodo videntur: non tamen proprie stupefaciunt, si proprie loquaris. Narcoticam ergo vocari violam, si Mesue putarim, non quod vere stupefaciorem velit, ut Manar. credit, non quod anodyniam intelligat, ut alij, qui interpretem lapsum exstant, anodyna enim frigida non sunt, atque humida, sed temperato calore, & humore constant: verum narcoticam dici violam crediderim per similitudinem ad ea, quæ vere stupefaciunt, nempe, quod hæc, ut diximus, dum somnum facit incrassatis sua frigiditate, & humiditate in cerebro vaporibus, sensus veluti obliget, & stuporem inducat.

Et faciunt trochiscos, & vigorant cum hoc operationem earum, &c.] Trochisci (autem quidam) de violis absque scammonio pituitam educunt, ex quo facile colligitur violas corrigere turbiti præuatatem, non contra ab eo violarum vim auzeri. Sed his qui ita Mesue

fuen

DE SIMPLICIBVS

Men accusant, aduertisse primum oportebat, quid vtiij ipsi turbith uesser, quod emendatione indigeret; deinde vero etiam experientia diligenter attendenda. Experientia prof. lto trochiscis absque scammonia exhibitis docet non tam pituita copiam educi, quam bilis etiam portionem. Vitium, vero in ipso turbith triplex ab auctore nostro notatur, quod tarde agat, quod ventriculum offendat, & nauseam excitet, quod corpori siccitatem inducat. Constat autem turbith actionem violis non accelerari, quae imbecilles sunt soluendo; in hunc autem usum acris, & quae tenuium sunt partium desiderantur, quae, Zingiber est, easdem violas ventriculi noxam querere posse non video, nisi forte refrigerando; quod tamen quum, & ipse partes aliquas acres habeant; prestare satis non possunt; egetque restrictione, & grato odore ventriculus, quae duo ex violis non assequimur. Forte autem siccitatem emendari dixeris. Sed si primo ordine humida est, hoc etiam ipsum tam imbecilliter prestabit, ut vel oleum amygdalinum, vel quid aliud eius generis praeter violas satius sit commiscere. Arbitrandum ergo, quod hic auctor scribit, turbith corroborare violarum actionem, non contra ipsum violis castigari.

ABSINTHIUM.



De Absinthio. Cap. XII.

ANT.

Absinthium multiplex est. † Sed illud quod intendimus, nunc est absinthium Romanum.

ELECTIO. melius est, quod est remotum ab odore maris. Et quod oritur in terris liberis, & habet folia alba, lenia, & plana, asperum vero est malum. Et melius tempus collectionis est ver, & operationis succi ipsius simili-

liter, similiter aqua eius. Et melius tempus collectionis florum est principium aestatis.

COMPLEXIO, & proprietates. Calidum est in primo, & siccum in secundo; & succus eius: flos eius est calidior accedens ad secundum, est autem absinthium compositum ex substantia calida dante amaritudinem, & nitrositatem: & faciente ipsum aperitiuum oppilationum, & solutiuum naturae; & ex substantia terrea styptica, per quam acquiritur ei, ut sit membrorum confortatiuum, & partium laxarum aggregatiuum. Sed stypticitas, quidem plus est amaritudine sua, & adhuc est plus in eo, quod est exiccatum. Sed substantia calida magis est in superficie dominans, propter quod iua prima operatio, qua obuiat corpori, est super vestigia caliditatis, quae sciuiti. Et secunda sua operatio est vestigia ex substantia styptica prodeuntia imprimere, & dixerunt quidam, quod educit per ventrem comprimendo: & recesserunt.

RECTIFICATIO. Non est in eo nocuum mentum apprensens. Succus tamen eius nocet stomacho propter bauracitatem suam. Et est debilis solutionis. Et ex rebus adiungendis ei meliorantibus illud est rosa. Et ex vigorantibus eius operationem est fumus terrae, & aqua casei; & spica addit ei bonitatis notas, & passulae enucleatae emendantur conditiones eius.

MODVS operationis iucci eius. Exprime succi eius quantum vis, & proprie in medio veris, & purifica illud secundum modos notos, & fac siccare in sole, vel cinere calido in vase vitreato, sicut siccat aloe. † Aqua autem sublimationis eius sit sicut aqua rosata, & similia, quae sunt in vasis sublimationum. Absinthium autem sustinet de decoctione medioeriter.

POSSE. † Solutione educit choleram a stomacho, & intestinis, & hepate. Et extenditur operatio eius ad venas, & mundificat eas ab humore cholericis, & aquoso, & interdum educit ipsum per viam vrinæ. † Et dixit Auenzoar. Solutione etiam phlegma educit. Et dixerunt alij, non imprimat operationem in phlegmate, de qua sit curandum, & est quasi verius. Absinthium quoque praeseruat a putrefactione, & proprie potus infusionis eius in vino, aut decoctionis singulis diebus circiter drach. 1, aut 2. & aquae sublimationis eius similiter. Et prohibet pannos a tineis, & vermibus. Et confert iuuamentum magnum contritioni, & contusioni membrorum, & proprie cum melle, aut calefactum cum vino, & pauco cymino. et si in vino, aut aqua decoctionis eius, & radicem cucumeris asinini infundatur spogia, & exprimatur, & ligetur comprimendo super tempora, confert hemicraniam; & oleum ex eis factum similiter. Et vaporatur auris ex aqua decoctionis eius, aut vino, & confert dolori auris, & tinnitui, & surditati. Et cum abluitoros cum aceto decoctionis eius remouet fetorem oris a putrefactione gingiuarum, & partium eius, & vinum decoctionis eius, & corticum citri, & aqua sublimationis ipsius confert fetori oris propter rem putridam, quae est in stomacho. Succus autem eius cum nucleis persici interficit vermes in aure. Ex absinthio quoque & fumo-

S
A
C
D
I
M
H
T
C
E

moterræ, & passulis sine interioribus, & myrobalanis citrinis, sit potio bona ad pruritus, & scabiem. Ipsum quoque stomachum, & hepar corroborat. Appetitum mortuum excitat, oppilationes aperit, & morbos oppilationum curat, sicut icteritia, & hydropisis. Vermes interficit, & educit, & proprie electarium factum ex eo in hunc modum. Accipe absinthij drach. 2. euphorbij drach. 1. & s. cornu ceruini adusti drach. 5. mellis quântum sufficit. Confert etiam absinthium iuuamentum magnum febribus longi temporis, & febribus oppilationum.

DOSIS quoque ipsius decocti, aut infusi, potio est ab vnc. 5. vsque ad 8. & pulueris eius à drac. 2. vsque ad 3. & succi à drac. 3. vsque ad 4.

De Absinthio. Cap. XII.

SYLV.
Absinthium
gentium seu
Cappadocum
Diosc. & Ga-
leno dicitur
Mesue Roma-
num, ut in no-
stris semp. pre-
baumur.
Tertio Gal.
Chilagrem.
ut Diosc. etia
& Galen. tri-
buunt.

Absinthium cum sit multiplex, Roma- num eligimus, folijs albis, leuibus, & planis, non asperis, odore iucundo, absinthium marinum nihil imitante, lectum in terra libera, calidum ordine primo, sicum ꝑ secundo, in quoto etiam calet flos. Constat substantia duplici, vna calida amara, nitrosa, purgante, obstructa liberante, altera terrea styptica, partes cozendo roborate, largiore præsertim siccaturum. Cum autem substantia eius calida sit superficialia, vbi sumptum est absinthium, ab ea prior sit actio, a terrea styptica posterior, per quam comprimendo ventrem soluere nonnulli male sunt opinati. Bilem enim flauam, & aquas à ventriculo, intestinis, hepate, venis, vacuat etiam interdum per vrinas. Pituitam vero aut non vacuat, aut maxime paucam, licet phlegma gogum quoque ipsum Auenzoar cõluerit, Absinthium à putredine vindicat, præcipue potu quotidiano vnciæ vnus, vel duarum, vini, aut aquæ, cui infusum, vel incoctum fuerit, vel aquæ ex eo sublimata. Siccum idem pannis interpositum à tineis, & vermib. vindicat, & tutos reddit. Partibus attritis, aut contusis, præcipue cū melle aut vino, & pauco cymino calfactum, & appositū mire confert. Si vino item, aut aqua, aut oleo, cui absinthium, & radix cucumeris agrestis incocta fuerint, spongia mersa, & expressa tēporibus alligatur, hemigraniam sanat. Auris quoque suffita vino, aut aqua, cui incoctum sit absinthium, dolore, tinnitu, surditate liberatur. Acetum item aut vinum, cui incoctū sit absinthium cum cortice citri, oris fetorem à gingiuarum, & dentium, vel materiaram in ventriculo putredine emendat. Idem præstat aqua eius destillata. Succus absinthij cū nucleis persicorum, vermes aurium, & aliarū partium enecat, & educit, sed maxime hoc electario lūbricos enecat, absinthij vnc. 2. euphorbij drach. 1. & dimidia, cornu cerui vsti. vnc. dimidia, mellis quantum sufficit. Ex absinthio, fumaria, passis vuis purgatis, myrobalanis citreis, potio sit cōmoda contra pruritus, & scabiem. Absinthium ventriculum, & hepar roborat, appetentiam excitat, obstructions tollit, & inde natos affectus, vt icterum, hydropem, febribus putridis etiam diuturnis confert. Absinthium innocenter sumitur, succo tamen lædit ventriculum ob nitrosam saporem. Quia

Capitis dicitur
sua Diosc.

A autem inbecilliter soluit, rosæ, fumaria, serum lactis, spica, vix passæ purgatæ, illi miscentur, vt melius, & tutius purget. Colligitur vere, & succus ex eo, vere medio præsertim, extractus, sole, vel calidis cineribus in vase vitreo siccatur, vt aloë. aqua ex eo vt rosæ, & alijs sublimando destillatur eodem vere, flos vero æstatis principio legendus mediocrem sustinet decoctionem. Absinthij decoctum, vel infusum bibitur ab vnc. 5. ad vnc. 8. succus à drach. 3. ad drach. 4. puluis à drach. 2. ad drach. 3.

Destillanda
calere vapores
aqua feruentis
vt odorem. Sa-
porem vires re-
tinet. nō ignis
primo. 3

De Absinthio.

Dioscorides, Plinius, Galenus inter purgatoria me- dicamina numerauerunt. **S E D** illud quod intendimus nunc, est absinthium Romanum. Nescio vbi somniauerint Arabes absinthium hoc Romanum. Dioscorides, Plin. Gal. laudat Ponticum, quod flore, & folio minore, quàm cætera dicit Gal. 2. curat. meth. odoreque non modo non insuauis, verum aromaticum quid præ se ferente. Tale ego in Pannonia, & vidi, & gustavi. Cappadociū etiam Dioscorides, Romanum ne nominauit quidem. **SICCV M** in secundo. In tertio dicit Galen. **S V C C V S** nocet stomacho. Adde ex Diosc. quod dolorem facit capitis: & ex Pli. quod decoctum est stomacho saluberrimum, et ex eodem Diosc. quod valet ad inflationes, stomachique ac ventris dolores, si cum seseli bibatur: et q. crapulæ resistit, et menses citat. **SOLVTIONE** educit choleram. Educit biliosa stomacho, et ventri in- hærentia, Dioscoride teste. **E T** dixit Auenzoar. solutione est phlegma educit. Hoc aperte negauit Gal.

M A N A.

E T aq. sublimationis eius. Si hæc aqua cõi mō fuerit parata, exiguas certe vires habebit. Nos autem scimus, et alibi docuimus modum eliciendi aquam, quæ odorem, et saporem eius retinet, et cum his, vt consentaneum rationi est, etiam aliàs vires.

P O T V S infusionis. Curat est inappetentiã, atq; arquatam morbum. vt scribit Diosc. et thoracem purgat cum iride. Seminis drac. sex dabant antiqui, cum marinæ aquæ sextario, purgationis gratia, scdm Plin.

Semen drach. sex cum marinæ aquæ sextario purgationis gratia antiquos dedisse, testatur Plin. Dioscorides. thoracem purgat cum iride, et icterū, inappetentiãque sanat.

SYLV.

De absinthio Italico verba facit Plin. lib. 27. de quo Mesuen, & Auic. intellexisse verisimile est, quum de Romano meminissent. Eiusdem generis est Ponticum si diligenter conseras, sed Italico magnitudine, crassitudine, odore, & sapore etiam ipso inferior, quamuis Plin. Italico Ponticum esse amarum scribat. Illud certum est Mesuen non de Seripio, non de Santonio, sed de tertio absinthio, quod & Pontus, & Italia ferre solet, verba **D**facere. propterea minimi nobis momenti videtur, quod Manard. multi estimat, quod scilicet Mesues, atque Auic. Romanū absinthium præponant, Dioscoride, Plinio, & Gal. Ponticum, & Cappadox præferentibus. Hic certe de absinthio agit, quod Italia frequentius est: quale & Romanum est, tale autem est & Ponticum, sed ob minorem amaritudinem, & odoris grauitatē ventriculo gratius, quā Italicum: quare & à Diosc. Gal. & Pli. probatur magis. Soluente tamen vi, quia Italicū præualet, quod est amarum est, propterea Romanū à Mesue hoc in loco pponi par fuit, vbi de soluentibus agit medicamentis.

C O S T.

Calidū est in primo, & siccum in secundo, & c. Galenus siccum facit in tertio, vt est Manard. scribit: q. sententiã Auic. 2. Can. magis probare videtur. Sed quū affines sint secundi gradus finis, et initium tertij: non est difficile, Mesue. G eile,

DE SIMPLICIBVS.

eile, & hanc litteram dirimere, vt alias huius generis E supra.

Et extenditur operatio eius ad Venas, &c.] Si absinthium per vrinam vias bilioso, & seroso humore sanguinem expurgare, & hydropem etiam curare potest, vt vsus docet; mirandum profecto non est, si hic auctor ad Venas eius vim extendi affirmat; mirandum vero de illis videtur, qui à Venis, ad vrinam quidem vias, non tamen ad intestina, biliosum, & serosum humorem trahi admittunt, quum tamen attracta ad eandem venam excrementa non multo difficilius ad intestina, quam ad renes reijci possint, alioqui vero, quod ob multam, quæ absinthio inest astringentem, & exiguam caliditatem suspicantur hoc ipsum haud omnino esse verum; nobis negotium non facit, qui sine succo exhibeatur, siue decoctum, defacari antea, quam exhibeatur à terrestribus partibus, quibus insidet amaritudo, vtrunque scimus, & ab ea quantacumque est, astringente, expurgationem nihilominus per vrinam non morari obseruamus.

Et dixit Auenzoar, solutione est phlegma educit, &c.] Quum Auenzoar pituitam trahi absinthio velit, et Galenus quoque 7. Method. tenues quoscunque humores os ventriculi affluentes expurgari absinthio scribat, fatari videtur pituitam quoque tenuem expurgari. Contra tamen & Gal. 5. simpl. med. vbi de absinthio agit, astringentis gratia, quæ in eo amaritudinem præpoller, ipsum nihil adiuuare ad pituitam ex ventriculo eliciendam scribit. Ita & Mesues recitata hic Auenzoaris sententia, aliquos subiungit velle absinthium in pituitam non valere, quos ipse magis commendat. Verum paucis, Gal. 5. simpl. non ex ventriculo expurgari pituitam negat, sed ex ventre, id est ex in intestinis. alioqui certe extorsionem absinthij vim amaritudinis summe coniunctam, non tam parua via hebetari putandum est.

S T O E C H A S.



De Stechade. Cap. XIII.

ANT.

Stechas, quod medici laudant, est stechas Arabicum, & est planta foliorum subtilium oblongorum habens stipitem subtilem, cineritium, cuius eleuatio super terram est in mensura cubiti; & habet flores assemilantes spicis filiginum, sed sunt breuiores, sine semine.

ELECTIO. Melius est Arabicum. & melior pars plantæ eius est flos. post hunc folia.

COMPLEXIO, & proprietates. Calidum est in primo, & siccum in secundo. Et est compositum ex partibus terreis frigidis dantibus ei stypticam paucam, & ex partibus igneis subtilibus, à quibus insunt ei acuitas, & amaritudo: sed acuitas plus est amaritudine sua, & amaritudo plus est stypticitate ipsius: propter quod est subtiliatium, resolutiuum, aperitiuum oppilationum, absterfium, & naturæ solutiuum, & est præseruatiuum, à putrefactione prohibens, & est ex parte stypticitatis pauce in eo confortatiuum cordis, & cerebri, & neruorum, & viscerum: & hoc est esse, & proprietates eius.

RECTIFICATIO. Prohibendum est habentibus choleram in stomacho. Conturbat enim eos inducens sitim, & vomitum, & æstuationem laboriosam. Noceat etiam calidam, & siccam complexionem habentibus, & qui sunt in potestate cholerae. ipsum quoque est ex debilitate soluentibus, propter quod recte miscendum est ei sâlgemma, & myrobalani nigri eum eo, aut chebuli, magnificant enim operationem eius. Et similiter scilla, & propriæ in ægrotudinibus capitis. Et in vsum quidem in aqua casei melioratur in conditionibus suis. Et pussule sine interioribus suis sunt ex his similiter, quæ emendant. Similiter sal, & sal gema rectificat illud, & proprie ad omnem partem eius sextuplū ipsius, & succus pomorum dulcium in decoctionibus eius verificat illud, & fit ex eo, & pauca spica, & oleo veteri oleum bonum, iuuamenti noti, & flores quidem eius decoctionem parum sustinent, plus quoque folia.

POSSE. Solutione educit choleram nigrā, & phlegma, mundificat cerebrum, & neruos, & membra sensuum, & confortat ea, & confert iuuamentum magnum ægrotudinibus frigidis in ipsius secūdam omnem modum vsus eius, siue in potibus, siue in fomētis, & lauacris: & oleum ipsius confortat cerebrum, & neruos, & calefacit eos, & viuificat, & in medicinis stechados, si iungatur scilla, vel acetum eius, est medicina bona epilepsia, & vertigini. Et cum lapide lazuli, aut sale Indo, aut alijs valentibus ad eam, cōfert melancholia, & ægrotudinibus timoris, & miscetur ei buglossa, & succus eius, & aut succus pomorum dulcium ad ægrotudines cordis melancholicas: & vaporatio decoctionis eius aperit oppilationes narium, & est medicina bona oppilationibus splenis, & hepatis, & viscerum: & est sedatiuum dolorum, qui sunt in neruis, & instrumentis iuncturarum, & laceratorum.

SYI
et
stach
ad ma
Graci
tasani
temen
vicia
vni
vterq
filla
miseri
fira
& ruy
quom
victat
victat
filla
spim
Galen

MAN

torum secundum omnem modum administrationis eius, & confortat interiora omnia, quæ à frigiditate sunt læsa, & proprie materiali, & prohibet à putrefactione. Et ipsius syrupus, & alij modi administrationis eius sunt medicina bona quartana, & febribus longi temporis, & proprie phlegmatis.

D O S I S. Decoctionis eius potio est ab vnc. 5. vsque ad 7. & pulueris eius à drach. 3. vsque ad 5.

De Stœchade. Cap. XIII.

SYLV. **S** Tœchas laudatior Arabica, est herba folijs tenuibus, oblongis, stipite gracili, cernericio, cubitali, flore spicarum filiginis æmulo, breuiore, sine femine, calida recessu primo, sicca secundo; duabus constans substantijs, vna terrea, frigida, styptica, & ea pauca; altera ignea, tenui, modice amara, acri multum, tenuat, terget, purgat, resoluit; aperit hepatis, & lienis, & aliorum viscerum obstructas; putredinem prohibet, omnes internas partium intemperies, præsertim cum materia, corrigit, cerebrum, nervos, cor, & alia viscera, partelque omnes internas vi pauca adstringente roborat. Purgat autem bilem atram, & pituitam eiam ex cerebro, neruis, & sensuum instrumentis, easq; partes roborat, omnibus frigidis affectibus est salubre, fotu, lauacro, potu. Oleum quoque stœchados cerebrum, & nervos calcaciendo, ceu vitam illis restituit. Sumpta stœchas cum scilla, vel aceto scillite, epilepsia, & vertiginem iuuat cum lapide Cyaneo, aut sale Indo, aut alijs valētibus, confert melancholicis affectibus, quibus timor, & meror comes adest. Cum succo autē buglossi, aut pomorum dulcium, affectus cordis melancholicos iuuat: dolorem neruorum, iuncturarum, musculorum sedat, quouis modo adhibita, suffitu narium obstructionem expedit. Syrupo, vel alia forma stœchas sumpta, quartanis, & reliquis diuturnis febribus, præsertim pituitosis succurrit. Calidis, siccis, biliosis, præsertim quibus multa bilis flaua in ventriculo redundat, est noxia, quia turbat ventriculum, & sitim, vomitum, ardorem molestum excitat. Quia imbecilliter purgat, ipsi additur pars sexta salis, & salis gemmæ, additur & myrobalanus nigra, aut cepula, vt valētior eius fiat actio, & scilla, præcipue in capitis affectibus, item in sero lactis macerata, vel cocta, sit potentior: cum vnus autem passis purgatis succo pomorum dulcium cocta, innocentior. Oleum vetus cum stœchade, & pauca spica factum, est efficax. Pars stœchados potior est flos, paucam decoctionem sustinens longiore rem vero, eius folia floribus ignobiliora. Potatur stœchados decoctum ab vnc. 5. ad vnc. 7. puluis autem à drach. 3. ad drach. 5.

De Stœchade.

MANA. Stœchas græco dicitur, nec inter purgantes medicinas ab ea gente computatur: quod Auic. quoq; confirmauit. **STICHADOS** Arabicum. Non Arabicum, sed potius Gallicum: nam teste Diosc. et Pli-

nio in insula eiusdem nominis generatur: quæ Massiliae opposita est. Et est planta foliorum subulium. Nō foliorum subulium ait Diosc. sed lepto carphō, quasi dixeris, tenuium festucarum. Hermoiaus circulas interpretatur, longiorum foliorum, comamque habere Thymi Plinius hyssopi, et odoratam, eiusq; decoctum facere ad thoracis passiones, sicuti hyssopus, tenuare quoque, et abstergere. Plinius leuare peccoris dolores, menses ciere, et antidotis misceri. Galenus viscera omnia roborare, et vniuersi corporis habitum atque obstructiones apertire.

C Vm Stœchas non in Stœchadibus tantum insulis, **COST.** ut putat Pli. lib. 28. sed in Italia, & Arabia quoque, & alibi nascatur; de Arabia tantum verba facit Mesues, qua notior illi fuit. Hac, quæ ipsa etiam Gallica, si recte aduerteris, excellentior est, non perperam vtuntur nostri medici, quamuis Dioscor. Gallicam præsertim probet, cui scilicet Arabica ignota fuerit. An aut. nō soluendi vires stœchas habeat; quia neque Græci id aduertere, neque dei. Et oriam vllam in ea vim vsu deprehendimus, multi sunt qui ambigant. Sed quum & Anicea, & Mes. educi pituitosum, & melancholicum humorem testentur; ego profecto non omnia experientia huic quotidiana tribuendum contendeuim: crediderim potius, sicuti in rosa planè consp. cimus, stœchadi Arabici: (scu hac speciei, seu soli tantum ratione expurget, quod hic non disero) non nisi recentis, seu recentis exsiccata purgatricem inesse facultatem: quare quia ipsam ex Arabibus non nisi inueteratam habemus, nos quoque expectato euentu frustratur. Porro in stœchadis historia, quod Mesues foliorum esse tenuium dicat; Dioscorides vero festucarum, seu vt Ruellius interpretatur, furculorum tenuium; nulla controuersia est, sed utrunque veritati planè consentit.

De Fumoterræ. Cap. XIII.

F Vmuterræ est ex medicinis benedictis. **ANT.** rum exuberantia eius exemit eum a numero medicinarum preciosarum. Est enim cum hoc, quod est solutiuis, naturæ confortatiuis, & est coadunatiuis partium laxarum, & præparatiuis. nec est in eo nocumentum apparens. & est ex eo alius, cuius flos est subalbidus, cineritius, & alius, cuius color est pallens, violaceus.

E L E C T I O. Melior est cuius herba est viridis tenera, & cuius folia sunt plana, & tenera, & cuius flos est subviolaceus. Crispus vero non est bonus. Et melius tempus collectionis herbæ eius, & operationis succi ipsius est principium veris, & seminis eius, ipsius finis.

C O M P L E X I O, & proprietates. † Dixerunt quidam quod est frigidus, & dixerunt quidam aliud. Sed secundum veritatem declinat modicum ad latus caliditatis, quia virtus calida in eo, licet sit minor frigiditate ipsius, tamen est in superficie dominans. Et est siccus in secundo. Et semen eius calidum est. Inest enim à substantia calida in ipso amaritudo, & acuitas pauca, quare factus est subtiliatiuis, & penetratiuis, & aperitiuis oppilationum, & solutiuis naturæ, & à substantia frigida stypticitas, aggregatio, & confortatio. Sed stypticitas est plus amaritudine sua; propter quod magnificata est operatio sua parum egens externis solutiuis, simul factus & confortatiuis.

Mesua. G ij RECTI-

DE SIMPLICIBVS

RECTIFICATIO. Non est in eo nocentū manifestū: sed vigorari indiget in operatione sua, & ex rebus hoc faciētibus sunt myrobalani, & sene, & aqua casei, & ex emendantibus operationem eius sunt Kalmes, & passule sine interioribus, & melcarū. Operatio autem succi eius est, sicut diximus de succo absinthij, Et impleantur ex succo eius vasa vitreata cum super instillatione olei, conseruatur tempore extenso ad vsus vbi oportet.

POSSE. Solationem facit facilem, & educit choleram, & humores adustos, & virtus eius extenditur ad venas, & mundificat sanguinem, & clarificat ipsum. Et est medicina solennis secundum omnem modum administrationis eius ægritudinibus, & infectionibus cholerae, & humoris adusti, sicut est lepra, pruritus, & scabies, & impetigo, serpigo, & similia. Et est similiter medicina bona oppilationū omnium, & ægritudinum, quorum mater est oppilatio. Et confortat stomachum, & hepar, & viscera, & coadunat partes, à quibus aduenit mollificatio. † Confert etiam febribus cholericis, & febribus oppilationum.

DOSIS. † Potio succi ipsius ab vnc. 5. vsq; ad 2. & decoctionis eius ab vnc. 10. vsque ad 15. & pulueris eius ab drach. 3. vsque ad 5.

F V M A R I A.



De Fumaria. Cap. XIII.

SYLV. Fumaria in superficie calida est, in profundo frigidior, non absolute frigida cum quibusdam, sicca ordine secundo. Ab illa autem substantia calida (quæ semini maior inest) est amara, & sabacris, purgatoria,

attenuans, penetrās, obstruēta aperiens. A frigida autem styptica cōstringendo, ventriculum, hepar, & cætera viscera laxiora, & molliora roborat. Quapropter ad actionem nullo externo eget auxilio, cum per se purget, ac roboret. Purgat vero bilem, & vstos humores, etiam ex venis: clarum ob id, & purum sanguinem efficit, ob id mire prodest morbis omnibus hos humores sequentibus, lepræ, scabiei, pruritus, impetigini, serpigini, & similibus cutis vitijs. Quia nē obstruēta liberat, morbos omnes inde natos sanat, vt febres biliosas putridas. Herba est innocens: quia tamen magna vbique copia luxuriat, vilescit. Flore est nunc subalbo, cinericio nunc, nunc pallido, violaceo. Optima est viridis, tenera, folijs teneris, planis, non crispis, flore subviolaceo. Herba & succus eius initio veris sunt efficacissima, semen veris exitu. Quoniam vero imbecillus purgat, fortior euadet cum myrobalanis, tenna, tero lactis, passis vuis semine carentibus, melle ex his passis. Succus extrahitur vt succus absinthij, in vase vitreo diu seruari potest oleo superfluo: succus datur ab vnc. 5. ad vnc. 2. puluis à drach. 3. ad drach. 5. decoctum ab vncijs 10. ad vncias 15.

De Fumo terre.

Capnion Græci vocant, Latini fumarium Lenire ventrem tradit Gal. experimento cuiusdam idiotæ siccum subductionis gratia cum melicrato exhibētis DIXERVNT quidā quod est frigidum. Auicenna frigidum facit in primo ordine, & siccum in secundo. Galenus videtur fecisse calidum, acri simul & amara dicens participare qualitate nec carere acerba, qui loquendi modus, vincere in eo caliditatem demonstrat. ET ducit choleram. Dioscorides, & Galenus per urinam. Plinius absolute dixit, quod detrahit bilem. CONFERT etiam febribus. Aetius dari tuto ait etiam his, qui februnt. Prætermisit autem Mesue præcipuas eius vires, à quibus & nomen accepit, quod lachrymas, scilicet instar fumi educit, visum acuit, renasci euulsas palpebras prohibet vt Dioscor. Plin. Galenusque testantur. POTIO succi est ab vncia media ad duas. Vix puto esse tam mollem ventrem, qui ea quantitate leniatur. Auicenna vsq; ad vncias octo præbet. Multos ego noui qui Auicennæ etiam modum longe excedunt.

Fumaria quum ex oculis lachrymas eliciat, & ipsis claritatem conciliet, ex eo capni apud Græcos nomen traxit: non meminit tamen Mesues de hac re, forte quod sabeteregi, qua vox Auicennæ planta huius est nomen, non eam habet Arabicæ denominationem ex sumo, quam Græce, & Latine. Adde etiam, id quod ex humilis locis confirmari potest, non legisse hunc Dioscor. historiam, nisi forte admodum deprauatam. At vero de temperamento fumarium non satis consentire inter se primarij medici videntur. Galenus lib. de simpl. med. fac. eam acri simul & amara participare qualitate scribit, non tamen carere acerba, quibus verbis (vt Maillard. quoque aduertit) quia acridinem, & amaritudinem acerbitati præualere innuit, præferre etiam caliditatem frigiditati videtur. Galeno assentiri, & Mesues videtur, dicens fumarium secundum veritatem, declinare ad latus caliditatis. Contra tamen Auicenn. 2. Canon. in primo ordine frigidorum hanc ponit; astipularique Auicennæ, hic quoque author videtur paulo post subiungens. Etiam in ea, præualere amaritudinis: certum autem est, frigiditatem succedere frigiditati.

Amara & acris, purgatoria len. Cholerae & Plin. vntis Diosc. & Gal. len. Cap. 1.

MANA

COST.

zati, amaritudinem calori, Galeni sententia: quare dis- A
sentire hunc etiam à Galeno dixeris praeferente acridinem, & amaritudinem acerbitati. Caterum si recte hac perpendamus, nulla forte est inter hos controuersia. Galenus quum sumariam acvi, & amara qualitate participare, nec plane carere acerba scribit, non tamen praeualere alteram qualitatem alteri affirmat, ut Manard. putat. proptereaque non statuit plantam hanc inter calidas esse reponendam. Mesues quoque, quum ait declinare ad latus caliditatis, non praeualere tamen calorem frigiditati existimat: immo statim subiungens virtutem calidam in ea esse minorem frigiditate, inter frigida reponit: habere tamen partes calidas, atque eas in superficie, fatetur. Neque etiam quod Mesues acerbitatem praeferat amaritudini, Galeno aduersatur: quando, ut dictum est, Galenus inesse quidem tres eas facultates sumaria testatur, acridinem, amaritudinem, acerbitatem: sed nullam tamen alij praeponit. B
Potio succi ipsius ab vnc. 5. vsque ad 2. &c. Quum codices omnes ita habeant, meo periculo affirmari sumendas eas esse notas [5. & 2.] pro quinque, & vndecim, ut arithmetice, quibus vulgo utimur, significat, alioqui, quum Auicenna ad libram dimidiam exhibeat: & maiorem etiam recentis copiam sumi posse quotidiano vsu experiamur, infirma esset proposita à Mesue mensura, si à sententia ad duas uncias propinaueris, quod etiam Manardus animaduertit. Sed & ubi ait. [& pulueris eius est à drach. 3. vsque ad 5.] mendum adesse suspicauer, ponendasque pro 3. id est drach. 3. hoc est uncias, ut noster manuscriptus codex habet: nisi tantam pulueris copiam nimiam esse animaduertirem, & quae deuorari facile purgationis vnius gratia non posset.

EUPATORIVM.



De Eupatorio. Cap. XV.

EVpatorium est herba longitudinis cubi- ANT.
ti, amaritudinis multae, cuius folia sunt sicut centaureae minoris, viridia, sed sunt aspera, & incisae, & stipites eius est subtilis, & quando exiccatur citrinescit. Et eleuantur super eum flores, qui sunt sicut subcitrini, longitudinis paucae. Et sunt quidam qui dixerunt, quod eupatorium est herba pulicum, in qua est viscositas adhaerens.

ELECTIO. Melius tempus collectionis eius est finis veris, & operationis succi eius similiter.

COMPLEXIO, & proprietates. Calidum est in primo gradu, & siccum in secundo: & est compositum ex subtilia calida subtili: quare est subtiliatium, incisuum, absteruuum, mundificatium, & praeferuatium à putrefactione, & resolutium conueniens sine attractione: & ex partibus terreis. quare est in ipso de stypticitate aliquid, propter quod est confortatium, et coadunatium.

RECTIFICATIO. Debilis est solutionis, sed confortatur virtus eius cum aqua caeci. Et modus operationis succi eius est sicut diximus de absinthio.

POSSE. Solutione educit choleram, & phlegma facile. Et confortat stomachum, hepar, & viscera, & confert doloribus eorum. Et est medicina solennis oppilationum omnium, & aegritudinum ab ea factarum. Febris autem longi temporis mire subuenit.

DOSES. Decoctionis eius potio est ab vnc. 4. vsque ad 6. & pulueris eius ab drach. 2. vsque ad 3. Loco eius ponitur in defectu ipsius, absinthij, & asari. ana medietas ponderis ipsius.

De Eupatorio. Cap. XV.

EVpatorium herba est cubitalis, eximia SYLV.
amaritudinis, folijs centaurij parui, viridibus, asperis, incisiss, caule tenui, quae siccata flauescit, floribus subluteis oblongis. Quibusdam herba pulicum dicta, ob lentorem ei adhaerentem, calida est gradu primo, sicca secundo: duplici quoque constans substantia, calida, tenui, qua bilem, & pituitam facile purgat, tenuat, incidit, terget, expurgat, putredinem prohibet, resoluit sine attractione, obstructions tollit, & morbos ab his natos sanat, febribus diuturnis mire subuenit. altera est terrea adstringens, qua ventriculum, hepar, & caetera viscera cogendo roborat. Cum sero lactis efficacius purgat, per se enim est imbecillium. Herba colligitur, succus exprimitur, ut ex absinthio sine veris. Decoctum eius datur ab vnc. quatuor ad vnc. 6. puluis à drach. 2. ad drach. tres. Eius penuria, absinthij, & asari. ana pondus dimidium.

De Eupatorio.

Non facile fuerit diuinare, quamnam herbam hoc MANA.
loco pingat: vera enim Eupatorium à Diosc. & Mesue. G iij Minio

DE SIMPLICIBVS

Plinio descripta, tantum ab hac differt, quantum centaurij tenuis folia à cannabinis. CALIDVM est in primo) Obscurissimam esse eius caliditatem, scripsit Galen. & quod mundat absque calefactione. SOLVTIONE educit choleram.) Neminem legi (quod meminerim) vel Græcum, vel Arabem, purgandi vim huic herbæ adscribentem: immo de ea scripsit Dioscorid. cum vino potam valere dysenteriaz.

COST.

Eupatorium aliud à Mesue, aliud ab Auic. & Græcis describi satis constat. Quæ item plantæ pro eupatorio Mesue Auicem. & Græcorum sumantur, est omnibus cognitum, quare hæc non est, ut nos suscipimus. Illud potius explicatu dignum videtur, an eupatorium ab Auic. descriptum vere aliud sit ab eupatorio Dioscoridiz: an etiam Mesue eupatorium à Græcis sub aliquo nomine fuerit cognitum. Profecto quod aliud describitur ab Auic. aliud à Dioscor. consentiunt recentiores omnes, stipularique his videntur vtriusque plantæ ab utroque scriptore delineationes, quas certi si quis perpendat, non eiusdem esse rei dixerit. Videtur etiam Mesue eupatorium, id est herba Julia, quæ pro Mesue eupatorio ab omnibus suscipitur, Græcorum esse ageraton, sicuti collatione facta cum Diosc. in agerati historia conspicuum esse potest. Ita ergo de his sepe omnes nostri temporis sentiunt. Caterum sunt, & hæc diligenter singula perpendenda, ne errandi ansam alicui præbeant. Primum autem non caret suspitione, quod possim pro certo habetur, describi scilicet diuersa à Dioscor. & Auic. etenim si quis dotes à Dioscor. huic plantæ ascriptas perpendat; easdem ab Auicem. iisdem sepe verbis repetitas animaduertet. nempe, quum huius folia dicat Diosc. cum sullo adipe imposita vlcerebus mederi, quæ agre cicatricem trahunt, herbamque, ac semen in vino potum dysenteria, & iecinoris vitis liberare: Auicennas quoque parte altera liniri, aut cum adipe veteri super vlcera difficilis consolidationis, doloribusque, & oppilationibus iecoris, & accidentibus hydropis, & iecori conferre suum eupatorium scribit: prætereaque (quod & Dioscor.) vlcerebus intestinorum mederi cum vino epotum. Etsi vero plura alia Auic. adijcit, quam Dioscor. hoc tamen aliam plantam describi non probat, quum & Auic. & alij ad Dioscor. historiam sæpe adijciant. Quamuis item in delineanda planta mixtus consentire cum Dioscor. videatur; non omnino tamen discrepare dixeris, si recte aduerteris. Dioscorides tantum plura offert, & caulem, & folia, & semen suis notis sigillatim, ut solet distinguens: Auicenna vero in delineandis plantis semper breui, ac mutilo sat fuit, paucis eupatorium quodnam sit monstrasse. in eius vero assignandis dotibus, etiam Dioscor. diligentia, & ordine videtur superare. Quod autem, eupatorium Dioscoridis describat, ex eo innuit, quod folia ait habere cannabis, quod & Dioscor. Addit autem Auicem. esse ex herbis aromaticis, & florem eius esse sicut nemusar: ex quibus discrepare ipsum à Dioscorid. aliquis dixerit, quia is aromaticum odorem, aut florem suo non ascribat. Verum neque hic dissentit. Etsi enim antiquus interpret aromaticam esse herbam conuertit, Bellunenensis tamen diligenter, ex herbis pilosis, est interpretatus: quæ in re Dioscor. planè consentit caulem hirsutum suo eupatorio ascribenti. Quod vero de flore non meminerit Dioscor. maiorem Auicenna prædit diligentiam. constat enim agrimoniam luteo flore insigniri, quali etiam nymphæa lutea ab Auicem. sub nemusar nomine significata.

Hæc ergo quum ita se habeant (ac interim de Sevapione aliquid dicam, quem Auicem. semper emulatur, qui ipsissimam plantam Dioscor. iisdem prorsus notis describit, & easdem assignat facultates, quas etiam Auicem.) persuademur ipsi de eadem planta, & Dioscor. & Auicem. intellexisse, tametsi, vno excepto Anghillario viro nostra tempestate de herbaria re benemerito, secus velle ceteros omnes videamus: illam vero lætam, quæ pro Auic. eupatorio ostendi solet in iecoris affectibus probatissima, eiusdem Auicem. eupatorium non esse credendum est, quæ florem luteum non habeat, ut nemusar, neque folia cannabis multum similia. Quid autem Græcis scriptoribus sit hæc plantæ, tametsi Ruellius vir doctiss. hydropiper esse Dioscor. putat: nobis tamen satis consutari, illius opinio à Matthiolo videtur, neque quid apud Græcos fuerit, bætenus pro certo habemus. Caterum, ut ad alia nunc sermonem conuertamus, quid de eupatorio Mesue? si hoc à Diosc. & Auic. eupatorio differt, sit ne hoc Græcis medicis sub alio nomine cognitum? Sane diligentiores nostri temporis medici ageraton à Dioscor. descriptum esse Mesue eupatorium putant. Contra tamen, quia Dioscor. agerati folia non tenui centaurio, sed origano similia esse dicite, neque de odore meminit, qui in Mesue eupatorio est insignis, cum amaritudinem, & purgatricem vim suo agerato ascribit. quæ in Mesue eupatorio sunt: ad hæc etiam, quæ ageraton cure vrinam, & vlnæ durities mollire, & author est Dioscor. habetque hæc ipsa plantæ Galeni testimonio vim pblegmonas digerendi, & dissipandi, quas dotes de eupatorio Mesue non scripsit: ac præterea, quia nullum caloris, aut siccitatis gradum agerato ascripsit Galen. ut Mesue scilicet: ob hæc inquam, sunt ex recentioribus nonnulli, qui aliud ageraton, & Mesue eupatorium esse existiment. Hi tamen quam leui argumento à communi sententia discedant, non difficile est videre quod enim de folijs agerati obijciunt, hæc Dioscor. non ait esse origano similia, sed plantam ipsam, hoc est, ut ego existimo, caulem, ac ramos origano assimilat. Quod vero de odore, aut amarore non meminerit: hæc non est maiori dignum admiratione, quando & saporem, & odorem in multis alijs præterit Dioscor. ut videre passim licet. sicuti etiam purgandi vis, quæ huic plantæ inest, fieri potest, ut Græcis fuerit ignota, quæ admodum de rosa, & alijs multis euenit. Quod autem vrina cure, & vlnæ durities mollire, ut Dioscor. habereque discussoriam inflammationum vim, & t Galen. de agerato, non scripserit; non est admirandum. id in multis quoque alijs factum est à Mes. quod quidem cur euenierit, seu quod hic legitimam Dioscoridis historiam non viderit, quod maxime arbitror, seu quod eupator. suum Dioscor. esse ageraton ignorauerit, nunc non dissero. De temperamento vero, & qualitatum gradu, quod Mesue suum ipsi locum assignarit, Galen. de hac re nihil scribere, si quis differre propter hoc eupatorium Mesue ab agerato contendat; fateri tunc oportebit Gal. dormisse omnia, neque post ipsum inueniri, aut medicæ arti adijci quicquam posse: quæ res non tam posteris inuidiam, quam visum, meo quidem iudicio, excitabit. His ita pertractatis patere etiam existimo, primum quidem quid pro eupatorio. Auicenna, & Mesue deligi oporteat: falli equidem eos, qui in præscriptis ab Auic. compositis medicamentis aliud ab agrimonia, in Mesue autem formulis aliud à Iulia nūcupata assumunt, quod quum Cordus faciat in catapotijs aggregatum, & syrupo de eupatorio gratiolam pro eupatorio reponens, iure à Mattiolo reprehendi videtur, tum vero etiam constat, quid Manardo

AN

do respondere oporteat, Mesuem ob id carpenti, quia non easdem vires eupatorio ascribat, quas Dioscorid. Plin. & Galen. De diuersis etenim plantis si agitur, diuersa quoque facultates ascribi nullo errore possunt. Neque vero, quod quispiam forte obiecerit, propterea Mesues arguendus venit, quia eupatorii nomen prater consuetudinem aliorum, ad aegeraton transferat. quando etiam Marrubium Apulei testimonio eupatorium est nuncupatum: neque plura eodem nomine vocari in medica materia, noua est, aut insolens consuetudo.

De Epithymo. Cap. XVI.

ANT. **E** Pithimum est ex herbis super crescentibus alijs herbis, † & est simile cuscute. Plāta autem quibus super excreuit sunt alKil, † & alhaice, & quaedam species origani. † Eius autem aliud est Cretense, & aliud est Syrium.

ELECTIO. Melius est, quod est subrusum Cretense acuti odoris. Quod nascitur in Syria est post id, sed est minus rutum, & adhuc melius est, quod est completum, ponderosum. Et meliores partes eius sunt extremitates eius crassae, quae sunt sicut flores. Subcitrinum autem, & pallidum est minus bonum.

COMPLEXIO, & proprietas. Est calide complexionis, & sicca in secundo, & dixit Galen. quod est calidum in tertio, & est cōpositum ex partibus igneis, a quibus inest ei acuitas: & ex terreis subtilibus, a quibus sibi inest stypticitas pauca, & ipsum quidem est subuliatium, resolutiuum, aperitiuum oppilationum, confortatiuum viscerum.

RECTIFICATIO. Facit sitim, † & generat astuationem in corporibus calidis. Et est ex debilitate, & tarde soluentibus. Quapropter est prohibendum sub dominio caliditatis, & siccitatis positis. Confortatur autem operatio eius multiplicatione quantitatis ipsius, & associatione rei cameo magnificentis effectum eius, sicut sunt myrob. nigri & Indi proprie, aut hellebori nigri quantitas parua. † Aqua vero mellis cum pauco sale, aut aqua decoctionis passularum cum sale, similiter, aut aqua lactis ex capris sumpti vigorat ipsius operationem. Sal gemma vero, aut sal indus, aut sal naphriticus sunt ex rebus, quae additae sibi addunt virtuti ipsius. Citam autem, & facilem facit operationem ipsius, si ei aliquid acutum virtute miscetur, sicut piper, & piper longum, & zingiber, & similia. Et non praetermittas quin cadat in potibus eius oleum amygdalarum dulcium, quo intoluatur, & in decoctione ipsius passulae sine inferioribus. quoniam addunt ei ad bonitatem, leniendo quod timetur ex nitrositate ipsius. Et ne ignores, quod epithimum de decoctione modicum sustinet, quare oportet, vt fiat illud secundum legem.

POSSE. Prærogatiuam habet educere super omnibus solutione educentibus melancholiam. Educit enim sine molestia & facile. † & quidam dicunt, quod educit de phlegmate aliquid. † Et dixit Paulus, quod solutione educit

A humores adustos, & declinauit ab eo, quod comprehendit veritas. Et ego non inueni, quod fieret illud. Potestas autem eius super humore melancholico, & aegritudinibus eius, est magna, & proprie in aegritudinibus capitis, sicut est melancholica, & epilepsia, & aluengem, & timor, & vertigo, & dolor capitis, quorū materia est melancholia. Valet etiam ad tremorem cordis, & syncopin, & aegritudines melancholicas in eo. Et est magna medicina oppilationis splenis, & aegritudinum in eo, & confert aegritudini hypochondri, & oppilationibus renum, & frequens vsus potionis eius est medicina solemnis cæcro, & lepræ, & vulneribus nigris, & soluit quartanam.

† **DOSIS.** Potio eius in decoctione est a drach. 5. vsque ad 20. Et pulueris eius a drach. 3. vsque ad 7. Is autem, qui sumit ipsum, vitet acceptionem eius in æstate.

EPITHYMV M.



De Epithymo. Cap. XVI.

E Pithimum thymo, tymbræ, cuiusdam speciei origani, supercreuit cassurhæ modo, duplex idest, Creticum, idemque præstantius, præcipue capitulis florulentis, subrusum, acre etiam odoratu, absolutū, graue, alterū Syriacum, minus rutum, ignobilius, vt etiam pallidum, & subcitrinū, calidū, siccum secundo ordine, (Gal. tertio.) Duplici substantia

SYLV.

tia

DE SIMPLICIBVS.

na compositum, terrea pauca, parum adstringente, & ignea acri, melancholiam præter cætera, tanquam prærogatiua quadam, facile, & citra molestiam purgante (ac etiam pituitæ aliquid quorundam sententia, Humores quoque adustos Paulo videtur vacuare, sed falso, non enim eos ab hoc vacuari inueni) ob id affectus melancholicos, potissimum capitis melancholiam, epilepsiam, desipientiam, timorem, vertiginem, cephalalgiam, melancholicam, tynctopem quoque cardiacam, cordis tremorem, & affectus alios cordis melancholicos. Obstructionem lienis, & morbos inde ortos sanat, & melancholiam hypochondriacam, obstructions renum, cancerum, lepram, vlcera nigra, quar tanam, vsu multo sanat: nam tenuat, resoluit, obstructions aperit, viscera roborat. In calidis, & siccis naturis non vtendum, quia calorem immodice auget, ac inde sitim excitat, imbecillius, & tardius purgat, nisi largius sumatur, aut cum myrobalanis Indis, aut pauco helleboro nigro, aut mulla, cum pauco sale, aut vuarum passarum decocto, cum sale præsertim gemmeo, vel Indo, vel Naphthico, aut sero lactis caprini, vel pipere aliquo, zingibere, vel alio acri, sic enim cito, ac facile purgat. Sumendum autem omnino est, vel cum oleo amygdalarum dulcium, vel decocto vuarum passarum purgatarum, vt leniendo alium magis subducatur, & ne substantia nitrosa partes lædat, quas permeat. Parum diu coquisustinet. Datur decocto à drach. v. ad drach. xx. puluere à drach. iij. ad drach. vij. cauendo astatem.

De Epithymo.

MANA. D Vioris Thymi florem, & Satyreia similis, esse epithymum scribit Dioscorides, habereq: capita tenuia, leuia, caudiculas veluti capillos. Plinius postquam eadem fere dixit, quæ Dioscorides, addit. Quidam aliter epithymum tradunt sine radice nasci, tenui similitudine pallioli rubens. Videtur autem Epithymum hoc Mesue, ad secundum Plinij referri: sicuti et id quod in vsu nunc est, et vel ex Apulia, vel ex Orientalibus locis affertur. EST simile cuscute. Res nota est sub hoc nomine cuscute, nec alia re à vocato Epithymo videtur differre, nisi, quod passim cum lino nascitur; illudque quasi strangulat. atque hoc argumento aliud nomen inuenit, vt podagra videlicet lini dicatur. ALII et Halafce.) Thymbram, et Thymum intellige. EIVS Aliud est Cretense, aliud est Syrium. In Cappadocia, et Pamphilia plurimum generari scribit Dioscorides ET dixit Galenus est calidum in tertio. Adde et siccum, et simile thymo virtute, sed in omni re fortius. ET generat astuationem.) Stomacho minus vtile, dixit Plinius, et vomitiones vomere. A QVA vero melle cum pauco sale) Dioscorides, et Plinius cum melle, et sale, et pauco aceto. ET quidam dicunt.) Si legisses Dioscoridem, scires ipsum scripsisse, quod cum melle potum purgat per inferiora bilem nigram, et pituitam. ET dixit Paulus.) Optimum esse ait Paulus in euacuanda melancholia: nec video, quo pacto posset esse magna medicina in morbis, qui à Mesue ipso enumerantur, nisi atram bilem exustam, quæ proprie melancholia dicitur, expurgaret. Dosis portionis eius vsque ad viginti, et reliqua.) Nimis creuit hæc dosis, si quidem Diosc. quatuor, Paulus quinque, Plinius sex, ad summum concedunt.

E Pithymum non esse proprium thymi florem, sed plantam thymo adnascantem, suis quisq: oculis potest intueri, neq: satis intelligo, quomodo aduerti sint nostro tempore aliqui, vt vel thymi speciem epithymum hoc putet, vel vulgatum nostrum epithymum id esse negat, de quo scripsere Diosc. & Græci alij. Et si. n. Diosc. verba quæ ait ἔστι θυμὸν θυμῶν ἐστὶν αἰθέρος τῶν σκληροτέρων, & ὁμοῦ ἴσχυος ἐπιθυμῶν ἐν νύκτι. florem esse thymi verum, sunt tamen sane intelligenda, neque ab eo discedendum, quod sensus docet. scite ergo Plinius verum florem esse à thymo, ne interea ipse repetat, quod etiam alij dixerunt, ἡ δὲ ἴσχυς non tantum florem, quam quicquid rebus supercurrit significat, quum dicatur αἰθέρος ὡρὰ τὸ ἀπὸ θεῶν, ἐν τῷ αἰθέρι, quod scilicet rebus supercurrit crescendo, id enim, vel grammatici docent. Non est ergo meo iudicio dubitandi de hac re locus, quamuis non desint, qui nodum in scirpo querant. Itaque his omnis accedamus ipsi ad alia. Sane de epithymi temperamento videtur esse non nihil controuersia, quum Galen. in tertio calidorum, & siccorum ordine ponat. Contra tamen auctor noster præter Galeni sententiam calidum, & siccum secundi ordinis putet: Humanæ vero Auicennæ testimonio in 2. Canon. calidum in tertio, & siccum in fine primi ordinis constituit. Fortasse tamen, quum Galen. in tertio calidorum, & siccorum ordine epithymum collocat, de tertij gradus initio intellexit; Auicennas vero de fine secundi, qui tertio est affinis, atque hoc pacto parua esset inter eos discordia. Sed repugnat huic conciliationi Humanæ sententia, in fine primi ordinis siccorum epithymum reponentis: Cuius tamen auctoritas tanti esse apud nos non debet, vt Galeno, & ipsi rationi non potius assentiendum existimemus. nempe manifestius exsiccat epithymum quam, vt in primo ordine, qui est eorum, quæ obscure agunt, collocari debeat. Ceterum maioris momenti videtur esse, quod de purgatrice huius medicamenti facultate hic auctor scribit: scribit profecto ipsam prærogatiuam habere super omnibus melancholicis educentibus, magnamq: esse vim super melancholicis affectibus. Contra tamen statim Paulum erroris accusat, exustos humores educti arbitrantis. At quo pacto (ait Man.) posset esse magna medicina in morbis, qui à Mesue ipso enumerantur, nisi atram bilem exustam, quæ proprie melancholia dicitur, expurgaret? Nos vero, neq: cum Manardo dixerimus exustam atram bilem proprie melancholiam dici; neque id sequi, si melancholicis affectibus confert, vt etiam exustos humores expurgat: quando alterius natura, ac speciei atra est bilis à melancholia, si Galeno credimus. De Mesua autem controuersia, existimamus per adustos humores non atram exustam bilem, sed ipsam flauam, ac feruidam bilem intelligere hunc scriptorem, atq: in hoc Pauli sententiam non amplecti; siue id Paulus, siue alius scripserit. ceterum id in Paulo ipsi adhuc non legimus, quod hic auctor representat, scripsit tamen Serapion ex Dioscoride, vt ait, sententia (licet Diosc. id non scribat) epithymum eboleram expurgare: & Plinius quoq: educi hoc medicamento bilem testatur: fieri et potest, vt aliqui feruidam bilem trahi Paulo auctore scripserint, quos hic fide adhibita emulatur; aut id in aliquo Paulo ipsi ascripto libro apud Arabes legeretur, quod hic damnat. non temere ergo quis dixerit per adustos humores feruidam bilem Mesuen hic intelligere, alioqui non ignarum ex adusta atra bile splenyos, & melancholicos affectus multos procreari, in quibus ipse epithymum commendat. Atq: hoc pacto ego profecto

COST.

128

A

proficito clementer huius magni viri sententiam interpretandam dixerim, non etiam acerbius reprehendendam. Sed aliud hic se offert, quod animaduersione eget, de huius, scilicet medicamenti exhibendi mensura. Dioscorides, ut etiam *Manard.* adnotat, quatuor, *Paulus* quinque *Plinius* vsque ad sex drachmarum pondus exhibet. *Auicennas* eius in puluerem redacti drachmas etiam duas; liquori vero, in quod sit decoctam, aureos quatuor, qua mensura duas ex tribus uncia partibus pendet. *Serapion* autem ex *Aben Mesua*, insusum a drachma vna vsque ad quatuor, sicci autem contriti a drach. vna vsque ad duas cecedit. Ex quibus, dosis, ut aiunt, a *Mesue* assignata nimia esse videtur; puluerem epithymi a tribus drachmis vsque ad septem, decoctum vero a drachmis quinque vsque ad viginti exhibente. *Ceterum* quicquid sit de huius medicamenti mensura statuendum, in qua certe prescribenda in tanta scriptorum varietate infra potius subsistendum, quam aucta eius agendum est; quum *Plinius* drachmas sex epithymi dans non damnetur, suscipiendus hic quoque author venit non multum a *Plinio* differens, & drachmas septem eiusdem in puluerem redacti propinans. De decocto vero, tamen si ab *Auic.* & *Aben Mesua* multum differt, non absolute tamen damnanda est *Mesua* prescriptio, sed pro aqua, liquorisve, in quo ipsum decoquitur, & propius quoque, quod decoquitur mensura, erit estimanda, neque enim si sex, aut septem epithymi drachmas tribus aqua vncijs incoxeris, ob id nimis creuisse dosim dicendum est, quod viginti drachmas pendeat id, quod superest, decoctione facta, sed cogitandum, quod hebescit liquore multo, & coctione euanescit purgatrix cuiusque rei facultas: propterea que decoquenda numerum pondus augeri a medicis semper solet.

De Hysopo, quod vocatur hasce. Cap. XVII.

ANT.

Dicunt quidam quod est hysopus hortensis. Et dicunt alij, quod est vna ex speciebus origani. Et est planta plurimum stipitum subtilium, qui expanduntur, & eleuantur super radicem, sicut est medietas cubiti, & sunt eius folia minora folijs origani, & eleuantur, & colliguntur super extremitatem stipitum sicut modus foliorum declinantium ad purpureitatem, & minorantur folia in extensione stipitis, & multiplicantur in capitibus, & extremitatibus crassis, & eius flos sicut flos calamenti ad rubedinem declinat, & planta eius, ut dictum est, mater epithymi.

COMPLEXIO, & proprietates. Calida complexionis est, & sicca in secundo, & dixit *Diosc.* quod est in principio tertij, & est quasi verius. Est enim resolutiua, incisiva, calefactiua, oppilatiuum aperitiuum, carminatiuum ventositatis, & hoc est propter dominium partium calidarum in ipsa.

RECTIFICATIO. Est in ea de acuitate aliquid, sed non superfluum. Et fortasse fragitur in pmixtione ipsius cum alijs, & fragitur in infusione ipsius in aceto permixta, & emendatur et cum passulis, & aqua mellis cum pauco sale, & adiuuans ipsum ad soluendum, dans ei ad sufficientiam, est sal gemma, & decoctioni eius iunguntur mannae circiter aur. vii. & soluit sufficienter, & est medicina bona. Et fit ex floribus eius, & oleo veteri oleum, quod dicitur hasce, & est iuuamentorum multorum. Hasce quoque decoctione sustinet, in qua est mediocritas & in eius contritione, si nimium elaboratur, acquiritur ei, ut sit res magis penetratiua, &

repat virtus eius, & penetret ad vias vrinae, & multiplicatur eius prouocatio aquositate plus, & minoratur solutio.

POSSE. Solutionem efficit facile, & educit phlegma. Et dixerunt quidam, quod educit melancholiam, & videtur, quod fiat illud debilitate, & confortatur ad hoc tamen cum sale gemma, & sale indo, quando oportet. Verum de operatione eius contra phlegma manifestum est, & proprie de eo, quod est in partibus pectoris, & pulmonis, & viarum anhelitus, & valet ad egritudines cerebri, & neruorum phlegmaticas, & confortat ipsum, & neruos, & proprie syrupus ipsius. Et omnis vsus administrationis eius, & oleum, quod diximus de hac calefactum confortat neruos, & confortat egritudinibus eorum frigidis, & vsus eius est conferens sanitarum, & virtute visus, & auferit eius debilitatem, et vaporatio decoctionis eius remouet dolorem auris & tinnitum ventosum. Pectus autem, & pulmonem secundum omnem modum administrationis eius mundificat, & proprie pectora senum, & eorum proprie, quorum pectora sunt posita sub dominio phlegmatis crassi, & viscosi, & est medicina bona asthmaticis, & tussis sedatiua doloris pulmonis, & confortat vsus eius senibus, & eis, quos hyems ledit, & syrupus eius, & alij modi administrationis eius conferunt paucitati appetitus, & malitiam digestionis, resoluunt vsus eius ventositates crassas, & carminat, expellit, & educit, & proprie cum baurach, & melle vermes, & est ex eis, & quae educunt menstrua, & vrinam prouocant, & syrupus, & decoctio ipsius confert rigori febrium.

DOSIS Decoctionis eius est a vnc. v. vsque ad x. & pulueris ipsius a drach. ij. vsque ad iij.

T H Y M V M.



De

DE SIMPLICIBVS

De Thymo. Cap. XVII.

SYLV.

THymus quibusdam hyssopus hortensis videtur, alijs origani species. Plāta est multis caulibus, gracilibus, semicubitum altis, folijs origani, minoribus, in summo minutis, in capitula quaedā subpurpurea coeuntibus. Flore calaminthes in rubrum inclinante, cui epithymū innascitur. Calidus siccus recessū secundo, aut potius tertio cum Galeno. Calfacit, tenuat, incidit, resoluit, obstructa aperit, status etiam crassos dissipat. Pituitam elementer educit, & vt quibusdam placet, etiam melancholiam, sed imbecilliter, & cū sale gemmeo, vel ludo, illam vero pituitam etiam crassam, & lentam, potissimum à thoracis partibus, & respiratorijs euocat, & à cerebro. Ob id harum partium, & neruorum affectibus frigidis, & pituitosis mire succurrit, vt astmati, tussi, dolentibus à frigido pulmonibus, præsertim ex ipso syrupus, vel decoctum, vel oleum ex eius flore incoctū factum, quod etiam visum acuit, & sanitatem conferuat. Partes neruolas calore suo roborat. Suffitu autē dolorem auris & tinnitum flatuosum sanat. Saluberrimus est senibus, & contra hyemis frigida humidā iniuriam, appetentiam excitat coctionem iuuat, cum nitro, & melle lumbricos necat, menses, ac vrinas mouet, rigori febrili prodest. Caliditas eius vehemens aliorum mistione obtunditur, siue coquatur cum passis viuis, siue aceto infundatur, siue mullæ cum pauco sale gemmeo purgationem eius augente. Decoctio eius manna drach. vii. dissoluta clementer, & quantum satis est, subducunt. Coctionem, & trituram medicere sustinet. Quod si tenuius pulueretur, penetrat magis, & vrinas largiores mouet, deiectionem vero minorem. Datur decocto à drac. v. ad drac. x. puluere autem à drach. ij. ad drac. iij.

Galeno lege. non cum...
quibusdam...
Dioscor. apud...
quoniam...
est gradum...
definitio...
len. aut...
mum...
firum...
tertio...
lib. 6. simpli...
capita...
rim...
latius...
dit...
cum sale...
arcto...
per...
gat...
Dioscor.

De Hyssopo quod vocatur Hasce.

MANA.

Dicunt quidā quod sit hyssopus hortensis, dicunt alij esse vnā ex speciebus Origani. Nomen ipsum, modusque loquendi, ostendunt ignorasse Mes. de qua re scriberet. Tu autem scias voluisse eum loqui de thymo, re non obscura, vt pote quā dicit Dioscorides ab omnibus cognosci. **SICVT** nodus foliorum. Intelligit ex Dioscor. thymi capitula. Et eius flos est sicut calamenti. Nō hoc Dioscorides, ex quo reliqua ista sumptisse videtur. Plinius duo genera facit; candidum, radice lignosa, quod & præfertur, alterum nigrius, floribusq. nigri. Semen deprehendi non posse, sed flore lato enasci. **ET** dixit Dioscor. quod est in principio tertij. Cum Dioscor. nunquam meminerit graduum, liquet hunc vitum Diosc. verum non habuisse, sed nec Galen. & Paulum bene legisse: hi enim fuere, qui calidum & siccum in tertio ordine posuere. **VALET** ad ægrotudines cerebri. Valet comitialibus secundum Plinium, visus obscuritati, secundum Dioscoridem discutit œdemata, dissoluit coagulatum sanguinem, tollit verrucas, & cum vino, ac polenta iuuat eoxendice laborantes.

COST.

Quis putarit hasce aut hyssopi, aut origani esse speciem, obscurum est nobis: hys tamen qui ita sentiunt, non assentitur Mesues, sed thymum esse arbitra-

Etur, dicens esse matrem epithymi, sicuti etiam in superiori capite dixerat epithymum huic planta supercurrere: iniuste ergo Manar. scribit ignotum fuisse huic quamnam plantam describeret. Quum autem in stirpis huius delimitatione Mesues thymi florem esse flori calamintha similem scribit inclinantem ad ruborem; est hoc Diosc. non scribit, ab illo tamen non dissentit, purpureum utriusque & thymo, & hyssopo florem ascribenti, quamuis alterum quoque thymum flore nigro Plin. describat. Neque etiam quod hic Dioscor. testimonium citet in suo loco temperiei thymi assignando, quum tamen graduum Dioscor. nunquam meminerit; ob id acruis insectari hunc decet, atque obijcere quod Galenum, ac Paulum non bene legerit; excusandus potius est, quando fuit hoc Arabibus peculiare, vt ex Grecis habuerint omnia deprauata, qualia et nos ex Arabibus multa.

De Hyssopo montana. Cap. XVIII.

HYSSOPUS duorum est modorum. Est enim ex ea quaedam hortensis, cuius subleuatio super terram est circiter medium cubitum, & non multiplicatur in stipitibus, & ramis, sicut hasce, & folia ipsius sunt maiora quam in hasce, & flos eius est purpureus; & ex ea est montana, cuius folia sunt minora plura, & stipites non sunt tantæ elevationis.

ANT.

ELECTIO. Cuius odor & sapor sunt acutiores melior est, & ex duabus speciebus melior est magna & melius tempus collectionis eius est, quando incipit florere.

COMPL. XIO, & proprietates. Calidus, & siccus est in secundo, & species eius magna est calidior: ita vt dicatur conuenientius, quod sit in tertio: & est in ea secundum omnem dispositionem eius caliditas subtilis, dominans, faciens eam subtiliatiuam, absteriuam, resolutiuam, & extenuatiuam ventositatum.

RECTIFICATIO. Est ex debilitate solventibus. quod si misceatur ei cordumeni, & iris, additur ei ad solutionē. Et similiter manna addita decoctioni ipsius confortat eius solutionē, & fit solutiū sufficiens, & similiter addita ei ad solutionem mel, & passule sine interioribus, & scilla magnificat eius operationē. De decoctione aut, & contritione sustinet mediocriter, sicut hasce.

POSSE. Solutione educit phlegma, ramentum minus quā hasce, & est similiter medicina bona, pectoris, & pulmonis, & membro: ù anhelitus, mundificās ea à phlegmate crasso, & humoribus putridis: & subtiliat sputū crassū saniosū, faciēs ipsū facilis expulsionis: & cōfert asthma, & tussi ab humoribus crassis, & putridis iuuamentum sufficiens, & colorem efficit bonum, & illud propter iuuamentū, quod efficit in spiritualibus, & propter iuuamentū, quod efficit in re digestionis: & quia per ipsam acquiritur facilitas, & bonitas, & subtilitas in spiritu, & eius iuuamentū in ægrotudine cerebri, & phlegmaticis magnum est, proprie in epilepsia. Inquit Humain, iuuamentum hyssopi, & proprie syrupi decoctionis eius, & aliorum modorum administrationis ipsius, & proprie cum oxymelle

SYLV

melle scillitico, magnum est in epilepsia, & proprie cuius materia est phlegmatica, & nos experti sumus illud in omni aetate: & origanum iunctum decoctioni ipsius fortificat ad illud, & decoctio eius cum vino resoluit apostemata dura, & proprie splenis, & viscerum: & similiter emplastrum ex ea cum ficibus, ireos, & baurach- & decoctio ipsius educit vermes, cum decoquitur cum ficibus: & vaporatur auris, & confert tinnitui, & sibilo. Et decoctio ipsius cum aceto, & oxymelle sedat dolorem dentis.

DOSIS. Decoctionis eius potio est à drach. 6. vsque ad 10. & pulueris eius à drachm. 4. vsq; ad 7.

H Y S S O P V S.



De Hyssopo. Cap. XVIII.

HYSSOPUS duplex, hortensis, & montanus ille semicubitalis, caulibus, & ramis paucioribus, quam thymus, folijs thymi, sed maioribus, flore purpureo: hic breuior, & folijs minoribus. Hyssopus est calidus sicco ordine secundo, vel potius tertio. Pituitam etiam crassam, & putrem purgat, sed minus quam thymus. Thoracem, & pulmones, partesque alias respiratorias pituita eadem, & humoribus alijs putribus, & pure expurgat: & tenuando, ac incidendo, tergendoque sputum facile reddit. Ob hæc asthmatis, tussi à materijs prædictis est salubræ, & epilepsia pituitosa, cæterisque cerebri affectibus pituitosis, præsertim sumptus syrupo, vel decocto cum oxymelle scillitico, & cum origano, etiam in omni aetate expertus, coctionem quoque iuuat, propter hæc

A respirationem leuat, & cutis colorem floridum efficit. Coctus cum vino, hepatis, & lienis, & aliorum viscerum tumores resoluit sumptus, & cum ficibus, & iride, & nitro admotus, lumbricos necat, cum ficibus coctus: cum aceto autem vel oxymelite, dolorem dentium sedat, suspiria autem aurium tinnitum dissipat, Nam tenuas, terget, digerit, flatus dissipat. Odore, & sapore acerrimo est præstantior, præsertim qui habilior est, & quo tempore florere incipit, quando etiam colligendus. Imbecilliter purgat, nisi cardamomum, & ius misceatur, aut cum manna, vel melle, vel uuis passis purgatis, vel scilla coquatur. Medicrem sustinet coctionem, & trituram, ut thymus. Datur decocto à drac. 6. ad drac. 10. puluere à drach. 3. vsque ad drach. 7.

B De Hyssopo montano.

DE vulgari hoc capite Hyssopo loquitur. **Electio.) MANA.** Dioscorides præfert Ciliam. Hip. & Plin. in Tauro monte natam, & post eam Pamphyliam, & Smyrneam. Calida & sicca in secundo.) Galenus in tertio. Solutione educit phlegma.) Cum oxymelite, et sale trahit pituitas, inquit Plin. crassos humores Dioscorides, qui edi etiam ait cum ficibus ad aluum subducendam, fortiusque purgare mixto cardamomo, aut Iride, aut Erysimo: aliqui tamen pro cardamomo, legunt cardamum. Et tussi. Cum ficibus, aqua, melle, et ruta, peripneumoniacis, asthmatis, tussi antiqua, catarrho, si cum melle lingatur, ait Diosc. esseque optimam gargarisma anginae cum ficibus. Cum vino resoluit apostemata dura) Plegmones, ait Dioscor. Dosis vsque ad drach. x.) Manipulum integrum Plinius. Ego maiore longe quantitatem posse tuto dari arbitror.

C AN hyssopus vulgaris planta sit à Diosc. & Gra. **COSTA.** cis alijs hoc nomine intellecta, quum excitata sit controuersa inter nostri temporis medicos, Dioscoridesque de origano agens lib. 3. ipsum scribat folio esse hyssopo non dissimili, umbella veluti multifida non in vasa speciem orbiculata, & lib. 4. chrysoeoma comam corymbaceam assignet instar hyssopi, quibus verbis tribuere umbellam hyssopo videtur, quæ tamen vulgari nostro non inest: quum item Isaac Serapionis testimonio hyssopo folia maiorana ascribat, quod & Cratenas, ut Anguillarius scribit: ad hæc etiam Plin. lib. 26. baccas hyssopo assignare videtur, his comitiales morbos curari dicens; quum hæc, inquam, obijciantur, non videtur facile constitutum, quid sit hæc de re sentiendum. Nos tamen quia non ignoramus, quæ Matthiolus scribit: primum quidem à Diosc. in cap. de origano non flores, sed **D**folia comparari, licet Marcellus secus interpretetur: tum etiam comam in cap. de chrysoeome non tam floribus, quam folijs posse assignari, ita enim & Plinius lib. 12. balsamo perpetuam comam, & Virg. 4. Georg. acantho comam ascribit, ubi hæc, inquam, perpendimus: præterea vero ijs, qui origanum illud Creticum candidus pro hyssopo reponunt, superesse alia explicanda videmus, tum quid nam vulgare hyssopum sit, si verum non est hyssopum: tum quid de Plinio dicendum baccas hyssopo ascribente, quid de Cratena, & Serapione de comam nihil scribentibus: adduci facile non possumus, ut diuersum à Grecis hyssopum intelligi putemus, quam vulgo sit cognitum, quam à Mesue Dioscoridem in assignandis dotibus amulare, sit hoc in loco descriptum. At vero, ut ad Mesuen redeamus, quum duplex hyssopum sit montanum, & bor-

ANT.

SYLV.

DE SIMPLICIBVS.

De Prunis. Cap. XIX.

Et hortense, est hic quaestio de quonam verba fiant. Ali-
qui profecto de hortensi tantum, non autem de montano
agi existimant; proptereaque perperam inscribi hoc cap-
it de hyssopo montano: nos vero de utroque, praesertim-
que de montano tractari arbitravimur, nempe acriori, odo-
ratori, & in omnibus magis probato quam hortense. Ita-
que Diosc. & Auic. qui eadem scribunt, de utroque pre-
miscoe scribunt. Vnum tamen hoc in loco ait Mesues, de
quo licet admirari, primum quidem hyssopum illud ma-
gis probat, cuius odor, & sapor excellunt; statim ta-
men speciem hyssopi, quae magna est (atque adeo hortens-
sem) magis commendat, & calidiorum esse ait, contra
quam statutum sit à nobis, & medici plerique omnes
consentiant. Forsit diutius, & adhuc torquet nos his lo-
cus, suspicamur tamen interpretis fuisse lapsum, neque
authorem hunc, quamvis repetere idem statim videat-
ur, hoc scripsisse cogitare possumus, alioquin non ne-
scium montanis Rirpibus longe maiorem inesse acritu-
dinem quam hortensibus.

De Prunis. Cap. XIX.

ANT. Pruna dantur ad alterandum, & ad sol-
uendum.

ELECTIO. Quaecunque ex eis al-
ba, aut citrina, aut rubea, sunt minus
competentia operationi, medicinae, quam ni-
gra, & sunt quaedam ex eis, quae sunt muza, quae
conferunt ad alterandum magis, & sunt ex eis
quaedam dulcia, quae sunt ad soluendum magis
ventrem, & utraque alterant, & solutionem faci-
unt, plus tamen & minus. † Damascena vero,
& armena in casibus illis sunt fortiora, quamvis
alij dicant aliud, & humida secundum quosdam
plus illud faciunt, quam sicca. Sicca minus cor-
rumpuntur in stomacho, quam humida. Sunt
enim humida prava, ad putrefactionem con-
uertibilia.

COMPLEXIO. Et Proprietas. † Dulcia
sunt inter frigiditatem, & caliditatem, declinant
tamen ad latum frigiditatis, & sunt humida in se-
cundo; Muza vero sunt frigida in principio se-
cundi. Et omnia quidem sunt lauativa, refri-
gerativa, & lenitiva.

RECTIFICATIO. Rectius cum quo
miscentur, & addit in operatione eorum, sunt
tamarindi, & proprie cum modis infusionis no-
tis, & casta fistula, & tereniabin, & viola condi-
ta, & similia, & fit ex aqua eorum syrupus iuva-
menti noti. & ex carnibus eorum fit electarium
bonum. Armeni quoque arborem prunorum
distanter circiter longitudinem palmae, in dua-
bus, vel tribus partibus subtiliter perforant, &
intromittunt frustra scamoneae, & sigillant lu-
to: & sunt fructus arboris illius solutivi suffi-
cienter, & faciunt sophisticationes alias in arbo-
ribus alijs.

POSSE. Solutione educunt choleram dan-
tur in aegritudinibus choleris, & alterant ma-
litiarum earum, & solvunt materiam à qua fiunt.
nocent stomacho tamen, sunt pauci nutri-
menti.

DOSIS. Aquae eorum potio est circiter li-
br. vna cum zuccaro.

Pruna aluum subducunt, & alterant, sed SYLV
alba, flava, rubra minus sunt medica-
mentosa, quam nigra, quorum quae *muza*,
i. dulcicida sunt, alterant magis. Dulcia
vero solvunt largius; tamen utraque alterant, &
solvunt, magis scilicet & minus. Damascena ve-
ro, & Armena, utrumque; praeter caetera praestant,
humida tamen potius quam sicca, quae etiam in
ventriculo promptius quam sicca, corrumpun-
tur. Dulcia calido frigido temperata, aut paulo
frigidiora, humida ordine secundo. *muza*, idest
dulcicida frigida, principio secundi. omnia ta-
men lauant, leniunt, refrigerant, bilem educunt.
ob haec duo biliosum tum febribus, tum morbis
alijs sunt salubria. stomacho nocent, pauci sunt
alimenti, quia imbecilliter solvunt, eis adduntur
praesertim infusione, Tamarindi, casta fistula,
manna, viola condita. Ex horum succo fit syru-
pus, & ex carnibus electuarium in eadem salu-
bre. Armeni truncum pruni arboris locis duo-
bus, vel tribus palmae vnius intervallo tenuiter
perforant, immissoque scammonio lutant, pru-
na ob id purgantiora euadunt. Dantur succo
feu decocto cum saccharo ad libram vnam.

De Prunis.

Coccymelia vocant Graeci, vel *κοκκωμυλια*. DA-
MASCENA & Armena. Damascena iam-
pridem, inquit Plin. in Italia nascuntur, grandiore li-
gno, & exiliore carne, nec unquam in rugas siccata,
quando soles sui desunt Gal. magis adstringentia ait
esse Damascena, Hiberica dulciora. miratur tamen
Diosc. dixisse Damascena sicca ventrem sistere, opti-
ma vero esse inter eadem, quae sint mediocriter ad-
stringentia, magna ac laxa. **DULCIA** sunt inter
caliditatem & refrigeritatem. Mediocriter hume-
ctant & infrigidant, ait Galen. Decocta in melicrato
plus mellis habente, ventrem molliunt, magisque si
melicraton superbatur, dehinc vinum dulce, &
prandium differatur. Adstringunt syluestria, pariterque
domesticorum folia. Gummi lapidem frangit.

Pruna quum alia domestica sint, alia syluestria, de do-
mesticis hic tantum verba facit, quibus scilicet lenien-
di aluum vis inest. alioqui syluestria astringente, etiam
insigni, pollent facultate. Domesticorum tot possunt ex
colore, sapore, modo substantiae, duritie scilicet & molli-
tie, figura, magnitudine, patria, desumi differentiae, ut
par sit natura in hoc fructu secunditatem mirari. Medi-
cis autem eius praesertim differentiae ratio habetur, quae
ex saporibus percipitur, cuius gratia pruna alia dulcia, alia
acida, alia dulcicida sunt. Tamen si autem Mesues etiam
colorem animadvertere videtur nigra alijs praesertens:
& Galenus quoque ac Diosc. natale solum spectant, Da-
mascena & Armena magis probantes; saporis tamen
gratia horum ratio habetur. Sane quum dulcia magis al-
uum subducant, acida vero magis alterent; utrumque
tamen horum inesse his omnibus videtur, ut & subdu-
cant & alterent. ita etiam quum recentia magis ven-
trem leniant, sicca vero magis astringant, videntur ta-
men utraque & sicca & recentia praestare utrumque; praer-
sertim quae Damascena sunt: quae quidem quum nonnulla
eorum plurimam astringentis habeant recentia, probatissi-
ma vero mediocriter etiam astringant, ac laxent Gal.
affirmat-

affirmante. 2. de alim. fac. non mirum si exiccata etiam
magis astringant, humidis partibus, qua laxabant im-
minutis, & terrestribus, quibus astringendi insidet vis,
magis exsiccatis. Hinc vero etiam litem, qua inter Ga-
lenum est, ac Diosc. sedari posse dixerim, quum Dioscor.
Damascena sicca cohibere aluum scribit, Galenus laxa-
re contendit. Laxant certe etiam sicca, sed minus quam
recentia; sicca autem haec, ubi subduxere aluum, astringi-
tionis vestigium ventri imprimunt, ex quo & ventri-
culus roboratur, & aluus siccor redditur. Non temere
ergo Diosc. Damascena exsiccata stomacho utilia esse
ait, & aluum astringere, neque etiā falso Gal. iisdem sub-
ducendi vim ascribit. Brasauolum vero pro Dioscoride
in simpl. exam. pugnantem, immaturis prunis usum pu-
tamus, qualibus scilicet, Italia serē tota vritur. solent. n.
haec immatura colligi, quod maturiora nūquam nisi mul-
ta, & longa admodum diligentia solis vi exiccantur, ut
reponi possint. Nos vero, qui maturissima multo studio
desiccata vino, & saccharo incolla exhibuimus, & la-
xari aluum, & Galenum vera scripsisse frequenter obser-
uauimus. Haec ergo de proposita controuersia dixerim,
quam quidem quum proponat Auicennas nec soluat, Me-
sues tantum innuit neque explicat, tantum abest (quod
nonnulli aiunt) ut conciliet. De discordia autem quam
inter Mesuen, & Dioscor. esse quidam existimant, quod
scilicet, ad huius capituli finem Mesues pruna obesse sto-
macho ait, & esse pauci alimenti, Dioscor. vero contra
stomacho utilia facit; non est ut laboremus, quum Dio-
scor. de siccis, Mesues de recentibus, de ijs scilicet, qua-
bilem educunt, verba faciat. Vtrūque autem vera etiam
scripsisse cōsuebitur, qui in recentibus superuacantā hu-
miditatem: in siccis vero, praesertim Damascenis, de qui-
bus agit Dioscorides, astringendi vim expenderit.

PSYLLIVM.



De Psyllio. Cap. XX.

Psyllium est de alterantibus complexio-
nem, & solutionem facientibus, & eius
solutio proprie fit lambificando, eius au-
tem aliud album, aliud subnigrum, aliud
ad purpureitatem declinans.

ELECTIO. Melius est, quod est comple-
tum, & crassum, & est grauius, & submergitur
in aqua.

COMPLEXIO, & proprietates. Composi-
tum est ex duabus substantijs, quae separari pos-
sunt: inter quas cortex est separatus. est enim in
eo substantia interior medullaris, & est in eo
substantia expansa super corticem ipsius. Sub-
stantia autem eius interior medullaris calida
est, & sicca in quarto gradu, & est acuta vehe-
menter, incisiva, rubificatiua, vlceratiua, &
est de genere veneni. Substantia autem exterior
expansa super corticem est ex multum infri-
gidantibus. Et dixit Rufus, † est frigida, &
humida in tertio, & excessu, & dixit Dioscor.
quod est in secundo: & est verius. Inquit enim
Hippocrat. in epidemijs, non eleuatur res frigi-
da iuncta cum humiditate vltra secundum gra-
dum, & dixit Galen. humida res non transgre-
ditur metam, vsq; ad quam potest regimen ho-
minis extendi, propter quod non inuenimus
humidum esse causam doloris, inquantū humi-
dū, sed inquantum potest esse materia, quae qua-
ritate sua mouetur ad continuitatis solutionē.

RECTIFICATIO. † Quod ex eo con-
quassatum est cum aqua fontium frigida, & fit
mucilaginosum, & bibitur sicut est: & prop-
rie cum oleo violaceo, aut syrupo violato,
soluit ventrem. Quod autem ex eo est frixum,
& conquassatum cum oleo rosaceo, est me-
dicina fluxus ventris, & dysenteriae. Contri-
tum autem potui nullo modo propinandum
est, deocculat enim contritio eius, substantiam
medullarem vlceratiuam, & exoriatiuam.

POSSE. Conquassatum cum aqua frigida
sicut diximus, solutione educit choleram. Et
confert febribus inflammationis multae, & fi-
ti vehementi, calidae: & sedat inflammationes
spiritualium, & lenit pectus. † conquassatum
cum aceto confert apoltematibus calidis, & e-
rysipelati, & formicae, & sedat inflammatio-
nes omnes, & dolores inflammationum, & pro-
prie supercataplasmatum, & similiter sodam ca-
lidam vehementem. Frixum vero, & conquas-
satum, sicut diximus, confert fluxui cholero,
& dysenterico, & fluxui medicinali, & proprie
post potum scammonae, & medicinarum acu-
tarum.

DOSIS.) ipsius potio est à drach. i. vsque
ad ʒ. Timeat autem ipsum habens debilitatem
viscerum.

De Psyllio. Cap. XX.

Psyllium purgat, leniendo alterat. Est vel
album, vel nigrum, vel sub purpureum:
daabus substantijs compositum, me-
dulla scilicet interiore calida sicca ordi-
ne quarto, acri admodum, incidente, rubrifi-
cante,

SYLV.
Ancen. lib. 2.
c. 1. Venenosa
ita substan-
tia potius quā
calore, vide-
tur etiam
gracis frigi-

ed SYLV
a-
ia
&
e-
at,
in
an
lo
est
ta-
ūt.
bis
ant
tur
la,
ru-
lu-
so-
iter
ru-
eco

DA-MA
am-
re li-
ata,
a ait
men
opti-
r ad-
inter
ame-
crato
que si
e, &
tesq;

de do CO
mion-
etiam
ot ex
nolli-
a, ut
Medi-
qua
i, alia
etiam
rens:
Da-
tamen
gis ab-
unque
subdu-
s ven-
tur ta-
; pra-
nulla
obatif-
ni Gal-
an-

DE SIMPLICIBVS.

dim frimum
stamentibus
si, & raga, su-
mitur.

cante, ulcerante, venenosa; cortice vero frigido multam. Rarus autem frigido humido ad gradum tertium, vel potius cum Diosc. ad secundum. Nam res frigida simul, & humida, secundum gradum non transcendit, ut inquit Hippocr. in epidemicis. Vbi, & Gal. air rem humidam non transire metam, quam hominis victus assequitur. Ob id humidum per se non est dolorificum, sed tantum copia, distendente, & continuitatem soluente. Aqua frigida maceratum, & agitatum est cholagogum, ob id febribus biliosis est salubre, & inflammationibus thoracis. Thoracem quoque lenit, sitim extinguit. Cum aceto autem agitatum, phlegmonas, erysipelata, herpes, & ceteros tumores calidos extinguit, & harum dolorem sedat, praesertim cataplasmate impositum. Sic, & cephalalgiam calidam mitigat. Frixum vero, & (ut dixi) conuassatum, fluxum biliosum, dysentericum, a medicamento acri, ut scammonio, excitatum, sedat cum oleo rosaceo sumptum, vel iniectum. Ex psyllio sic macerato cum aqua fontana frigida, & quassato, mucosa potio, praecipue cum oleo violato, aut syrupo violato, aluam subducit. Deligendum maturum, magnum, graue, & quod aqua mergatur. Datur in potu a drachm. j. usque ad drachm. 3. Non sumendum autem quibus viscera sunt imbecilla, neque etiam tritum. Nam sic sumptum substantia medullari detecta ulcerat, & excoriat.

E sus est, & Auic. lib. 2. Graeci contra nulla de intima, vel extrema parte facta distinctione, id frigidum, & humidum uno omnes consensu scribunt, quod & Auic. 2. Can. & Rasis 3. ad Mans. & Serapio. lib. simpl. medi. Mive ergo repugnancia haec sunt. Adde etiam, quod quum psyllium inter venena reponatur, Mesues eiusmodi noxam intima substantia calori ulceranti, & excoriantis ascribere videtur, quam ex eius tritura patefieri ait, quod ipsum, & Auic. 2. Canon. citato, quare, & contritum assumi prohibet: Graeci contra frigiditati acceptum id referunt: quod affirmare, & Auicennam constat lib. 3. sen. 13. ubi de singulis curatione agit, scribentem psyllium stupefacere. Damocrates etiam Gal. teste. 2. de antidotis psyllium plurimum teri iubet in cuiusdam antidoti compositione, trituram ut apparet, nihil verius, quam ulcerationis causam Mesues, & Auic. existimat. Haec quum ita se habeant, conciliari multiplex haec discordia facile non potest: esset autem consulenda experientia, & obseruandus diligentissime euentus. Interea tamen meo quidem iudicio, non est horum scriptorum contemnenda auctoritas, qui post Dios. Galeuum, Paulum, Rasis. Vsu id fortasse didicerunt, quod prioribus illis fuit de psyllio ignoratum, sicuti & de multis rebus alijs, praesertimque subiacentibus medicamentis tenuisse omnes norunt. Quam ob rem quum psyllium pro externa sui substantia refrigerare, humectareque, ac stupefacere ijs scripserint; his tamen illi non aduersantur, qui pro intima portione calfacere, & exsiccare testantur, sed de diuersis vtrique agunt rebus. Quod si aliqui interiorum psyllij partem ea non posse facultate excellere, qua putant Mesues, & Auic. sensu, atque adeo gustatu probare nitantur; his ego quidem dixerim, etsi nihil acedimus percipiunt, fieri tamen posse, ut idem vi ulceratoria sit praedictum; sicuti, & scammonium, quod aliqui gustatu nullum in signe acedimus iudicium praese ferens intestina quandoque exulcerat. Ita etiam quum psyllium veneni vires habeat, etsi Graeci id viti frigiditati ascribunt, quod & Auicennas inter stupefacentia ipsum reponens medicamenta, nihil tamen prohibet, quam minus interioris quoque substantiae exulcerantis facultate, veneni vim exerceat, neque enim (quod quis fortasse putet) tam diuersa haec sunt facultates stupefactoria, & exulceratoria, qua simul in re eadem stare nequeant: quando opium, & insigniter stupefacit, & linguam commansum vrit, ac non leuiter ulcerat. Sic vero etiam quod Damocrates plurimum conterat, Mesues teri prohibet, non tamen, aut hic, aut is venit accusandus, multa profecto commista rebus alijs in usum antidoti assumuntur, qua seorsum assumpta insignem habent veneni potestatem; forte ergo psyllium, si seorsum contritum sumatur, necabit, quod alijs admixtum rebus, contrafractaque miscendo perniciose facultate, venenis aduersabitur. Haec igitur de proposita controuersia sint dicta. Quod enim superest, si Mesues Dioscorida, Hippocratis, & Galeni hoc in loco de ijs testimonium adducit, qua legere non est apud hos auctores; non hic tamen acrius accusandus est mendacij, ut enim supra quoque monuimus, constat multa Arabes ex Graecis habuisse deprauata, quare neque somniasse, aut commentum esse hunc probum virum ea vnquam dixerim, qua hic scribit, alioqui etiam neque Dioscoride, neque Hippocrate, aut Galeno sunt indigna, qua ipsis ascribit.

De Psyllio.

MANA. **G**Raeci Psyllium, Latini a Graeci nominis significato non recedentes, pulicarem herbam vocant, nec per os, nisi raro, aut hi, aut illi praebent, quoniam inter venena numerant: sed exterius tantum ad molliendum, adstringendum, & infrigidandum adhibent. **S**VBSTANTIA autem eius interior medullaris calida est, & sicca in quarto gradu & est de genere veneni. Venenum esse psyllium dicunt Graeci, non medullae ratione, quae sit, ut ille scripsit, in quarto ordine calida, sed ex frigore potius, quod in tota ostendit substantia: Secutus autem est Mesues in hac re, sicut in alijs multis. Auicennam lib. 2. cap. 1. Damocrates porro, auctore Galeni lib. 2. de Antid. iubet plurimum conterri in compositione cuiusdam antidoti. Est frigidum, & humidum in tertio excessu. Galenus frigidum in secundo, medium in alia scribit contrarietate, nec alicui, ut diximus, eius parti calorem attribuit. **Q**UOD ex eo conuassatum est cum aqua frigida solutione educit choleram. Hoc sic in aqua tuso, Dioscorides vult ad infrigidandum. **E**T conuassatum cum aceto confert apostematibus calidis. Cum rosaceo aceto, vel aqua, valere articolorum doloribus, tumoribus, post aures, panis, ramibus, umbilico procurrenti, & erysipelati, scripsit Diosc. & dixit Diosc. quod est in secundo, & veritas, inquit enim Hipp. in Epidemics, non eleuatur res frigida, iuncta cum humiditate ultra secundum gradum. Quomodo haec dixerunt Diosc. & Hipp. qui gradus vel ordines in medicinis non agnouerunt? Paulus frigidum in secundo, medium inter humectantia dixit, & siccantia quemadmodum, & Galen.

COST. **E**st, & de Psyllij semine non pauci momenti controuersia, Mesues porro intimam eius substantiam calidam, & siccam quarto ordine putat, quod sentire vi-

AN

CA-

CAPILLVS VENERIS.



De capillis Veneris. Cap. XXI.

A ui oppilationum, & solutiui ventris, & proprie qui ex eis sunt recentes: sicci vero sunt constrictiui, & prohibitiui fluxuum.

RECTIFICATIO.) Non est in eis malitia, debiliter tamen purgant, sed confortant operationem eorum violæ, scilicet, & casia fistula, & tereniabin, & infusio eorum in aqua casei vigorat eos in soluendo. De decoctione autem modicum sustinent.

POSSE.) Solutione educunt choleram, & phlegma, & humores crassos, & imbibitos; & mundificant pectus, & pulmonem, & educunt materias contentas in eis, & mundificant sanguinem, & clarificant eum, & clarificant colorem: & faciunt acquirere bonitatem anhelitus: & mundificant stomachum; ventrem, & hepatis, & conferunt dolori eorum, & sunt medicina bona oppilationum hepatis, & splenis, & icteritiæ, & proprie agriudinum omnium oppilationum, & proprie infusio eorum in aqua apij, & endiuia, aut in aqua cicorum nigrorum, aut in aqua seminum quatuor, aut in aqua lactis proprie: & delent cum oleo chamæmelino ferofulas. Et valet syrupus eorum pleuresi, & peripneumonia, & sunt prouocatiui vrinae. Et vsus decoctionis eorum frangit lapidem. Et purgat matrices foetarum. Et hoc est de posse eorum, & de eo, quod pertinet ad eos partibus calidis. Sed ex parte stypticis, prohibet eursum materierum, & abscondunt sanguinem, & confortant stomachum, & ventrem, ne recipiant superfluitates. Et prohibent casum capillorum, & confortant radices eorum: immo faciunt eos crescere, & multiplicare eos in locis vbi oportet, & proprie cum oleo myrtino, aut oleo landani, & vino styptico, & puluis eorum adustorum etiã facit similiter. Et abluitur etiam ex decoctione ipsorum cum vino caput, & abscondit surfures: & simile fit ex cinere ipsorum, & cinis ipsorum sanat fistulas lachrymales.

DOSIS.) Potio decoctionis ipsorum quando quaritur per ipsos solutio per ventrem, est circiter libra vna.

De Adianto. Cap. XXI.

ANT.

C Apillus veneris dicitur apud quosdã capillus fontium, & dicitur capillus hominis nemoralis, & ab alijs dicitur coriandrum putei, & est herba, cuius folia sunt similia folijs coriandri, viridia, & tenuia, cuius stipes est in longitudine circiter medium cubitum, & sunt sicut pili porcini, & sunt in colore intra rubedinem, & nigredinem, sed magis declinant ad nigredinem, & proprie iuxta radicem eorum: & quanto magis procedunt ad nigredinem declinant, & sunt sine floribus, & eorum ortus est in puteis, & fontibus, & locis aquarum.

ELECTIO.) Meliores sunt qui viridia habent folia, qui vberiores sunt secundum omnes partes plantæ ipsorum. Subtiles vero, & graciles, & declinantes ad citrinitatem non habent spiritum.

COMPLEXIO, & proprietates.) Dixit Galen. iuxta temperamentum est eorum complexio, sunt autem compositi ex partibus aqueis, & terreis, & subtilibus mediocriter, à quibus inest eis stypticitas, & ex partibus subtilibus calidis valde, propter quod virtus eorum cito resoluitur: debilis enim virtus in debili subiecto cito tollitur. Sed adhuc etiam calidæ partes sunt posita in superficie, quare vehementius fit illud, quod videtur ostendere complexionem ipsorum declinare ad latus caliditatis: quamuis dicat Galen. ipsos esse æquales. Et inest eis ex partibus calidis in ipsis, vt sint resolutiui, subtiliatiui, aperi-

D **A** diantũ albũ, capillus Veneris, vel hominis nemoralis, vel fontium, vel coriandrum putei dicitur, folijs est coriandri, viridibus, tenuibus, cauliculis tenuibus, bitalibus, setarum porcinarũ nõ tenuibus, colore ex rubro nigrescente, praesertim circa radicem, & vbi iam adoleuerunt, sine flore, in puteis, fontibus, & aquosis, temperatus est, aut temperato proximus, constat instantia aquea, & terrea, sed tenui modice, eaque styptica, altera vero superficialia calida tenui admodum, ob quam virtus eius facile resoluitur, quia virtus imbecilla à subiecto imbecillo propte dissipatur, hæc autem tenuant, obstructa aperiunt, digerunt, ventrem soluunt, praesertim recentes: sicci enim constringendo fluxum sistunt, bilem vero flauam, & pituitã ventre toto, & hepate, humores-

SYLV.

Adiantum al-
bum, vulgo ca-
pillus Veneris
dicitur.

Greci nullam
vni progere-
riam tribuunt.

Mesua.

K a que

DE SIMPLICIBVS

que crassos, quamuis imbibitos etiam ex thora-
ce, & pulmone sreatu educunt, respirationem
ob id liberiores reddunt, sanguinem clarum
reddunt, & inde colorem commendant, & parti-
um predictarum dolorem leniunt, obstructio-
nes hepatis, lienis, tollunt, ob id ictero, & morbis
omnibus obstructionem sequentibus, infusi,
praesertim aqua apij, & intybi, aut decocto cice-
ru nigrorum, aut seminum quatuor, aut sero la-
ctis. Cum oleo aut chamameli strumas delent.
Syrupus ex his, pleuritidi, peripneumonae pro-
dest, urinam mouet. Decoctum eorum calculum
frangit, purgat verum a partu. Parte vero
styptica fluxiones cohibet, sanguinem sistit,
ventriculum, & ventrem reliquum roborat, ne
excrementa prompte recipiant, roborat etiam
capillorum radices, ob id eorum destiuum si-
stunt, quinetiam pilis partem replet, praesertim cum
oleo myrtino, aut oleo ladani, & vino styptico.
Idem praestat puluis eorum vltorum, cinis ip-
sorum vel decoctum ex vino surfures abigit lo-
tione, fistulas lachrymantes sanat. Imbecillita-
tem eorum purgando corrigunt violae, casia fi-
stula, manna, serum lactis. Paruam sustinent de-
coctionem. Meliores sunt bene habiti, folijs vi-
rentibus: strigosi enim, & stantentibus folijs
inutiles. Datur decocti ad aluum subducendam
libra i.

† Spatū san-
guis. Dico. po-
ta. ex vino vi-
tricum rolo-
runt eidem a-
d. Prax. tunc
cum lictio. fa-
nat. Dico.

De Capillis Veneris.

MANA. Adianton a Graecis dicitur, quia ut Theophrastus,
& post eum Plin. scripsit, aquas respuit persasum,
mersamq; dicitur Callitricho vel Polytrichon ab ef-
fectu, ut ait Plin. quia capillos tingit, et pulchros reddit.
Theophrastus & recentiores duo eius genera faciunt al-
bum, & nigrum. SVNT autem compositi ex partibus
aqueis, & terreis, & subtilibus mediocriter, a quib. in-
est eis stypticitas, & ex partibus subtilibus calidis val-
de. Nisi a duerbiū (valde) iunxeris voci, subtilibus: er-
ror erit in hoc loco manifestus, et ipsomet Mesue te-
ste, qui ex Galeni sententia vix excedere eos tempera-
mentū dixit, sed forte melius est addere negationem,
et legere, non valde. ET solutiu ventris) Authoritas,
ratio, experimentum falsam esse hoc comprobant: sic-
cat enim adianton, attenuat, discutit, inquit Gal.
& Paulus. Auer ait Gal. dixisse quod aluū adstringit,
nouos medicos, quod purgat. Dioscorides ipse aperte
dixit, quod aluum sistit. Mū dicitur pectus. Per sreatu-
tū dixit Gal. ET abscondit surfures. Dioscorides ad-
dit, et achores cum lixiuo. Frangit lapidem. Praecipue
nigrum, inquit Plin. eaq; de causa dicit saxifragū. Et
delent cum oleo chamamelino scrofulas. Nō addit
Diosc. oleum, sed dixit absolute, quod strumas discuti-
tur: quod etiā pariter scripsit. Gal. Abscindunt sangui-
nem. Sanguinis sreatum ait Diosc. Et confortant
stomachum. Dioscorides poti cum vino.

COST. Adiantum ponit Mesues inter aluum subducentia:
Graeci contra cohibere aluum omnes consentiunt.
Nobis vero, quum constet adiantum multiplici (ut hic
scribit) substantia, & aquea, & terrena, & tenui: sunt
autem tenues, aquea, & quae caloris quidpiam retinent,
in superficie sita: versimile videtur harum ratione,
quarum, & vrina, & menses cientur, & lapillis renes
expurgantur, aluum quoque subduci, ut Arabes aiunt,
sicuti, & terrestrium gratiam eandem sibi par est, quod
Graeci asenerant, atque hoc profecto nobis dicitur ratio:
an vero etiam experientia astipuletur, sicuti ipse pro-

E sus non affirmarim, ita neque plane negare ausim. sub-
scribunt auctori nostro, & Mesuae testimonio Auic.
2. Canon. seu Aben Mesua, ut ait Serapius, atque alij me-
dici, ut Auer. scribit. Coll. Et hos ut a prioribus me-
dicis dissentirent, indultos esse non contradicendi studio,
sed experimento ipse quidem dixerim. Alioqui etiam
quis ex Mesua aduersarijs de adianto Arabico pericu-
lum fecit? quis ignorat differre solum a solo? Non sa-
tis ergo (meo quidem iudicio) sapienter faciunt, qui a
magnorum scriptorum sententia tam leuiter discunt,
aut in euertenda eorum autoritate tam studiose labo-
rant. Sed haec satis. Quod reliquum est, quum ait auctor
[& ex partibus subtilibus calidis valde] seu adijcias
negationem, & legas calidis non valde, seu transposi-
tis verbis legas [& ex partibus subtilibus valde, cali-
dis] vindicabis a controuersia Mesuem. Est autem eius
generis error, qui & saepe, & facile in scribendo conuenit.

De Asaro. Cap. XXII.

A Sarum est radix herbae montanae, cu-
ius folia sunt angularia, sicut folia he-
dera: & flores eius sunt sicut flores
hyosciami: & est tota planta eius aro-
matica, & mordicat gustum.

ELCTIO. Melior pars plantae est ra-
dix: & melior radix est, quae est crassa, ipsa, & cu-
ius odor est subtilis, & sapor acutus cum styptici-
tate modica.

COMPLEXIO & proprietates. Calide com-
plexionis est, & sicca in tertio: & dixit Diosc. est
in secundo calidum, & sicca in tertio, & est qua-
si verius, & est subtiliatium, aperitiuum oppi-
lationum, resolutiuum, prouocatiuum, & in ip-
so est stypticitas modica.

RECTIFICATIO. Melius cum quo mi-
scetur ad solutionem faciendam est aqua casei cum
spica, & aqua mellis, & quidam infundunt ex eo
aliquid in musto, & conseruant in vase per tres
menses: & est illud vinum medicina ad hydropi-
sim, & splenem. Sustinet autem asarum de deco-
ctione, & contritione rem mediocre, & labo-
ratio in contritione ipsius facit magis prouoca-
tiuum quam solutiuum.

POSSE. Est ex rebus facientibus vomitum,
& educentibus per ventrem, & cum hoc
etiam est prouocatiuum urinae, & educit chole-
ram, & phlegma. Sed de eius operatione in phleg-
mate est manifestius. Et educit ex anchis, & inun-
cturis materias, & confert doloribus earum, &
proprie infusio eius, & etiam alij modi admini-
strationis ipsius. Et est ex bonis rebus, in quibus
est spes iuuamentorum ad oppilationes hepatis,
& splenis, & duritiem eorum, & morbos oppila-
tionum, sicut est hydropsis, & icteritia, & duri-
ties splenis, & proprie vinum infusionis eius,
quod dixi, & confert iuuamentum magnum fe-
bribus oppilationum, & febribus antiquis, & inun-
gitur dorsum, & spina ex oleo ipsius cum lauda-
no, & facit sudare. Confert horripilationi fe-
brum, & prouocat urinam, & in spermate aug-
mentum efficit.

DOSIS. Eius infusi potio est ab aur. 2. vs-
que ad drack. 4. & pulueris eius a drachm. 1. vs-
que ad aur. 2.

ASA-

SYL
Mentia
randa
interae
Dico.
† Cyni
fuo. sed
vill. Me
fari. re
belloni
mō. pot
& alia
Habr. C
De Dico
Plin.
vnt. 3. n
lominis
mū. et 7
ad istum
lytopen
chidam
25. vor. 7
Dico.

MAN

A S A R V M.



De Asaro. Cap. XXII.

A SICVT foli hederæ.) Adde, sed minora, & rotundiora, ex Diosc. SICVT flores hyoscyami) Sicut cytini, non sicut flores, ait Diosc. in medio foliorum apud radicem purpurei, odorati, semen in floribus acinosum: coliculi angulati, sub asperi: radices multæ, geniculate, tenues, obliquæ graminis similes, multo ramentu tenuiore, odore cinna momum referentes. Electio.) Optimum nasci, ait Plin. in Põto, proximum in Phrygia, tertium in Illyrico: Galen. solam radicem vtilem esse dicit. COMPLEXIO.) Diosc. vt sæpe dixi, gradus in medicinis non distinxit. Gal huic medicinae non ascribit, sed cum dicat easdem acoro vires habere, sed fortiores, quam posuit calidam, & siccat in tertio ordine, sequitur hanc quoque, vel saltem in tertio ordine collocandam: QUIDAM infundant ex eo aliquid in mustum.) Dioscorides miscet vncias tres in heminis musti duodecim, & dat ad lotium, intercutem, coxendicem, & icterum. POSSE est ex rebus facientibus vomitum.) Crateus, Dioscor. & Plin. purgare aiunt eius radices, helleboui albi instar. Multas quoque alias vires ei adscribunt. DOSIS eius vsque ad drachm. iij.) Diosc. dat pōdus drach. 7.

IN asaro purgatricem vigere facultatem docemur experimento, & eius meminit ex Græcis Diosc. quam tamen ignorasse Galenum dicat, qui in hie-ra picra compositione nihil esse purgatorium præter aloen literis commendauit. In reliquis nihil est, quo Græci Arabibus non consentiāt. Quamquam enim Diosc. huius flores, cytino hyoscyami similes facit; sunt tamen, & eiusdem hyoscyami flori non dissimiles: neque Serapion, neque Auicenn. aut Mesues ob id Græcis aduersantur, quod flori, non autem cytino compararint. Quod autem in assignanda huus medicamenti temperie Mesues gradum Dioscoridis testimonio tertium constituat, illo alioqui gradum nunquam assignante; vt supra quoque diximus, hunc calumniæ dignum non facit, cui castigatorem librorum copiam non admodum suppeditasse certo scimus.

COST.

De iure gallorum. Cap. XXIII.

G Allorum, & gallinarum iuuenum mediocriter pinguium nutrimento præponitur. Sunt enim propinqua conuersionis in sanguinem, & paucarum superfluitatum. Sed caro gallinarum est melior carne gallorum nisi castratorum, & nigriores ex eis sunt meliores, & leuiore, & ex gallinis melior est, quæ nondum peperit, & ex gallis, qui nondum calcavit. Decrepti autem acouantium carnes malæ sunt, acquirunt enim nitrositatem, & falsuginem, & proprie gallorum, & non competunt in reciborum, sed potius in re medicinae, & propriae ius gallorum, & est illud, quod hic consideramus.

ANT.

ELECTIO.) Melior gallus adhuc vsus est sicut dixit Gal. qui est rufus antiquus: immo quanto antiquior, tanto melior: & qui est velox ad motum, & ardens ad coitum, & fortis ad dimicandum, in quo sit mediocritas inter macredinem, & pinguedinem.

COMPLEXIO, & proprietates.) Ius galliantiqui est calidum propter nitrositatem, & falsuginem. Et est lauatiuum, abstersiuum, aperitiuum, ventositatum extenuatiuum, & pro-uocatiuum, & solutiuum naturæ.

Mesue. H ; R.E-

SYLV.

Asarum. & rotundiora. hederæ. Diosc. Cytini. Diosc. foli. sed etiam rube. Mes. Asari. rad. c. helleboui albi. mesue purgat. & alia præparat. Crateus. Dioscorid. Plin. Asari. vnc. 3. musti heminis 12. misce. Diosc. ad lotium. & hydropem. icterum. vnc. 7. dat. Diosc.

A Sarum herba montana, folijs, vt hederæ angulosis, & floribus hyoscyami. Tota planta est aromatica, & gustum mordens. Radice præcipua, præsertim magna, odore tenui, sapore acri, & parum styptico. Calida sicca ordine tertio, vel potius cum Diosc. calida secundo, sicca tertio. Tenuat, resoluit, obstructa aperit hepatis, lienis, & horum duritiem soluit, & affectus alios inde natos: febres putridas, & diuturnas, icterum, hydropem præsertim vino infusum. Purgat vomitu, & deiectione, & vrinis bilem, sed pituitam manifestius, etiam ex ilibus, ischio, & alijs articulis, ob id harum partium dolores mitigat, præsertim infusum, vel aliter exhibitum. Oleum asari cum ladano spinæ illitum sudores mouet, & rigorem febrilem inhibet. Vrinas mouet, semen auget. Valētius agit cum sero lactis, spica, & hydromelite. Mustum his radicibus conditum post tertium mensem hydropes, & splenē sanat. Mediocriter coqui, & teri potest, & quo tenuius est tritum, eo magis vrinas mouet, minus autem aluum ducit. Datur infuso ab aureis duobus ad drach. 4. puluere autem à drach. 1. ad aureos duos.

Validiorem asarum acoro calido, sicco gradu tertio Galen. scrib.

De Asaro.

MANA: A Saron ideo vocatum videtur, quia in coronas non adderetur. Dioscorides herbam coronariam dicit, errore, vt credo, scioli cuiuspiam librarij, bacharem Asaro miscens, quod nunc etiam vulgus.

DE SIMPLICIBVS.

RECTIFICATIO. Operatio iuris gal-
lorum secundum, quod Gal. docuit, est in hunc
modum: oportet, vt cibetur gallus fursure, Al-
Kanzi dixit, & melle, & pauco sale, post illud fa-
rigetur fatigatione ducente ad lassitudinem. Et
dixit etiam AlKanti, quod melius est, vt fatiget-
tur dimicando. Deinde absindatur caput eius,
& euisceretur, & saliatnr sale, aut sale gemma, &
decoquatur in aqua sufficiente cum facilitate,
vsque ad consumptionem duarum partium a-
quæ. Et sunt quidam, qui ponunt in decoctione
eius alia secundum diuersas intentiones.

POSSE. Miscetur decoctioni eius turbith,
cartamus, & solutione educit phlegma. Cum
polypodio vero melancholiam educit, & simili-
ter cum epithymo. Et cum semine anethi ex-
cludit, & carminat ventositates. Et coctum cum
sale gemma, & dauco, & anetho, & polypodio,
confert dolori stomachi, & colicæ, & iliacæ, &
dolori renali. Et confert doloribus iunctura-
rum. Et valet similiter ad eadem etiam coctum
cum cartamo anetho, & sale gemma, & con-
fert asthmatis: aut cum halsce, & hysso, & valet
similiter.

DOSIS. Potio ipsius est circiter lib. 2.

De iure gallorum. Cap. XXXIII.

SYLV.
Ius Gallorum
alium subdu-
erit. Gallinarum
astringit Gal-
len.

Gallorum, & gallinarum iuuenum me-
diocriter pinguium caro, alimenti est
inter aues optimi, quia facile in fan-
guinem vertitur, & parum excremen-
tosa est. Caro autem gallinarum est melior, quam
gallorum, nisi sint castrati. Nigrarum quoque,
& quæ nondum pepererunt, est melior, & leuior,
vt gallorum, qui nondum coierunt. Decrepi-
torum autem præcipue gallorum caro nitrosa,
& salsa, cibo inepta, medicamentosa est iure suo
maxime, potissimum vero gallorum ruforum,
quia ad motum sunt alacres, ad coitum ardentes,
ad dimicandum fortes, obesorum, & macrorum
medij quoque; vetustiores, eo magis sunt medica-
mentosi Gal. Id ius ob nitrosam, & falsam substan-
tiam calidum est, lauar, terget, tenuat, flatus dif-
sipat, cum semine anethi, vel dauci, & polypo-
dio, & sale gemmæ coctum: & dolorem ventri-
culi, coli, ilium, renum, à flatibus ortum sedat,
obstructa aperit. Purgat pituitam, quidem cum
turbith, & cnico, ob id confert arthriticis dolo-
ribus ex hac natis; melancholiam vero cum epi-
thymo, & polypodio; & cum iisdem atque thy-
mo, hysso, anetho, & sale gemmæ, arthriticis
confert. Gallus autem fursure à Gal. nutritus,
alijs etiam melle, & pauco sale, plurimum fati-
getur, vel à nobis venantibus, vel potius demicando
decapitatus, & exenteratus cum sale, aut sale
gemmæ, igne lento, aqua sufficiente coquatur
ad duarum aequæ partium consumptionem, alijs
atque alijs simul incoctis pro varijs medicorum
scopis. Potatur eius decoctum ad lib. 2.

De iure.

MANA. Gallorum ius venter laxat, gallinarum adstringit,
ait Galen. ἰσχυρὸν καὶ ἀσθενῶν ἐπιμαρτυροῦν. Marcellus

Et tamen in Dioscor. aliter interpretatur. Decoquatur
in aqua sufficiente. In sextarijs xx. vt Dioscorides,
vel tribus congijs, vt Plinius: & reducatur ad tres co-
tylas.

MISCETVR decoctioni eius Turbith) Qui-
dam (dicit Dioscor.) Braslicam marinam coquunt,
aut Mercurialem, aut Cartamum, aut Polypodium,
educitque humores crassos, crudos, tenaces, nigros, et
valet febribus antiquis Plinius, pro clare medetur ve-
nenis serpentum, torpentibus membris, tremulisque
capitis doloribus, epithoris, inflammationibus, fa-
stidijs, incipienti tenasmo iecitori, renibus, vesicæ,
cruditati, suspirijs.

Ius vetusti galli subduere alium testantur. Graciam
ines medici, atque Arabes. Eius autem parandi modum
Dioscorides trahit, quem pro Gaenio hic à Mesue, &
ab Auicenna citari puto, quando in Galen., quæ extant
monimentis de hac re nihil videtur tamen esse aliquid,
quod ab illis explicatum desideres. Quamvis enim Dio-
scor. & ex eo Auic. lib. 2. Can. abiectis Galli capite, ac
visceribus, & indito ventri pro visceribus sale, ac con-
futo, in sextarijs aquæ viginti ad tres heminas coquen-
dum doceant; illud tamen scitu dignum, an pro integro
galli corpore, quale ij volunt, discertas in frustra car-
nes præbet usurpare: tum si etiam integrum illud su-
mendum sit, quale nam sal iniiciendum, crassumne an
tenue; an item statim vbi repletum est sale, igni com-
mitti debeat, an potius tantisper desistendum, vt in inti-
mas carnes sal penetret: & rursus an ea aqua men-
sura, quam præscribit Dioscorides, opportuna sit, an ve-
ro potius cotyla viginti satisfaciant; vt iubet secundo
loco Auicenas, vel non tam certo seruatopondere,
tantum aquæ sumendum sit, quantum satis videatur,
vt ait Mesues tandemque; quæ decoctioni præscribendus
sit modus; an vt ad tres cotylas aqua absumatur, quod
illi præcipiunt, an vt ad tertias, quod Mesues, an quid
aliud. Sunt hæc omnia scitu non inutilia. Itaque si nobis
proferre aliquid hac de re liceat, quando eam deter-
gendi vim, quæ gallo ob salsum eius succum inest, adie-
cto sale adiungere medicus studet; profecto quo magis
imbutæ sale fuerint eæ carnes, eo maiorem quoque in ijs
futuram illius vim constat, fiet veroid maxime, si gal-
li corpore in minutas partes dissecto, vt basale, & eo
quidem tenuissimo, obruta aliquantulum permantant,
permiserimus: ita enim, & sal ob sui tenuitatem faci-
lius liquatur, & ipsa quoque carnes sal, quo circumquæ-
que ambiuntur, in vniuersam sui substantiam promptius
excipiunt: vt parum interiecta truum, aut quatuor ho-
rarum mora, vim salis quasi connatam longe maiorem
habitura sint, proptereaque ius ad eam præstandam ope-
ram longe efficacius redditura, quam exquirimus. Ita
quidem, quum Mesues sale, aut gemma, id est, vulgari,
aut gemmeo sale salendum dicat, & vulgatam quo-
que condiendarum sale carnum rationem sequendum
innuere suspicari possis, & omnem parandi eius iuris ra-
tionem ad vulgarem fere morem instituire, quanquam
enim, si ad Dioscoridæ institutum integrum gallum sa-
le repleas, & repletum coquis; non diffido salis vim in
intimas vsque carnes, atque ex ijs in ius facultatem
omnem carnum simul coquendo peruenturam: at si eas-
dem tamen carnes, vt à Mesue, & Auicenna docentur,
verberatas, in frustula diuisas tenuiori sale operiamus;
fiet, quidem, tum vt altius eius vis subeat tum vt ignis
calori quoque versus diffundendo magis pateant via, id
quod ad celeriore decoctionem maxime pertinet, ac
fortasse etiam ad facultatem iuris, ne diuturni ignis vio-
len-

lencia dissipetur, conseruandam. licet enim salsugino-
sum illum succum, ut qui terrenus est, coquendo non
absumi, imò etiam adiuuari certus sim; at eas tamen,
quæ illis carnibus, simul cum terrena substantia partes
insunt tenuiores, & hominis natura magis familiares,
dissolui necesse est: huc vero, id etiam spectat, quod
quum ad ita diuisas carnes minus aquæ, quam ad inte-
grum galli corpus decoquendum exigatur, maiorem
quoque gratiam hac de causa ius sit habiturum. Ergo
si hoc constitueris, de aqua itidem mensura, & termino
decoctionis, quid faciendum sit, facile apparbit.
Quum enim Mesues, iubens, quod satis aquæ est ut su-
mas, vulgatam coquendarum carnum proponat ra-
tionem, vulgarem is quoque de aquæ mensura admonet
ut sequaris coniecturam: alioqui etiam, quum longe ma-
iora, minorave alia, alijs galli sint corpora, certum aquæ
pondus cum incerto carnum pondere præscribere nul-
lus recte possit. Sed & illud certum est, ac longo iam
usu obseruatum, sextarios viginti aqua, qui libras cir-
citer trigintatres, & uncias quatuor pendunt, ad quin-
que carnum libras (quod serè pondus est exenterati
galli) modum longe excedere id, quod fortasse, quum
obseruasset Auicennas, pro sextarijs cotylas, id est li-
bras sexdecim, & uncias octo secundo loco reposuit.
quam profecto mensuram illi, quam vulgus in coquen-
dis durioribus carnibus seruat, nõ admodum dissimilem,
tunc ut obserues hortor, quando integrum decoque-
re galli corpus volueris cum Dioscoride, & Auicenna. Erit
vero id etiam (me consultore) non crasso, at tenui op-
plendum sale; atque non statim ubi iniectum ipsum sal
fuerit, sed interposito aliquot horarum spacio, quod ad
sal in vniuersum corpus excipiendum satis fore conie-
ceris, discoquendum. Satisfacit tamen nobis illud ma-
xime, ut diserpta in minuta frustula carnes, (abiecta
etiam cute, qui tum ob sua densitatem, crassitiemq; salis
vim minus prompte admitti in interiorem substantiam,
tum ob pituitosam, tenacioremq; sui naturam ad deter-
gendum inutilis est) ubi horas serè quatuor tenuissimo
sale operata fuerint, eo deterso sale, quod reliquum ea-
rum corpori insiderit, in usum sumantur, ea illis affusa
aqua, quam conieceris fore satis, ut illæ dissoluantur,
ac colliqueant, tertia aque portione superstitit; id quod
quidem, qui semel, bis ve periculum ea de re fecerit,
facile assequetur. Hinc vero etiam, qui terminus co-
ctiois ponendus sit, patet: si enim, quicquid ijs carni-
bus falsi inest, extrahendum est in ius: ut itidem dissol-
uantur necesse est. Hæc igitur studiosis non præscribimus
quidem, sed tantum an ad medicina usum conserre ali-
quid possint, prudenter expendenda proponibus, ut ne
illud quoque prætereamus, si quis ita sale conditas car-
nes vitrea cucurbita inclusas citra liquoris alicuius ac-
cessionem absumi curarit, futurum maioris fortasse usus
artificium: atque illud, si medicamentorum quoque alio-
rum ex Mesue institutione facultas cum iure galli ex-
quiritur, vel quidem ea ipsa simul cum omnibus posse
decoqui; vel certe etiam (quod maxime arridet) in con-
fecto iam, & expresso eo ipso, de quo diximus, iure in-
fundi; ac deinceps postquam debitum tempus serbuerit,
quod fuerit expressum, in usum duci. At vero quum ex
veterum gallorum iure subdaci aluum, ita omnes con-
sentiant, de gallinarum iure quæstio est, an eandem cobi-
beat. Galien. num. 11. simpl. med. *iniquitate dicitur*
iure; hoc est retentricis facultatis esse ait, gallinarum
ius simplex; gallorum autem *iniquitate*, id est subdaci
iure. Contra tamen neque ratio ulla suppetit, neque
experimentum astipulatur, aut vllius auctoritas Gale-

no hac in re suffragatur. Fuisse ergo nostra tempestate
qui incidisse in Galeni verbis mendium, ac pro *iniquitate*
retentricis, legendum putent *iniquitate*, hoc est at-
temperantis facultatis. commendatur enim ius galli-
næ pro attemperandis humoribus à Dioscor. ut ex anti-
quiss. codice videre licet; in vulgatis namq; contexti-
bus, id non legitur. Confirmatur etiam hoc Serapio-
nis auctoritate lib. simpl. qui tum ex Galeno, tum ex
Dioscor. vim attemperatricem, id est (ut verbis utar
eius interpretis) vim, quæ rectificat complexionem cor-
poris, gallinarum iuri ascribit. Ita autem, & Auic. 5.
Coll. ita, & Auic. 2. Can. pullorum ius stomachi sedare
inflammationem testatur. Ceterum, ut demus, nihil aliud
quam temperandi facultatem gallinarum iuri ascripsisse
Galen. de immutanda tamen vulgata lectione non as-
sentirem. *iniquitate* potius vocem attemperatri-
cis interpretari velim, quo pacto etiam *iniquitate*,
B temperamentum conuertitur: alioqui certe quum mul-
ta Galeni ego loca adierim, in quibus de sistenda alua
meminit, hac cum voce usum nunquam animaduerti-
dixisse autem potius, valere *iniquitate*, et *iniquitate*,
aut *iniquitate*, vel quid tale.

De Volubili. Cap XXIII.

Volubilis plures sunt species. Est enim
quædam, quæ dicitur funis arborum,
cuius flos est albus, & est sicut tub, &
habet lac, & vocatur volubilis ma-
gna. Et est alia, cuius rami repunt super terram,
& super ramos plantarum, cuius folia, & flores
sunt minores, & dicitur volubilis minor. Et est
alia habens folia subalbida, lanuginosa, & habet
lac, & est species tertia. Et est habens folia aspera
sicut folia citruli, cuius flos est sicut ampullæ ad-
hæretes, & vocatur lupulus, & est quarta species
eius, cuius radix est sicut fescirefin, & magis cras-
sa, immo est crassitudo eius in modum cucurbitæ
maioris, & eius stipes eleuatur super radicem
suam circiter cubitos duos, & folia eius sunt stri-
cta parua in modum sagittæ alata, quæ ex leui
causa fluunt, & habet lac: & vocatur dominus
lacticiorum. ex ea fit scammonia.

ELECTIO. Melior duarum specierum est
magna, & habens folia in modum sagittæ alata,
& melior est, quæ nascitur in locis temperatis
remotis ab excessu.

COMPLEXIO, & proprietates. Inquit Diosc.
Magna est æqualis, declinat tamen ad calidita-
tem quamquam, et est sicca in secundo: et est re-
solutiua, maturatiua, aperitiua, absterfina, so-
lutiua. Lanuginosa vero est calida in excessu, vl-
ceratiua, incisuiua. Sagittalis vero calida, et sicca
in secundo, et dixit Gal. est in principio tertij, et
est resolutiua. Lac vero eius est in sine ipsius, et
est acris, et eius acrimonia non est in vehemen-
tia lacticiini maioris, et est in qualibet parte plā-
tæ eius acuitas, et ferrositas, sed plus in lacte ip-
sius, et est in ea absterfio, resolutio, ut nos loque-
mur de scammonia in capitulo suo. † Lupulus
vero est æqualis, ad frigiditatem declinans, et
dicitur, quod est in principio primi, et est verius,
est autem sedatiuus dolorum calidorum, extin-
ctiuus inflammationum, et lenitiuus.

RECTIFICATIO. Magna aperitiua ve-
na-

* Et est rubra
(sic) Ita he-
gendum. de-
scribit enim
scammonia
a lupulis diuer-
sam.

OST.

DE SIMPLICIBVS.

narum: propter quod miscendum est cum ea aliquid ex tragacantho, et mastiche, et rectius, quod vigorat operationem eius, est aqua casei cum spica, et mastiche. Ex sagittali autem non propinatur ad soluendum nisi coagulum eius, et est scammonia. Lanuginosa vero prorsus vitanda est: solutione enim educit sanguinem, et est sicut venenum.

POSSE. Lanuginosa sanguinem educit exco-riando. Aspera vero, & est lupulus, educit de cholera citrina rem aliquam, & mundificat sanguinem ab ea, & clarificat ipsum, & sedat ipsius inflammationem, & affert ei iuuamentum magnum infusio eius in aqua casei. Et tyropus eius remouet icteritiam. Et o quam parum vtuntur medici nostri temporis eius administratione, est sit medicina bona. Et ipsa quidem, & succus eius cum sauch hordei sedat dolorem capitis calidum, & confert calefactioni stomachi, & hepatis, & syrupus eius confert febribus cholericis, & sanguineis valde. Magna vero solutione educit choleram adustam cum facilitate, & aperit oppilationes hepatis, & meseraicarum. confert icteritiam cum succo apij, & endiuia, aut cum aqua casei. Confert hepatis apostematam calido extrinseco, & proprie cum sauch, & oleo rosaceo, & aceto, & sedat sodam antiquam, & proprie cum oleo rosaceo, & aceto, aut chamamelino, & succus eius ex eis est, quae sanant vlcera in aure, & est ex medicinis pectoris, & pulmonis, mundificans ea a superfluitatibus, & confert asthma valde, & confert febribus longi temporis, & proprie febribus oppilationum, & eis, quarum materia est cholera citrina. Ex radice vero sagittalis fit emplastrum ex oleo rosaceo, aut chamamelino, & sedat sodam frigidam antiquam, & curat hemicraniam.

DOSIS. Potio decoctionis magnae est circiter vnc. 4. & infusionis eius in aqua casei potio est circiter lib. j.

De Volubili. Cap. XXIII.

SYLV.
Cistampeller
videtur Diosc.
Gal. Pauli.

Volubilis multae sunt species. Vna enim est magna lactaria funis arborum dicta, flore albo, campanae amulo. Dioscoridi est temperata, vel paulo calidior, sicca ordine secundo, resoluit, maturat, terget, soluit, aperit orificia vasorum, ob id datur cum tragacantho, mastiche, spica nardi, sero lactis, obstructionem venarum meseraicarum, & hepatis liberat, ob id sanat icterum cum succo apij, & intybi, vel sero lactis: bilem vltam clemeter purgat: ob id febres putridas, praesertim biliosas, diurnas, thoracem, & pulmonem excrementis repurgat, ob id asthma confert, phlegmonem hepatis externam iuuat, praesertim cum polenta, & oleo rosaceo, & aceto, cephalalgiam antiquam, praesertim cum oleo rosato, aut chamamelino, & aceto, succus eius aurium vlcera sanat. Secunda est parua, folijs, & floribus minor, super terram, & aliarum plantarum ramos serpit. Tertia etiam lactaria, folijs subalbis, lanuginosa, immodice calida, in-

videtur sero.
quoniam.
Percussus hederam
est perij. quoniam

cidit, vlcera, & ita soluendo sanguinem educit, ob id prorsus vitanda, tanquam venenosa. Quarta est folijs citreoli modo asperis, flore foliaceo squammatis compacto [quod sicut ampullae adherentes, male vertit interpretes.] lupulus vocatur, temperatus, vel potius frigidus principio ordinis primi. Sanguinem bilem flaua modice purgat, eumque clarum reddit, & sedato eius calore temperat, praesertim sero lactis infusa icterum tyropus ex eo sanat, febribusque biliosis, & sanguineis prodest, ipsa quoque, & succus eius cum hordei polenta cephalalgiam calidam sanat, & ventriculi, ac hepatis intemperiam calidam, eumque tam sit efficax medicamentum, mirari iubet, cur a nostrae tempestatis medicis in vsu tam raro habeatur. Quinta est radice bryoniae, aut maiore cucurbitulae magnae instar, caule bicubitali, folijs angustis, paruis, in sagitta pennatae modum figuratis, leui causa deciduis, laetis praeter ceteras facunda, quo fit scammonium: ob id domina lactariarum vocatur, calida sicca ordine secundo, vel potius cum Galen. tertij principio, in eisdem vero sine succo ipsius lacteus, idemque aber, & mordax magis, quam ceterae ipsius partes, minus quam tertia, tergetque ac resoluit, vt mox in scammonio audies. Haec & magna ceteris praesertitur, praesertim si ex locis sint temperatis. Huius denique radice cum oleo rosato, vel chamamelino emplastrum, cephalalgiam frigidam, & antiquam, ac hemicraniam sanat. Decocti prima dantur: vnc. 4. infusi autem in sero lactis libra vna.

elamatis a
ra Diosc.
Tinn. dicitur
& lupus sicut
dicitur.

Flora: hinc
cerosia lacer
na inodori
potentilla

Helixine
hebraea
multa
angust
ta. hinc
rebus
calida
Diosc.

De Volubili.

Inuenio apud Dioscoridem, Galenum, Paulum ca. de Helixine, quae videtur prima species hic posita, apud nos frequens, sicuti & Secunda Tertia, vt puto est Clematides. Quartam speciem videtur Plin. lib. 21. cap. 15. vocare Lupum. Legitur Lupi huius, vel Lupuli nomen, tertio libro de locis affectis, qui liber vulgo de interioribus inscribitur; sed litera corrupta est, probato, vel rubo, lupulum habens: sicuti & lib. 4. Therapeutices, vt nonae eius libri interpretationes manifestant. Graecorum vulgus Bryon nunc vocat, nostri Luertitium, quasi lupum vertitum. Complexio, & proprietates. Non id dixit Dioscor. quod hic ei adscribit, sed de triplici scripsit Smilace, leni, videlicet, aspera, & hortulana. Item de duplici clematide, & scammonio, quae omnia ab hac se circum voluendi proximi rebus proprietate dici Conuoluoli, vel volubiles possunt. Helixinem potam vim habere ventris purgatiuam, tradit idem Diosc. Lupulus est aequalis) Vires florum, quas in ceruisia ostendunt, satis calidos, & siccos attestantur, quibus rebus grauitas etiam odoris consentit. Videant igitur medici, qui Lupulos tantopere commendant, cui fundamento in-

MANA
Volubili
cies quatuor
Galeni
lib. de catarr
ribus calidior
tur.

Lupuli hinc
calida.

Volubilis nomine quum plures planta veniant Arabibus medicis; Serapion tres species facit: primam vocat cussus, & hanc triplicem esse ait; albam, nigram, & cacus: secundam ac sin: tertiam vero atbin nominat. His autem, si quis historiam Serapionis conserat Dioscorida, percussus hederam, quo graece uocatur intelligit; per acsin hexinem, per atbin elatinen; est autem

COST.
Arabibus medicis
Serapion tres species facit
primam vocat cussus
& hanc triplicem esse ait
albam, nigram, & cacus
secundam ac sin
tertiam vero atbin nominat
His autem, si quis historiam Serapionis conserat
Dioscorida, percussus hederam, quo graece uocatur
intelligit; per acsin hexinem, per atbin elatinen; est autem

autem Diosc. hedera trium specierum, alba, nigra, & belix, atque hedera ipsi belixine, & elatine comparantur. Hæc quum de volubilis scribat Serapion, Mesues noster eiusdem quidem h. storiam hoc in loco profiteatur; sed adeo tamen diuerse, & difficile rem tractat, ut quid sibi velit, paulo sit difficilius explicatu: perpendamus tamen ipsi diligenter singula, aliorum vero an bene senserimus, esto iudicium. Sane quum primam describit volubilis speciem, quam funem arborum vocari ait; putat Manar. belixinem indicari, nostra vero sententia, eam quam smilacem lenem quidam putant, intelligit; quam etiam, volubilem maiorem, & ipse, & pharmacopæi vocant; floribus albis, tuba ut noster codex habet, seu campana, ut Syluius vertit, non dissimilibus. Secunda species ipsa est belixine, smilax profecto leuior iam dicta, si belixine ipsi conferatur, sola magnitudine foliorum, & florum, ac longitudine ab ea differt; ut merito illa maior, hæc minor volubilis appellatur. Et si autem nonnulli sunt, qui primam illam speciem, maiorem; secundam autem minorem belixinem vocant; Dioscorides tamen neque de duplici belixine vsquam meminit, neque smilacem lenem. (si modo volubilis maior smilax est lenis,) belixines esse speciem putat, qui diuersis vtraque de re locis pertractat. Quod sequitur quum ait, (Et est alia habens folia subalbida lanuginosa, &c.) Hic Manar. clematida, alij elatinem intelligi existimant. Nos vero, si uti secundam clematida exulceratoria esse vi præditam scimus, id quod inuit, Mesuen de hac verba facere, scribentem quum de volubilium temperamento agit, lanuginosam calidam esse in excessu, ulceratorem, & incisiuam; ita quia neq; Diosc. elatinem; ulcerare scribit quamvis lanuginosam dicat; neque quid sit elatine inter herbaria peritis principibus adhuc constat; propterea priori potius sententia subscriberemus; quanquam neque id audeamus pro certo asserere. Sequitur quum ait, [Et est habens folia aspera, &c.] Hæc quarta est species, quam lupulum nuncupari dicit, omnibus nota, quamvis de hac alioqui vulgatissima planta, neque Græci, neque Arabes vno forsasse Mesue excepto verba fecerint. Postremo loco scammonium subiungit, de qua Diosc. & alij. His ita constitutis, (ut ad ea accedamus, in quibus accusatur Mesues) subiungit, [Melior duarum specierum est magna, &c.] Sane his verbis putant aliqui belixinem maiorem minori præponi, id est primam speciem volubilis, secundam: propterea quo de scammonia perperam verba interponi. Nobis vero præferre Mesuen videtur inter volubilium species eas, quæ magna sunt, hoc est, non belixinem tantum (ut aiunt) maiorem, sed & scammoniam, & lupulum, quæ & secunda, & tertia volubili sunt maiores, quare non temere, quum magnas volubiles paruis præferat, inter magnas scammoniam quoque ceteris præponit. Ait præterea (sagittalis vero calida est, &c.) Insurgunt hic rursus, & inconstantia Mesuen accusant, quia sequenti capite in tertio ordine scammonium ponet, eius vero plantam ipso acriorem faciet; contra tamen hoc in loco in secundo gradu, aut cum Galeno in tertij principio plantam ipsam, eius vero lac in fine tertij reponi affirmat, esset autem planta, si lacte ipso acrior est, quarto ordine collocanda, si modo hic sibi ipsi constat. Adde quod ijs verbis, quæ subdit, [Et eius acrimonia non est in vehementia lacticinij maioris] præferens acrimoniam lacticinij, maioris acridini scammonia, quum nihil sit aliud lacticinium maius, quam scammonia, hanc se ipsa minus esse acrem asserit, at-

que adeo scribit planè repugnantia: sicuti etiam quum subdit. [Sed plus in lacte ipsius] ijs aduersatur, quæ sequenti capite dicit, ubi scammonium, hoc est, lac plantæ huius minus acere faciet, quam plantam ipsam, cuius rei causam referet in artificium, quo dematur acrimonia. Verum ad hæc, paucis. Fatetur profecto in hoc capite Mesues scammonia succum, quod lac vocat, tertio ordine calidum esse, & siccum, quod etiam in sequenti capite: verum plantam ipsam totam, quam hic calidam, & siccam esse ait secundo ordine, aut in tertij principio ex Galeno; nusquam dicit esse succo ipso calidiorum, sed tantum in sequenti capite, condensato scammonio minorem inesse acridinem ait, quam plantæ ipsi, cuius rei causam in artificium refert: nempe quod ignea, acriores, & tenuiores ea partes, quæ in recenti planta vigeant, colligione, & exsiccatione euanescent. Quod si quis recentem plantam, quia acrior est, ob id calidiorum esse oportere contendat; dabo ego quidem lac recentis plantæ, & acrius, & calidius esse condensato succo; non tamen totam ipsam plantam esse calidiorum censeverim. Quæ autem pacto condensato scammonio lac sit calidius, quum tamen vtrumque in tertio calidorum ordine collocetur, non est difficile explicare, nempe quia Mesues lac plantæ huius in fine tertij ordinis ponit, si in medio eiusdem tertij succum ipsum condensatum reponas, non errabis meo quidem iudicio; sed acridinis illius imminuta differentiam apte indicabis. Ita ergo sedari potest hæc controuersia; sed & quod secundo loco obicitur, momenti est pauci, neque enim per lacticinium maius vnam, (quod putant) scammoniam, sed primam quoque eam scabram speciem intelligere sciet, de qua postea, illam enim tanta excellere acrimonia dicit hic author, ut viscera ulceret, alioqui certe, quando in describenda scammonia ad huius capitis initium, ipsam vocari ait dominum lacticiniorum, non ob acridinem, sed ob usum dici existimarem, quando ex stirpibus lac ferentibus nulla alia tanto in medicina est vsui ut scammonium, vel quod, ut Syluius ait, est hæc lactis præter ceteras facunda. De lacte vero huius plantæ, quod in sequenti capite minus esse acere, quam plantam ipsam dicit; hic autem maiorem ipsi acrimoniam inesse, quam in tota planta asserit; ex ijs, quæ diximus, constat nullam esse controuersiam, quando de concreto lacte in sequenti, in hoc vero capite de virentis adhuc plantæ succo verba facit, non parum autem recentem à concreto succo interesse, nullus arbor est, qui non intelligat. Sed hæc de proposita discordia sint satis. Quod enim postmodum obicitur Mesue, primum quidem lupulum, neque temperatum, neque primo ordine frigidum dici posse, ut hic author putat, ijs verbis [lupulus vero est, equalis, &c.] argumento tum ex effectibus, quos in ceruisia ostendit, reperit enim in caput vini instat, & inebriat; tum ex odoris grauitate, tum ex laxandi facultate: deinceps vero, quod volubili, quam magnam vocat, aperiendi venarum officia vis scribi non possit, ut hic ascribit ijs verbis [Magna aperit officia venarum] quum ipsiusmet Mesue testimonio temperata sit, neque sensus iudicio insignem ullam qualitatem præ se ferat: hoc inquam scriptorem hunc leuiter perstringit, siunt profecto ex assumpto hyosciamo, mandragora, opio, effectus quales in ebrijs; ea tamen insigniter frigida esse pauci sunt qui non consentiant. Inest etiam & hyosciamo, & alijs multis, quæ frigida sunt, odoris maior, quam in lupulo grauitas. Ac demum subducendi aluum vis inest myrobalanis, tamarindis, rosæ, violæ, quæ

TMA

1

quæ

Comati alio
a Diosc. l. 1.
P. 1. 1. 1.
de lupo faba
fama.

Flora: huius
virescentia l. 1.
a. 1. 1. 1.
de lupo faba
fama.

Hedera: huius
virescentia l. 1.
a. 1. 1. 1.
de lupo faba
fama.

MANA:
Volubilis
est quatuor
falsis l. 1.
de lupo faba
fama.

apud hunc
l. 1. 1. 1.

OST:

DE SIMPLICIBVS.

qua inter frigida medicamenta reponuntur. Ita vero
 & de volubili magna nihil dicesse videtur, neque enim
 aperiendi vim calori tantum ipse ascripserim, quantum
 etiam substantie tenuitati, alioqui, quis natura operum
 tam est intelligens, qui huc educendi sanguinem ex to-
 tius substantie proprietate facultatem inesse negare
 ausit?

DE MEDICAMENTIS

violenter, & moleste purgantibus,
 iisdemque deleterijs.

De Scammonea. Cap. I.

ANT.



Scammonea est solutium ma-
 gnum, & dixit Democritus, quod
 est solutium antonomastice, &
 quod est genus solutiuum, &
 generalis super omnia solutiuua.
 Fit autem scammonea ex succo
 cuiusdam speciei volubilis, † cuius folia sunt ad-
 modum sagittae alatae. Nascitur autem in An-
 tiochia, & Armenia, & Corasceni, & in parti-
 bus Arabiae: & Turchiae, & plurimum nascitur
 in terra nostra, & est mala, & credo, quod disposi-
 tio loci, & modus cultrae, & ars in faciendo au-
 xiliatur, vt bona fiat bona, & mala fiat mala. Mo-
 di autem operationis eius sunt quatuor. † Pri-
 mus est cum manifestatur radix ipsius a terra
 praeterquam euellatur: & sunt incisiones in eo,
 quod apparet ex ea super terram, & inuenitur,
 quod egreditur de eo post diem, & diem res si-
 cut gummi, & dimittitur exiccari, & conserua-
 tur. Secundus est, vt exstirpentur post illud to-
 taliter radices, & incidantur, & colligitur lac ea-
 rum fluens, & decoquitur cum facilitate, vel exic-
 catur soli, & fiunt inde formae, & sigillantur, &
 huiusmodi scammoneae color est iualbidus,
 aut varius. Tertius est, teruntur adhuc radices
 post illud, & extrahitur succus: & fit sicut dixi-
 mus de decoctione, & alijs, & sigillatur aliquo si-
 gillo. Nunc autem fides sigillorum perijt, & haec
 scammonea est crassa, & nigra, & ponderosa.
 Quartus est, teruntur folia eius, & stipites, &
 extrahitur ab eis succus, & fit similiter, & haec est
 scammonea nigra, attinens viriditati, & est gra-
 uis odoris.

ELECTIO. † Melior est Antiochena, & Ar-
 mena est post hanc. † Quae vero fit in partibus
 nostris, & Corasceni, est mala prorsus: & me-
 lior adhuc, quae est primae formae: & quae est
 secundae, est post istam, & aliae sunt malae, & de-
 terior est viridis. Adhuc autem qui laudauerunt
 scammoneam, in v. proprietatibus laudauerunt
 eam. Prima est, vt sit in colore clara, sicut gem-
 ma, & proprie species eius prima, aut subalbi-
 da, aut varia. Secunda, vt si tangatur confractum
 eius aqua, vel salina, fiat sicut lac. Tertia, vt sit
 tenera, multae facilitatis ad frangendum, & pul-
 uerizandum. Quarta, vt sit pondere leuis. Quin-
 ta, vt sit boni odoris proprii, non grauis. Remota
 vero ab his proprietatibus non est bona. Con-

seruatur quoque per annos xx. sed quanto anti-
 quior, tanto debilior.

COMPLEXIO, & proprietates. Calidae
 complexionis est in tertio gradu, & sicca ad ip-
 sum, & est in ea de acuitate minus, quam in
 planta sua, & credo quod ars in faciendo ipsam
 frangit in ea de acuitate aliquid, & in ipsa qui-
 dem est amaritudo, & ipsa quidem est abster-
 siua, resolutiuua, incisiuua cum attractione multa,
 cuius attractio extenditur vsque ad remota mul-
 tum.

RECTIFICATIO. † Quinque sunt ei
 familiaria, quae in corporibus imprimunt ma-
 gnitudinem nocumentorum. Est enim in ea
 ventositas mordicatuua in stomacho, faciens
 subuersionem, nauzeam, & turbationem labo-
 riosam. Secundum est, quoniam insunt in ea
 caliditas, & acuitas habiles inflammari, & pro-
 pter quod est facile faciens cadere in febrem,
 & sitim; & proprie, quando inuenit patien-
 tem preparatum. Tertium est, quoniam fit
 per ipsam attractio vehemens, & vehemens dilata-
 tio orificiorum venarum: quare facit cadere
 in immoderatos fluxus. Quartum est, quoniam
 in ea est ferrositas operans ad excoriationem
 viscerum, quare generat dolores acutos, pun-
 gitiuos, & facit cadere in dysenteriam, & tene-
 mum. Quintum est proprietates, & operatio
 sua, a quibus fit impressio nocimenti in mem-
 bra, quae sunt minerarum virtutum, quae sunt sicut
 cor, & hepar, & stomachus, & similia eis. Au-
 xiliamur vero eis cum rebus, cum quibus pro-
 prietate, & virtute nocumenta tolluntur, si-
 cut, v. g. Obuiamus ei, quod diximus primo
 adiuuando, vt resoluatur vapor eius turbidus,
 & mordicatuus, faciens subuersionem, & la-
 borem. Et ad hoc auxiliatur nobis decoctio
 eius in pomo, digerit enim, maturat, & resolu-
 nit, & excludit vapores eius, & aufert ferrosi-
 tatem eius. Et miscere in decoctione ipsius,
 quae ventositates resoluunt, & carminant, &
 adiuuant ad illud, sicut daucus proprie, & ga-
 langa, & semen feniculi, & apij, & similia. Et
 dico quod decoctio est generalior preparatio
 eius auferens plura ex nocumentis, quae dixi-
 mus. Et obuiamus ei, quod diximus in secun-
 do, miscendo ei in decoctione aliquid virtutis
 refrigeratiuum, & operando, vt frangatur acu-
 men, & inflammatio eius. Et ad hoc auxiliatur
 nobis coctio cum eis, quae extinguunt, & le-
 niunt, sicut est mucilago psyllij, & aqua, &
 carnes prunorum, & succus rosarum, & aqua
 violarum, & violae recentes. Et inuoluere ip-
 sam ante decoctionem eius in oleo rosato, aut
 violato aufert hoc nocumentum ab ea. Et suc-
 cus citoniorum mazorum, & sumach, & spo-
 dium similiter. Et obuiamus ei, quod diximus
 tertio, miscendo ei in decoctione, quae adiuuant
 virtutes membrorum, & auxiliantur in aggrega-
 tione, & corroboratione partium laxarum. Ad
 hoc autem auxiliantur nobis maxime res stypti-
 citatem habentes, & omnia, quae auferunt super-
 ficium acuminis eius, & reprimunt subtilitatem,
 & virtutem penetrationis ipsius, sicut est mastix,
 & ci-

& citonium, & succus eius. Sunt enim rectificatum bonum. Myrabolani quoque citrini sunt mirabiles in hac intentione, & aloe similiter. Et obuiamus ei, quod diximus quarto, miscendo eum ea, quae aggregant duas intentiones. Prima est acquirere ei facilem egressum, & hoc cum rebus cito expellentibus audaciam eius, & facientibus eam descendere, ad hoc autem auxiliatur ei administratio eius cum rebus lubricantibus, sicut est mucilago psyllij, & carnes prunorum, & sciuiti, quod compressiua sicut citonia, & mastix sumpta post medicinam, & proprie post, quam incepit educere, festinam faciunt eius egressione: & sciuiti quod aqua calida post medicinam transmittit audaciam eius, debilitat virtutem ipsius: & dixit Rufus, & qui sumpsit scamoneam de melioribus rebus est ad expellendum audaciam eius, ut post quatuor, vel quinque horas postquam sumpsit eam, psyllium conuasatum cum aqua tepida, & oleo rosato sumat: post duas horas, infusionem myrobalanorum ei tribue: sic enim non timentur nocumenta eius. Secunda est reprimere ei virtutem ferrositatis, & acuitatis: & hoc faciemus cum auxilio rerum humidarum, & vinctuosarum, sicut est tragacanthum, & bdellium, & oleum rosatum, & amygdalinum, & similia: & obuiamus ei, quod diximus in quinto, quod est thesaurus totius operationis, & illud est acquirere ei bonitatem cum medicinis membra, & virtutes, quarum sunt domilia, confortantibus, & ad hoc auxiliatur nobis medicina cordiales, calidae, & frigidae, & medicinae stomachicae, & hepaticae: & auxiliatur etiam ars, & preparationum modi, sicut iam diximus. Modus rectificationis eius secundum, quod narravit Rufus. Decoquatur scamonea in citonio post inuolutionem eius, & reuolutionem eius fere per diem vnum cum oleo violato, aut rosato, aut amygdalino, & post illud teratur faciliter, & voluatur, & resoluatur in scutella vitrea vlg; dum siccerit cum infusione myrobalanorum citrinorum facta in succo citoniorum: tunc fac trochiscos ex ea quarta drach. i. & sit dosis eius trochiscus vnus: solutionem enim facit sine molestia. Modus autem alius secundum eundem satis bonus. Decoquatur scamonea secundum priorem doctrinam, & adiunge ei myrobalanos citrinos supra tertiam partem eius. Deinde accipe seminis apij, feniculi, dauci, ana drac. z. decoque cum succo cytoniorum cum facilitate, & cola, & vtere inuolutione, & exiccatione, sicut de huiusmodi proxime diximus. Inquit Rufus. Sit tua intentio addere, minuerē, & mutare secundum quod exigit dispositio, & res patitur. Inquit Gal. Miscui scamoneam cum sexcuplo ipsius mannae, & triplo eius succi rosati post bonitatem coctionis eius in pomo, & inueni ex modis preparationis ipsius hunc modum satis laudabiliter emendantem plura ex nocumentis, quae timentur per ipsam: & aliquando miscui cum eius sexcupulum ipsius glutini psyllij, & feci bonum: & aliquando miscui medicinas cordiales: & aliquando miscui alias, sicut res exigebat. Inquit Hamech. Accipe duplum eius, foliorum violarum, medium ponderis ipsius li-

quiritia, inuolue oleo rosato, & fac trochiscos drach. i. & sit dosis vna. Inquit Humain. dissoluatur in oleo amygdalino cum paucis mastice, & per diem, & diem agitur in sole cum administratione paulatim olei sicut oportet, & post hoc etiam agitur per diem, & diem cum aqua rosata, in qua fuerit resolutum bdellium, deinde exicetur: deinde coquatur in citonio. Post hoc cum tertia eius parte myrobalanorum citrinorum fiant trochisci, & sit dosis drach. 5. Inquit Paulus, zingiber, & piper longum, & anisum admixta decoctioni ipsius, & proprie in pomo acetoso, aut pontico remouet nocumenta ipsius. Modus rectificationis eius ex intentione nostra. Decoquantur frusta eius intra amygdalas tritas multas post purgationem eorum intra folia, sepeliendo ea in cinere calido: & post diem adiectionis amygdalarum dissoluatur in aqua citoniorum acetosorum, in qua bullierint spica, anisum, & aliqua ex speciebus, & seminibus redolentibus, & exicentur. Deinde cum paucis mastice, & bdellio decoquatur in citonio, aut pomo inuoluto in massa: Deinde fiant trochisci tertiae drach. i. & sit dosis vna. operatur enim sine nocumento. Modus autem preparationis praedictae. Miscetur tantum quantum ipsa est de sumach: & quarta ponderis eius spodij, & fiant inde trochisci sicut priores: sunt enim vltimi. Et si dissoluatur scamonea in octuplo eius minae, & pauca spica, post inuolutionem eius in oleo rosato, aut amygdalino, & decoquatur cum facilitate, emendatur a sua malitia. Et sciuiti, quod aloe frangit malitiam eius, & myrobalani magnificant eam. Et decoctio eius in succo portulacae, aut in aqua feminis ipsius aufert plura ex nocumentis eius. Et medicinae cordiales, & stomachicae calidae, aut frigidae secundum quod res exigit, frangunt malitiam eius. Et oportet, ut fiat eius decoctio cum facilitate: impetuositas enim in decoctione addit ei ad malitiam. Et ipsa quidem sicut sciuiti, de trituratione modicum sustinet, quapropter oportet, quod in eius contritione non nimium insistatur: ex rebus autem facientibus facilem, & velocem ipsius egressum a corpore, sint citonia, quando in confectiis, & electarijs simul miscentur, & similiter myrobalani: ipsi enim sunt cito eam deponentibus, & similiter, si super eam post spatium bibatur. Et sciuiti, quod aqua calida expellit audaciam eius, & alia similiter, sicut diximus in canone.

POSSE. † Solutione educit choleram cum fortitudine, & attrahit eam a sanguine, & venis vehementer, & eius operatio est sicut operatio furiosi. Et est ipsa inimica cordi, & stomacho, & hepati, & intestinis. Et est ex facientibus nausae, & conturbantibus viscera, & ex subuertentibus ea. Et facit sitim, & deiecit appetitum cibi. Et ex ea, & myrrha, & costo, & croco, & succo agrese, & paucis opio fiunt trochisci cum vino pontico, & proprie aur. j. & sit linimentum ex vno eorum super frontem, & tempora comprimendo, & proprie cum vitello oui, & aceto forri sanat sodam frigidam antiquam, & hemicraniam difficilem,

DE SIMPLICIBVS.

cilem, & si linitur super dentem, remouetur dolor eius, & corrosio, & si super scrophulas, & proprie cum succo apij, aut dauci, delet eas. Et fit linimentum cum vno eorum, cum succo sisymbrij, & aceto, sed loco apij ponatur castoreum, & liniatur in posteriori parte capitis, est magni iuuamenti ad subet, & lithargiam. Et quando scammonia supponitur cum lana, educit menstrua, & facit abortum. Et ipsa quidem sola curat scorpionum morsus, & proprie desuper linita cum succo mentæ, aut cum vino. † Vitet autem eius acceptionem, qui calidæ, & siccæ complexionis est, & naturæ, aut paratus cadere in febres. Is autem qui sumit ipsam, timeat frigus, & æstus, & abhorreat fructus, & proprie frigidus, & aquam veri frigoris, & somnum prolixum supra eam, & exercitium, & superbiam animi. Conseruatur autem scammonia per annos xij.

DOSIS eius est à v. granis vsque ad xij.

SCAMMONIA.



De Scammonio. Cap. I.

SYLV. Scammonia propria planta, scammonium liquor & succus. Colophonium. Plin. et Dioscor. Alia Dioscor. laudatur. Scammonium est medicamentorum purgantium maximam, vt purgatorij nomine simpliciter pronunciatum, per antonomasiam, scammonium intelligatur, vt ait Democritus. Est autem lacteus ipse succus postremæ volubilis, nata in Antiochia, Armenia, regione Scenitarum, Arabia, Turchia. Plurima etiam apud nos nascitur, sed praua, loci

(opinor) natura, & colendi modo, & arte conficiendi; quibus tribus euadit hæc bona, alia mala: Fit autem multis modis. Primo, cū primum radix super terram extiterit, pars eius non euulsæ, quæ terra supereminet, incisa, succum quendam gummeum quotidie remittit, qui siccatu seruatur. Deinde radix omnino euulsâ inciditur, lacque inde profluens siccatu vel igne lento, vel sole, & in offas quasdam formatur, & ob signatur, colore autem est subalbæ, vel vario. Postea taleolæ radicem trita exprimentur, & succus, vt dixi, siccatu, sigillo notatur. Nunc autem bonitatis fides per sigilla hæc perijt, est autem hæc crassa, nigra, grauis. Sunt etiã qui ex folijs, & caulibus tritis succum extrahunt, & quo dixi modo siccant, coguntque: sed hic ex nigro virefcit, estque odoris tetri. Præstantissimum est Antiochenum, præcipue quod primum summa radice incisa exudat, reliqua hæc inferiora: viride pessimum. Secundas tenet Armenium. Nostras vero, & quod ager Scenitarum mittit, omnino prauum est, etiam quod primum profluit.

† Sit autem clarum gummi modo, aut subalbum, aut varium, præcipue quod primū effluxit. Idem fractum, saliuæ, aut aque attractu lacti escit. Sit præterea tenerum, & friabile, pulueratuque facile, leui pondere, odoris proprii, sed boni, non tetri: à quibus notis quanto magis recedit scammonium, tanto est deterius. Viginti annos seruatur: sed quo antiquius, eo imbecillius. Calidū est, ac siccum ordine tertio, acre, minus tamen, quã planta ipsa, acrimonia opinor, parte per artem fracta, & obtusa. Est etiã amarum. Incidit, terget, purgat, bilem flauã ex sanguine attrahendo etiam à remotissimis partibus: tanta eius ceteri furiosi vehementia. Cor, ventriculū, hepar, intestina lædit, reliquaque viscera conturbat: ventriculū subuertit, appetentiã deijcit, nauisam mouet, sitim excitat. Ex scammonio autem myrrha, costo, croco, omphacio, opio pauco, cum vino austero fiant trochisci drach. vnus pōdere, quibus ex vitello oui, & aceto forti solutis, & illitis fronti quidem, ac tēporibus, cephalalgia frigida vetus, & hemicrania solutu contumax sanatur: denti vero, eius dolor, & rosio cessat: strumis autem, præsertim cum succo apij, vel dauci, eas dissecutit, occipiti deniq; cū succo sisymbrij, & aceto caron, & lethargum magnopere iuuat, si opij loco habuerint castoriū, scammonium item cū lana subditum menses mouet, & abortum facit, scorpionis ictum cum succo mentæ, aut vino illitum sanat. Non sumendum igitur calidis, & siccis naturis, febricitare paratis. Sumpto autem eo, frigus, æstus, fructus præsertim frigidior, somnus longior, exercitatio, ira [& ceteri vehementes animi affectus] vitetur. Nostris corporibus valde noxium est scammonium, quod flatu mordaci ventriculū subuertit ad nauisã, & moleste turbat, id quod ne cōtingat, coquitur in pomo præsertim cū dauco, galãga, semine apij, tēniculi, & similibus, ijs enim coquitur vapor eius flatulentus, ferrasque, & mordens dissipatur, & noxæ præterea eius aliæ mitescūt. Deinde, quod calore vehemēti corpus accedit, & febres in eo, si ad

si ad eas est paratum, accendit, sitimque inexplenam. ea autem noxa tollitur mistis coquendo refrigerantibus, & acrimoniam eius, flameamque caliditatem frangentibus, mucagine psyllij, succo, & carne prunorum, succo, & aqua rosarum, & violarum recentium, cydoniorum acido dulcium, rhois, spodio, oleo quoque rosato, aut violato, ante coctionem eadē ratione inuoluendo. Tertio loco vehementer attrahendo venarum ora immodice dilatat, unde fluxus ventris fere sit immoderatus, quod incommodum vitamus mixtum coquendo, quae partium harum vires tuentur, & laxam substantiam coquendo roborant, qualia sunt styptica: quae praeterea scammonij acrimoniam superficialiā tollūt, tenuitatem, & penetrandi facultatē reprimunt, vt mastiche, succus, & caro cydoniorum, cydonium ipsum, myrobalani citreae, aloe. Quarto dolores punctorios visceribus rodendo adfert, ac intestinis rodendo excoariatis, dynteriam, vel tinesmum excitat. haec ne fiant, medicamenta illi miscemus, quae tum cito, ac clementer ipsum velut furiosum deturbent, & corpore expellant, tum virtutem eius serrantem, & acrem obtundant: prioris generis sunt lubricantia, vt mucago psyllij, caro prunorum adstringētia, vt mastiche, cydonia post ipsum sumpta, praesertim vbi iam purgare coepit ipsum, id celeriter descendere, ac egredi compellūt: aqua quoque calida pota aliquandiu post ipsum sumptū, furiosam eius vehementiam frangit: idem psyllij mucago cum aqua calente extracta, cum oleo rosato sumpta horis quatuor, vel quinque post scammonium efficacissime praestat, Ruso

A minuenti, sed etiam augenti, vel mutanti vires scammonij pro scopis varijs, si effectus postulat, & res patitur. Galenus autem manna sextuplo, & succi rosarum triplo, scammonium in malo cydonio probe coctum miscuit, quo parandi inodo multa eius nocumenta sustulit: interdum mucaginem psyllij: aliquando cardiaca, aliquando alia pro varijs scopis. Hamech vero ex scammonij parte vna, foliorū violarum partibus duabus, glycyrrhizae parte dimidia oleo rosato inuolutis, format trochiscos drachmae vnius pondere, & quibus vnum exhibet. Humain quoque scammonium in oleo amygdalino cum pauco mastiche dissolutum in sole biduo agitatur, oleum paulatim, & saepe affunden- do: deinde in aqua rosarum, in qua bdelliū fuit dissolutum, biduo similiter agitatur, & siccat, post in malo cydonio coquit, & cum tertia parte myrobalanorum citrinarum, format trochiscos. Dantur hi drach. dimidia. Paulus autem zingiber, piper longum, anisum scammonio miscens, coquendo in pomo acido, vel austero, innocentius efficit. Nos autem frustra scammonij amygdalis purgatis, & tritis inuoluta, folijs quoque quibusdam tegimus, & sub cinere calido coquimus: amygdalis deinde abiectis, scammonium in aqua cydoniorum acidorum (cui spica, anisum, et alia quaedam tum aromata, tum semina odorata fuerint incocta) dissoluimus: post siccamus, & cum mastiche, & bdellio decoquimus in cydonio, vel pomo austero maza circumdato. Deinde trochiscos cum aequali portione rhois, & quarta parte spodij formamus, vt priores, longe optimos, pondere scriptu- li vnius. Dantur singuli, & purgant innoxie. Idem scammonium postquam oleo rosato, aut amygdalino est inuolutum, cum octupla miua, & pauca spica in pomo etiam coquimus, Aloe item scammonij violentiam frangit. & myrobalani praeter caetera. Coctum etiam in succo portulacae, vel mucaginis seminis eius, noxas multas exuit. Coquatur autem clementi calore: nam calor repentinus magnitatem eius auget, & parum diu teratur, quia trituram longiore non sustinet. Datur per se à granis v. ad xij.

De Scammonio.

Scammonia proprie dicitur ipsa planta, Scammonium succus: vtrumque tamē Scammonium quandoq; vocatur, & quia caeteris praestat id, quod in Golophone gignitur, ideo & Colophonium nominatur. C V I V S folia sunt ad modum sagittae alatae. Helixinae, similia, inquit Dioscorides, vel Hederae molliora, trianguli figura, flores albi, rotundi, concavi forma calathi. P R I M V S est cum manifestatur radix. Clarius Dioscor. resecatur caput à radice, radixque ipsa ita sit concava, vt succum colligere confluentem possit: quidam terram circumfodiunt, nucisque iuglandis folijs obiecta fouea, succum effundunt. hunc autem secundum modum praetermisit Mesue. E L E C T I O, melior est Antiochena. Id quod ex M, sia Asiae preponit Dioscorides, Colophonium Plin. & post ipsum Priense. Q V A E vero fit in partibus nostris, & Corasceni, est mala. Syriacum, & Iudaicum pessimum esse dicit Dioscorides, densum existens, & graue. Clara sicut gummi) Dioscorides, & Plin. taurino glutini, quam simillimum, splendens, nitidum, decorum, raturum,

Mesue.

I

rum,

DE SIMPLICIBVS.

rum, fungosum tenuissimis fistulis, spongiosum. Sit A
 pondere leuis.) Plinius quam leuissimum. Tenuera.)
 Cito liquefcens, ait Plin. Boni odoris propij.) Virus
 redolens, inquit Plin. Si tangitur contractum eius
 aqua vel salua.) Plinius lingua, et cum diluitur, al-
 bescens. Diosc. huic indici locet non fidendum,
 quoniam mixto Tithymali succo, idem fit: atten-
 dendum alijs indicijs, et ne linguam deurat. Quin-
 que sunt ei familiaria, que in corporibus imprimunt
 magnitudinem nocumetorum.) Nocere stomacho
 plus quam omnia purgatoria medicamina dixit
 Pau. miscetq; ei sal. aut piper, aut zingiber, aut rem
 aliana, que sit bona stomacho: format etiam inde
 catapona cum melle. Inquit Gal. miscui cum sexcu-
 plo ipsius manne.) Nescio vbi hoc dixerit Gal. illud
 autem scio, quod Manna apud eum Thuris tenuio-
 rem puluisculum significat, non rem Saccharo no-
 stro dulcore, et colore simile, que nunc passim Man-
 na vocatur, et a Mesue intelligitur. In eius contri-
 tione non nimium insistatur. Contrarium nonnulli
 sentiunt: quod verius esse, alio loco est demonstra-
 tum. SOLVTIONE educit choleram.) Dios-
 corides addit, et phlegma. Paulus, purgat vt Elle-
 borum, et magis bilem. VITET eius acceptionem,
 qui calide, et sicce complexionis est.) Docet Pau. dan-
 dum his, qui boni sunt stomachi, et febre carēt. Do-
 sis a ʒ. granis ad xij.) Dioscorides dare drach. inte-
 gram non veretur: sufficere tamen ad soluendam
 aluum dicit duos obolos. Si vero placeat abundan-
 tius purgari, tribus obolis addi debere duos Ellebori
 obolos, et Aloes drachmam. Paulus dat obolos qua-
 tuor. Ego licet nunquam sim ausus tantū dare, duo-
 decim tñ grana transcendere non sum veritus. scio
 que quosdam scrupulam integrū hauissse sine noxa.

Toto tradi
 sciamonij plus
 quam duode-
 cim grana.

SYLV.

Vltra duodecim grana et etiam scriptulum, sine
 noxa quidam dederunt, obolis duobus, aluū soluit
 Diosc. interdū tribus et duob. ellebori obolis, et dr.
 aloes, cum largius purgandū. aut ipsius per se dr.
 Taurino glutini simillimū, splendens, nitidum,
 decorum, rarū, fungosum, tenuissimis fistulis, spon-
 giosum, Diosc. Plin. quam leuiss. cito liquefcēs, virus
 redolens. Plin. et lingua cū diluitur, albescēs, sed lin-
 guā nō vrēs, quod tithymali succo adulteratū facit.

COST.

IN scammonia describenda, quā temere discrepare
 à Dioscoride Mesue nonnulli clament, integrum
 relinquitur, vt alij videāt collata delineatione ab hoc
 quidem in superiori capite de volubili. à Dioscor. vero
 lib. 4. tradita. nos enim hunc verum non videmus. At
 vero scammonium, condensatus scilicet ex scammonio
 succus, nostro tempore non eas habet notas, quas in op-
 timo desiderant Diosc. & Mesues, ob id, arbitror, quod
 non eo pacto extrahatur, quo alias, id quod docet, &
 Diosc. lib. 4. & Plin. lib. 26. nat. hist. qui primus est à
 Mesue assignatus modus, ex radice profecto non euulsa,
 sed incisa, seu excanata tantū, quis tantā colligi scam-
 monij copiam putet, quanta quotidie ad nos affertur?
 Credendū est, non ab excanata, sed euulsa, disiectaque,
 vel expressa radice, aut ex folijs, & stipitibus contusis,
 qui tres modi describuntur à Mesue nostro, succū nullo
 delectū, niella adhibita diligentia exprimi questus gra-
 tia à barbaris hominibus, qui, quū ipsi medicamētis se-
 rē non vtantur, & nos et ob diuersam religionē exosos
 habeant, impura, & adulterata oīa obtundunt. Miran-
 dū ergo non erit, si scammonij Mesues ad duodecim tñ
 grana exhibeat adulterij non nescius, ac si nūc vix scri-
 ptuli vnus pondere assumptū in magna adducat discrimi-
 na, quum tñ drachmam vnā Diosc. Aetius, Paulus
 Aetuaris, Plinius quaternos obolos, hoc est scriptu-
 los duos exhibuerint. Sane de sciamonij electione, casti-
 gatione, & vsu quam accurate scripserit hic author.

Cap. 52.

Cap. 52.
 Cap. 48.

quanto medicis vsui esse possint, qua hic tradit, non est
 vt ipse susius prosequar; sunt tamen, & in his aliqua
 qua non omnibus satisfaciunt. Namque primum, quum
 de huius temperamento agit, scammonio minus acrimo-
 nie inesse ait, quam planta ipsi: eius tamen contrarium
 in antecedenti capite scripsit de volubili. Quum etiam
 de huius castigatione tractat, scribens in hęc verba:
 [Inquit Galen. miscui scammoniam cum sexcuplo ip-
 sius manna, &c.] Galeno id ascribit, quod nusquam in
 eius libris legere est, cui etiam manna cognita non fuit.
 Prohibet etiam quando ait, [in eius contritione non
 nimium insistatur] scammonium multum teri, qua tamen
 res suspensa est, & non desunt qui aliter sentiant.
 Adde, quod vbi de solutione agit, scammonium ad
 vnam expurgandam bilem commendat: Dioscorides
 tamen etiam pituitam educi putat; & (quod quis ma-
 xime admiretur) Trallianus lib. 12. cap. 6. de tertiana
 notha verba faciens, hoc medicamentum in coto-
 neis malis paratum pituitam potius, quam bilem eua-
 cuare testatur. Aetius vero, & Paulus quum instar
 ellebori purgare scribant, trahi etiam bilem atron as-
 firmant. Hęc sepe sunt, qua Mesue hic obijciuntur, et
 momenti esse alicuius quispiam existimavit; momenti
 tamen sunt pauci. Primum namque, quod de acrimonia
 obijciatur, in præced. capite satis refellimus. Quod item
 secundo loco offertur, parum admodum refert, & in su-
 perioribus, vbi de manna agitur abunde satisfecitū pu-
 tamus. De tritura autem, si eam medium reuocemus,
 qua & Auic. 2. Cap. tr. 1. & ipsemet Mesues lib. Can. Cap. 5.
 vnuer. cap. de tritura medicamentorum animaduertunt,
 facile constabit hunc non errare. At sane Auic.
 [Et ex medicinis sunt quedam, quarum virtus propter
 contritionem destruitur sicut scammonia: quare oportet,
 vt vltima facilitate conteratur, ne ex contritione
 caliditas eam consequatur corrumpens eius virtutem.]
 Ita & Mesues de tritura medicamentorum verba faci-
 ens, scammonium Antiochenū, id est probatissimum,
 quia debilis sit textura & virtutis cito exhalabilis, non
 multa ait egere trituratione, contra autē crassum scam-
 monium, & cetera crassa medicamenta tanto largiore
 tritura indigere, quāto crassiori ipsamet substantia con-
 fiat. Hęc certe tam euidentis nobis ratio videtur, vt Me-
 sus & Auic. consilium laudandū, non improbandum
 putemus: quid autē Manardum desistere ab his eoegerit,
 non videamus. At, dicit quispiam, nisi tenuissimū red-
 datur scammonij, fore vt crassa aliqua illius portiones
 ventriculi, & intestinorum villis adhæreant, & exul-
 cerent colocynthidis more. Nobis vero diuersa in his
 ratio videtur, colocynthidis profecto ea est substantia præ-
 dita, qua humore aliquo perfusa intumescat, quare &
 periculis quibus adhæret, in tumore facile adducat, & exul-
 ceret, vt Mes. lib. Canon. vniuers. loco ante à citato,
 monet, at sciamonium cuius lacte à substantia est, humo-
 ris alicuius affluxu friatur potius, & dissoluitur. Illud
 tamen et dixerim autorem nostrum, quāuis non esse
 nimium insistendi in sciamonij tritura velit; nō tamen
 id prohibere, vt in tenuē exalē pulerē ducatur: sed agi
 potius id iubet, (vt Auic. verbis vtar) cū vltima facilitate,
 sunt certe, qua in terendo violentia egeant, vt que
 viscida substantia constant: alia vero facillime, leuibus
 que, ac paucis ictibus in puluerē rediguntur, qua tenuia
 & friabilia sunt: tale autem scammonium est, quod eas
 habet notas, qua à Mesue describuntur. Igitur teri ip-
 sum excellentissime nihil obstat, verū id diligētī dextera-
 te, leniq; ac minime violenta manu pulsiōe agendū,
 vt imperiti sepe aromatarij faciunt. Sed de hac re satis.
 De pur-

ANT

De purgatione vero, quod ultimo loco obijcitur, parum A
urget, esto enim quod etiam pituita, atque atra bilis ali-
quid scammonium alliciat; maxime tamen bilem tra-
bit; pituitam vero non nisi tenuem, & paucam, ac for-
te eam, quae ad intestina tantum residet, alioqui certe, si
pituitam ex vniuerso corpore allicere Dioscorid. ve-
lit; si etiam Trallianus non eius potius interpres (quod
maxime suspicor) ducenda pituita, quam bili magis
aptum scammonium putet: neque vllum ipse alium vi-
deo, qui illis subscribat, neque experimento fortasse li-
cet obseruare. De Aetio vero, & Paulo si exustam
trahi bilem hoc medicamento intelligant: nihil à Me-
sue diuersum sentiunt, ad bilem generatim id medica-
mentum proponente, de frigida vero, & crassa sangui-
nis faece, id est melancholia, noua esset, & nondum forte
alijs medicis perspecta obseruatio.

De Turbith. Cap. II.

ANT. **T**urbith est radix herbæ, cuius folia
sunt sicut folia ferulæ, minora ta-
men. Et est ex habentibus lac. Et est
ex eo syluestre, & domesticum. Et ex
eo etiam est magnum, & paruum. Et adhuc
ex eo aliud album, aliud citrinum, & aliud ni-
grum.

ELECTIO. Quod in locis nascitur sic-
cioribus, fit gummosius propter spissitudinem
lactis eius. Contrarium est e contra. Et decli-
nat à proprietatibus bonis, quæ sunt septem, se-
cundum, quod sapientes scripserunt, scilicet
proprie, vt sit album, & vacuum, & arundino-
sum, & gummosum: & sit cortex eius cineri-
cius, & planus, & sit recens, & facile frangibile.
Citrinum vero malum est, & nigrum peius.
Crassum est non bonum. Et subtile tenue simi-
liter, est enim debile. Et antiquum est malum;
& quod est crispum corticis, & habens interius,
dum frangitur, sicut neruos, est syluestre, & ma-
lum, & quod non est gummosum, est debile, &
ventris conturbatiuum, & tua quidem inter-
est, vt cognoscas adulteratum ex eo: quod qui-
dem fit cum super linitione in extremitatibus
eius ex gummi dissoluto, & cognoscitur ex
eo, quod in contractis suis est sine eo. Et ni-
mis quidem recens est conturbatiuum, & sub-
uersiuum viscerum, antiquum vero est debi-
le, mediocritatem autem habens est illud, quod
eligitur.

COMPLXIO, & proprietas. † Calidum est
in tertio, & est solutiuum cum attractione me-
diocriter, generans ventositatem, causans sub-
uersionem, & nauream. Et acquiritur ex vsu
eius exiccatio in corpore: euacuat enim humi-
ditates subtiles.

RECTIFICATIO. Tria sunt corrigibilia in
ipso. Est enim debilis operationis, & tarda, &
nocet stomacho faciens subuersionem, & nau-
ream, & acquirit vsus eius corpori extenuatio-
nem. † Rectificatores autem in primis abradi-
insserit corticem eius, donec album eius appa-
reat. Et corrigunt, quod de eo, dictum est primo,
admiscendo ei aliquid virtute acutum vigorans
ipsum in operando. Et ex magis ipsum confor-
tantibus est zingiber. Ipsum enim sigillat ei

proprietas mirabilem. Et est, vt educat hu-
morem crassum, & viscosum, etiam à remotis
cum facilitate, ita quod à iuncturis, & anchis, &
locis profundis, & distantibus. Per se vero non
facit illud, immo educit de phlegmate, quod est
subtile, & derelinquit, quod crassum, & opera-
tur hoc tarde. Et corrigunt, quod secundo di-
ctum est, admiscendo ei de medicinis stomati-
chis, & redolentibus, & sedantibus agitationem
in eo per ipsum, sicut est mastix, & gallia, & aro-
matica, & proprie zingiber, & piper longum, &
similia. Et emendant, quod ultimo de eo, di-
ctum est, sicut dixit AlKanzi, vt misceatur ei o-
leum amygdalinum, aut coniungantur cum a-
mygdalis, aut zuccaro. Et dixit Rufus. Admini-
stratio eius cum fisticis remouet hoc nocumen-
tum ab eo. Et dixit Iudeus. Ipsum cum cōfecto
de cotoneis, aut rob ipsius cum medio ponderis
eius ex zingibere, & duplo ponderis ipsius ex a-
mygdalis, est solutiuum bonum. Inquit Hamech.
Fiunt trochisci ex eo, & duplo ponderis eius ex
folijs violarum, & medio ponderis ipsius ex zin-
gibere, & sit solutiuum sine modestia. Inquit
Ioannitius. Accipe dactylorum infusorum in
aceto die, ac nocte partes centum. Penidiarum
partes quinquaginta, Amygdalarum purgata-
rū partes triginta. Turbith partes trigintaquin-
que. Scammoneæ partes duodecim. Zingibe-
ris, piperis longi, foliorum rutæ siccorum, ana
par. 4. Fiat eorū permixtio bona, et confice cum
melle despumato. Est enim medicina mirabilis.
Inquit filius Zesar. Medicamē de turbith, quod
elegi in ægritudinibus in quib. vsus eius est ne-
cessarius. Accipe turbith par. 10. zingiberis par.
5. zuccari par. 20. & quandoque addidi masticis
drachm. 3. & quandoque alia secundum inten-
tiones alias. Et dixit iterum. Infundatur turbith
in succo cucumeris asinini die, ac nocte post-
quā rasus fuerit cortex ei, & exieceretur, est enim
vltimum ad ægritudines iuncturarum. Turbith
autem de trituratione, & coctione sustinet om-
ne, quod mediocre est. Nocumenta autem eius
expellit aqua mellis calida, et aqua zuccari rubei
similiter calida cum oleo amygdalino.

POSSE. Turbith confortatum, solutione
educit humores phlegmaticos crassos, & visco-
sos, & à remotis, & iuncturis proprie, & ipsum
quidem mundificat stomachum, & expellit ab
eo superfluitates adhaerentes in villis eius, &
mundificat pectus à phlegmate crasso, & putri-
do: & educit à iuncturis, & locis neruosis, & an-
chis humorem crassum, & viscosum, & est
medicina ad dolores iuncturarum: & vsus eius
præferuat à lepra, & ab infectionibus phlegma-
ticis sicut est morphea, & baras. Est enim me-
dicina bona febrium phlegmaticarum. Is au-
tem, qui sumit ipsum timeat Austrum, & ab-
horreat pisces.

DOSIS. Eius contriti potio est à drach. 1.
vsque ad 2. & eius decoctio est à drachm. 2. vs-
que ad 4.

Mesua.

I ij TVR

DE SIMPLICIBVS.

TURBITH.



De Turbith. Cap. II.

SYLV.
Hinc Serapionis
Turbitum tri-
bitum.

Turbith radix est herbae lactariae, folia ferulae, sed minora habetis. Est autem turbith quoddam hortense, alterum sylvestre, & in his magnum, & paruum, & album, flauum, nigrum. In locis siccioribus, quia lacte est crassiore, gummosius euadit, & melius. Laudatur enim gummosum, album, vacuum, arundinosum, cortice cineritio, & plano, recens mediocriter, fractu facile: non gummosum autem imbecillum est, ac ventrem conturbat, malum quoque est flauum, & nigrum, crassum, & gracile, cortice crispo, & dum frangitur intus, ceu nervoso, quod est sylvestre. Recens etiam minus viscera conturbat, ac euertit, vetus imbecillum est. Corticibus extremis liquato gummi illitis ipsa quidam mentiuntur, quod si frangatur, intus gummosum haudquaquam erit. Calidum est ordine tertio. Purgat trahendo mediocriter, status excitat, ventriculum ad nauisam euertentes, siccat quoque excrementis etiam tenuibus vacuatis. Correctum enim turbith, pituitam crassam, & lentam, & putrem, a ventriculo, thorace, neruis, etiam a remotis, praecipue iuncturis educit. Ob id ad dolores arthriticos vsus eius est, a psora, lepra, baras, & alijs vitijs pituitosis, tum cutis, tum aliarum partium, & pituitosis febribus, aut praeseruat, aut vindicat. Hoc autem sumpto, vitabis austrum, & vsum piscium. Purgat tarde, & imbecilliter, & stomachum ad nauisam sub-

uertit, & vsu crebro corpus extenuat. Ob id cortex eius ad album vsque abradendus est. Acris autem, vt zingibere, sic eius actio intenditur, vt proprietate quadam mirabili per id cumulatam etiam a iuncturis, & his remotissimis, & profundissimis pituitam crassam, & lentam extrahat, cum per se solam tenuem pituitam educat, idque tardet. Ne vero stomachum exagitet, ac euertat, medicamenta stomachica miscentur, & odorata, agitationem eius placatura, vt mastiche, zingiber, piper longum, gallia, & aromatica alia. Ne denique corpus emaciet, oleum amygdalinum, vel amygdala, vel saccharum ei miscenda sunt, vel cum Ruso pistacia. Iudaeus autem turbith partem vnam, zingiberis partem dimidiam, amygdalarum duplum cum condito, vel siccato succo cydoniorum miscet, tanquam purgatorium salubre. Hamech vero turbith partem vnam, foliorum violarum partes 2. zingiberis partem dimidiam miscet in trochiscos, citra molestiam purgantes. Ioannitius autem dactylorum aceto dies duos infusorum, partes centum, penidiorum partes quinquaginta, amygdalarum purgatarum partes triginta, turbith partes 35. scammonij partes duodecim, zingiberis, piperis longi, foliorum rutae siccorum ana partes 4. miscet cum melle despumato, & medicamentum sit mirabile. Sed filius Zesar, turbith partes decem, zingiberis partes quinque, sacchari partes viginti, interdum mastiches drachmas tres, alias alia miscuit pro varijs indicationibus, ad morbos hoc remedio egentes. Idem quoque turbith a raso cortice purgatum succo cucumeris agrestis horas viginti quatuor maceat, & siccat, sitque sic valentissimum ad articulares affectus. Si quam in corpore noxam relinquit, pora multa calente, aut quae saccharo rubro est dulcorata, aqua calida, eam profligabis. Coctione, & trituram mediocrem sustinet. Datur puluere a drach. 1. ad drach. 2. decocto autem a drach. 2. ad drach. 4.

De Turbith.

Difficile est diuinare, quam re hoc loco pingere voluerit: non enim describit Turbith Serapionis, seu, quod idem est, Dioscoridis tripolium: non radicem pithyusa, quae a Diosc. vocatur Turpet: siquidem folio hac pini, illud istudis, non ferulae constat. Sed nec eam, qua nunc videntur medici, quonia (vt audio) folio est Myrti, quali Dioscoridi secunda Tithymalli species est, quam vocant saeminam. Fatendum igitur errorem esse in nomine ferulae, cum nulla res Turbith vocata ferulae similis extet. CALIDVM est in tertio. Si est radix alicuius speciei, Tithymalli, succus eius erit in quarto ordine calidus, radix paulo minus ex Gal. sententia. Auicenna radices calidas esse dicit in secundo vsque ad tertium. Si est Turbith Serapionis. & vt sequens est tripolium Diosc. & Gal. erit tertij ordinis. Vires quidem, quas huic suo Turbith Mes. adscribit manifeste ostendunt eum intellexisse de vocato ab Auic. & Serapione Turbith, licet neuter ipsorum cognouisse herbam eius videatur, alioqui non erant miracula tacituri, quod recitat Diosc. & ex eius sententia Serapio. flores videlicet ter in vno die colore mutare. Erunt igitur tres vel forte quatuor res, nomine Turbith suscipientes, radix videlicet Tripolij, de qua tractat Serapio sub turbithi nomine: radix pithyusa, q. libro quarto Dioscoridi, dixit appellari Turbet: radix Tithymalli feminae Myc.

Flores turbithi ter in vno die colore mutare.

SYLV.

COST.

MEANA

Myrtites vocat. quae nunc passim sub Turbith no-
mine vtuntur medici: & quartum demum, nisi peni-
tus somnium est, quod folio ferulae constare dixit Me-
sua. Aperiant igitur oculos medici eo vsute. Et decli-
nat à proprietatibus bonis, quae sunt septem. Hec à
Serapione capite de Turbith. RECTIFICATO-
RES in primis abradi iusserunt.) Et hoc à Sera-
pione.

De Agarico. Cap. III.

Agaricus est ex medicinis magni iuua-
menti: cuius ortus est secus arbores
magnas, quibus iam accidit corrosio,
& putrefactio. Eteius generatio est si-
cut generatio fungorum, propter quod quidam
existimauerunt, quod sit fungus, & videtur quod
sic. & quidam dixerunt, quod est sicut apostema
factum per modum putrefactionis.

ELECTIO.) Alius est masculus. Et alius
est femina. † Masculus vero est malus, & est ille
proprie, qui est longus, & niger, & grauis, † & ha-
bens in contractis suis sicut fila neruorum, & est
durus, & densus. Agaricus autem quem sapientes
laudauerunt est femina, & est habens pro-
prietates quinque bonas, & proprie, vt sit albus,
& leuis, & velociter frangibilis, & porosus, & ra-
rus valde. † & vt appareat dulcis in primo gustu
eius: deinde succedat ei amaritudo, & stipticitas.
Et melior pars totius corporis eius est superior
pars ipsius: & stipes eius non est bonus, habens
quasi femitas ligni putrefacti. Et corrosum ex
eo est malum.

COMPLEXIO, & proprietates.) † Est calidus
in primo, & sicus in secundo. † Et est compositus
ex substantia aerea posita in superficie ipsius, à
qua primo gustu sentitur dulcis, & ex partibus
terreis subtilibus dantibus ei stipticitatem, in
quibus adhuc dominantibus igneis est in eo de
amaritudine aliquid. † Et ipse quidem est subti-
liatius, incisius, & solutius naturae, & carmi-
natiuus ventositatum crassarum, & aperitiuus
oppilationum omnium.

RECTIFICATIO.) Pauci nocuementi dixe-
runt illū nisi, quia imprimis laesionē in visceribus,
debilitans ea: quare indiget permixtione abster-
gentium cum ipso, vt non profundetur eius vir-
tus in ipsis totaliter, sicut dixerunt sapientes. Ver-
um est debilis, & tardas operationes suas. Inquit
Diosc. Tarda est, & debilis eius operatio, sed in-
columis, propterea quod in ipso ex dulcedine, &
stipticitate aggregantur partes conuenienter.
Verum vigoratur eius operatio, si addatur ei ter-
tium ipsius sal gemmae, & fiant ex eis trochisci
cum secaniabin. Et dixit Humain Mellicratum
iunctam ei vigorat operationem suam. Et dixit
Haly. Si ex eo, & 6. parte ipsius ex Kesim, aut
dauci, & quarta ipsius sal gemmae fiant trochisci
cum viscositate polypodij recentis, fit mirabilis
consecutio operationis ipsius ad ea, quae oportet.
Et dixit Iudaus, cum oxy melle scillitico magni-
ficatur operatio eius. & dixit adhuc, Aliquid vir-
tute acutum admixtum ei est ex addentibus vir-
tuti ipsius. † Et Galen. dixit. Fiant trochisci ex eo
cum vino infusionis zingiberis in quo puluis ip-
sius saepe submergatur: & fiet operatio eius com-
pleta. Et ex rebus sibi additis vigorantibus ipsam
est spica, & aqua casei, & proprie sumpta ex ca-
pris. Et scito, quod de decoctione, & trituratione
rem sustinent mediocrem.

POSSE.) Solutione educit phlegma crassum,
& choleram rubeam. Et dixit Galen. Solutione
educit vtranque choleram, & phlegma, & hu-
mores

Mesua.

I iij

mores

SYLV. Turbith Serapionis est Diosc. tripolium folio isa-
tidis. Pithyusa autem Dioscor. turpet dicta folio
pini, vulgare vero turbith, est radix tithymalli myrtige
à Myrtaceo folio. Mesuae autem turbith folio ferulae
quid sit, hodie parum est compertum.

COST. Quid sit turbith Mesua, variè varia pronunciant.
Alij turbith Serapionis, & Auic. hoc est tripolium
Dioscorida, alij alypon Dioscoride, id est, album
turbith Aethuarij: alij Pithyusa radicem, nam & anti-
qua Dioscoridis versio, & Graeci codices in pithyusa
historia, ipsam turbith vocari, habent, alij thapsiam, alij
tithymalum myrsinitem esse existimant. Verum, vt ex-
pendamus singula diligenter, si tripolio folia sunt isati-
dis, radix odorata, & feruentis gustus, quum has notas
suo turbith Mesuae non ascribat, statim non potest id esse
tripolium. Ita etiam si historiam alypi, petas ex Diosc.
quia illi radix acritidem succo est praedita, commenda-
turque ad purgandi vsu eius semen, & radicis nullus
vsus proponitur, quam ratione id statuas esse turbith
Mesuae, non satis constat. De pithyusa quoque dubia res
est, quum ea folijs piceae describatur, non ferula, adie-
ctum autem illud, & Leoniceus in epistola ad Me-
nochium, & alij fere omnes existimant, quod in Graecis
codicibus, & antiqua versione legitur pithyusam tur-
bith vocari. Qui vero thapsiam esse hoc putant, eo or-
rare videntur, quod turbith inter lactarias herbas re-
censetur à Mesuae: thapsia tamen lacte careat. De myr-
sinite vero etiam tithymalo satis apertum videtur ni-
hil pro certo posse affirmari, quum non ferula, sed myr-
thi folia tithymalus semina habeat, constanter autem
codices Mesuae omnes legant, non myrthi, sed ferulae, aut,
vt in cuiusdam codicis margine deprehensum est, semi-
culi folijs turbith constare. Hae ubi in mentem veniunt,
faciunt profecto, vt de hoc medicamento perplexi ad-
modum simus: illud tamen statuendum tandem videtur,
turbith Mesuae nihil esse aliud quam thapsiam. haec enim
folia ferulae habet qualia, neque tripolium, neque alo-
pon, neque pithyusa, neque tithymalus myrsinites. Est
autem non esse inter lactarias herbas enumerandam.
Thapsiam aliqui magni nostri temporis scriptores cen-
sent: eos tamen ipsemet Dioscor. redarguit, qui lactis ex
ea extrahendi rationem docet, & eiusdem lactem suc-
cum in aqua mulsae epotum vtrinque bilem extrahere,
memoria commendauit. Est autem thapsia, vt ego qui-
dem puto, non solum verum Mesuae turbith, sed etiam
vulgo in officinis vsuatum, hanc certe, & Apuli, & Si-
culi, cuius copiam habent magnam, turbith vulgato
adhuc nomine appellant, & ex eius radice non fallax
euentus quotidie spectatur, quum pituitam copiose edu-
cat, atque id quidem satis clementer quantum, & plu-
rium medicorum auctoritas nobis fidem facit, & ipsi
non vulgari diligentia saepe obseruimus. De turbith
autem, quod ex Oriente ad nos affertur, thapsia ne alte-
rius planta sit radix, ego profecto neque affirmari, ne-
que negari: existimare autem licet, si eius radicis plan-
ta, vt mercatores referunt, folia myrthi gerit, tithyma-
lum esse myrsinitem, vt Manard, quoque doctiss. censet.

DE SIMPLICIBVS.

De Agarico. Cap. III.

mores viscosos, crassos, & putridos, & eius proprietas est mundificare cerebrum, & neruos, & membra sensuum, & lacertos, & educere materias, quæ sunt in nucha, & simbus eius: & mundificare pulmonem, & pectus ab humoribus viscosis, & putridis, & mundificare stomachum, & hepar, & splenem, & renes, & matrices mulierum, & educere materias à iuncturis: propter quod vocauit Democrat. agaricum medicinam familiæ, quia singularum partium corporis commoditatem habet. Et valet ad omnes dolores intrinsecos corporis. Et est medicina mirabilis ad sodam antiquam, & epilepsiam, & vertiginem, proprie. Et confert etiam mania, & melancholia, & agitudinibus neruorum, & apostematibus cerebri. Et est ex medicinis bonis asthmatis, & difficultati anhelitus, & vlceribus, pulmonis, & pectoris, & sanat dolores stomachi, & viscerum. Et est medicina oppilationum, & agitudinum omnium, quarum mater est oppilatio, sicut est icteritia proprie, & hydropisis, & crassities splenis. Et confert dolori hepatis iuuamentum manifestum, & splenis similiter, & renum. Et curat apostemata eorum. Et prouocat urinam, & menstrua, & mundificat matricem. Et vsus eius auferit sceditatem coloris cutis acquirens ei colorem bonum, & est ex medicinis educentibus vermes, & confert etiam sciaticæ, & doloribus iuncturarum, & eius quidem iuuamentum ad febres antiquas diuersarum materialium, & ad typum earum magnus est, & proprium eo, quod conuenit ex potibus.

† DOSIS. Eius contriti potio est à drach. 1. vsque ad 2. & in decoctione à drach. 2. vsque ad 5. Conseruatur autem per annos quatuor.

A G A R I C V M.



Agaricus medicamentum efficax oritur in truncis arborum magnarum, vetustate iam putrescentium, & erosarum, tanquam earum, vel apostema, vel fungus, est autem is duplex, mas, & foemina. Mas est malus, praesertim qui longus, niger, durus, densus, grauis, & in fragmentis, ceu villos neruorum ostendit. Foemina si rotundior, alba, porosa, & rara valde, & frangi facilis, leuis, dulcis primo gustatu, mox amara, & styptica, est melior, praecipue summa corporis sui parte. Nam stipes quod ligni putrefacti aliquid praeserat, malus est, vt erosus agaricus. Calidus est ordine primo, siccus secundo, constatque substantia duplici, aerea superficiali, dulci primo gustatu percepta, & terrea styptica, sed tenui ob vicentem in hac igneam substantiam, amaritudinis effectricem, quibus incidit, tenuat, terget, obstructa omnia liberat status dissipat, purgat. Pituitam autem crassam, lentam, putrem, & bilem stiam, & atram purgat Galeno, à cerebro, neruis, musculis, tensorijs, spina dorsii, thorace, pulmone, ventriculo, hepate, liene, renibus, vtero, iuncturis. Ob hæc medicamentum familiæ Democrito est dictum, quod ad omnes omnium partium internarum affectiones, praecipue cephalalgiam veterem, epilepsiam, vertiginem, maniam, melancholiam, & alios cerebri, ac neruorum affectus etiam cum tumore coniunctos, ad asthma item, & spirandi difficultatem, & thoracis, aut pulmonis vlcera, ad affectus vetriculi, & vasorum aliorum. Ad icterum, hydropem, lienis duritiem, & dolorem, & tumorem, tum ipsius, tum hepatis, & renum, & reliquos morbos obstructioni succedentes. Urinam quoque mouet, ac menses vterumque expurgat. Cutis colorem floridum reddit, lumbricos necat, ischiadi, & cæterorum articularum doloribus confert, & febribus diuturnis ex materia varia natis, easque ad typum aliquem reducit, praesertim potus cum idoneis illi materiae alijs medicamentis. Viscera reddit imbecilla: ob id tergentibus miscetur, ne in ea virtus eius altius penetret. Tar de quoque, & imbecilliter vacuat Dioscor. nisi cum tertia parte salis gemmae, & manna in trochiscos cogatur. Per se tamen eidem saluber dicitur ob substantiam, & dulcem, & stypticam legitima portione mistam. Humain vero, multa ei vires, & celeritatem addit Haly autem ex agarici parte vna, ligustici, vel dauci parte sexta, salis gemmae parte quarta, cum polypodij recentis muccagine trochiscos virtutis miræ facit, quando est eo opus. Iudæus oxymelite scillitico vires eius auget, & acribus alijs. Galen. puluerem eius vino (cui infusum est zingiber) macerat, & cogit in trochiscos efficaces multum. Additur eadem ratione, & spica, et serum lactis, praecipue caprini. Coctionem, & trituram mediocrem sustinet. Datur puluere à drachm. 1. ad drachm. 2. decocto à drachm. 2. ad drach. 5. seruatur annos quatuor.

De

De Agarico.

Glandifera arbores, inquit Plinius, maxime Agaricum ferunt: est autem fungus candidus, odoratus, nocte relucens. Galenus radicem vocat, & Prenno dicit innasci, hoc est, llici. Dioscorides aliquos putasse radicem, alios fungorum modo in truncis arborum nasci, & esse Laserpitio similem. M A S C V L V S est malus, & ille proprie qui est longus. Marem rotundum ait Diosc. & vnde quaque sibi coalitum. E T habens in contractis suis fila neruorum. Feminam dicit Dioscorides cursu venarum recto constare, marique preferendam. E T vt appareat dulcis in primo gustu. Non hoc peculiariter adscribit Dioscor. bono, sed pariter & feminae facit commune Galenus amaritudinis in tempore succedere, apparentiam quandam acredinis dicit, & modicæ stypticæ. Pau. eligendum albissimum, quod facillime frangatur, nec sit valde lignosum, aut perforatum. E S T calidum in primo. Auerois dicit Galenum in nullum ordinem redigisse, ei autem videri calidum in primo, siccum in fine secundi. E T est compositus ex substantia aerea. Adde ex Galeno, & terrestri, quæ à calore attenuata est minimum aquosæ particeps. E T ipse quidem est subtilitissimus. Discuit, crassos humores diuidit, obstructions viscerum repurgat, inquit Galenus. Inquit Dioscorides. Non leguntur hæc apud Dioscoridem, sed Paulus Aegineta similem habere vim ait Colocynthidi, tarde tamen agentem, nec valde ventriculo molestant. E T Galenus dixit, fiant trochisci. Nec hoc legi apud Gal. Et ducit materias ex iuncturis. Dioscorides dat in coxendicis, & aliorum artuum doloribus cum oxymelite. Ad omnes dolores intrinsecos. Ad omnes internos affectus, ait Dioscorides. Vlcibus pulmonis. Phthisicis cum destruo, ait Dioscorides. Et sanat dolores stomachi. Per se ipsum, si edatur, inquit Dioscorides, valereque etiam torminibus, cruditati, & acido ructui. Mundificat matricem. Confert præfocationi vteri, eodem Dioscoride teste, inflationi quoque, fracturis, casibus, dysenteriz, & sanguinis excreatui: valet & ferarum moribus, qui in frigidando sunt, siue potum, siue exterius appositum, secundum Galeni sententiam. D O S I S eius contriti potio est à drachm. vna vsque ad duas. Dioscorides obolorum duorum pondere dat ad rupta, conuulsa, tormina, & cruditates: drachmæ pondere hepaticis, astmaticis, dysenteriz: tres obolos sanguinis excreatui. & comitialibus, ad aluum purgandam vnicam vel duas drachmas. Paulus drachmas duas dat cum melicrato.

De si agaric.

SYLV. A Garicus, aut radix est cum Galeno, aut velut fungus quidam candidus, odoratus, nocte lucens, truncis illicum, & aliarum arborum glandiferarum truncis innatus.

COST. A Garicum quid esset, non satis compertum fuit Dioscoridi, & Galeno, quum is aliorum tantum sententiam recenseat, his vero radicem esse existimet. est autem non radix, sed fungus, seu vt alij, quod nositer Mesues scribit arborum putrescentium veluti apostema. Nostri tempestate nullus agaricum non nouit, aut collegit, ex laticibus frequentissime, atque etiam ex ilicibus, quamuis raro, licet Plin. Galliarum glandiferas maxime arbores agaricum ferre literis commendavit lib. 16. Sane quum duplex agaricum sit, mas, & femina, marem rotundum esse ait Dioscorides, Mesues vero ijs verbis [Masculus vero est malus, & ille, qui proprie est longus] longum facit. Dioscorides quoque feminam recto venarum cursu constare ait: at Mesues quum

Cap. 2.

A ait. [Et habens in contractis suis fila neruorum] id mari ascribit. In deligendo item agarico hic friabile commendat. Dioscorides vero, quod in Galatia Asia, & Cilicia in cedris nascitur, ob id damnare videtur, quod friabile est, & infirmum. Consentiunt præterea Mesues, & Paulus agaricum ventriculo esse innoxium, licet tarda sit actionis. At contra Aetius libr. 3. incommodum stomacho esse ait, quod & communis medicorum obseruatio experitur, ipsi etiam aliquos magnos medicos nouimus, qui ab eius usu semper abstineant. Postremo agaricum castigari docet Mesues sale gemmeo. At non sine magna ventriculi noxa adijci sal gemmeum hodie experimur, quo fit vt vel vulgare sal gemma adulterinum sit, vel vt perperam agarico commisceatur. Parari vero etiam ex eo trochiscos docet. At quum id tenuium sit partium, rationi etiam consentaneum est contritum inefficax euasurum. Hæc ferè sunt, quæ Mesua obiecta exigere videntur, vt in ijs diluendis operam aliquam impendamus. (cætera enim quæ hic huius scriptoris aduersarij adijciunt, nullius prorsus esse usus puto) sunt autem, & hæc pauci, vt credimus, momenti. Etsi enim marem agaricum, hic longum esse ait, contra quam Diosc. vt demus errorem esse hunc, vnde cumq; fluxerit, seu authoris, seu scriptoris potius vitio, reponendumque sit pro longo rotundum; in eligendo tamen agarico non errat, album, leue, friabile, porosum & rarum præferens. Habet vero mas sicuti, & femina venarum discursus, sed femina rectos, & tenues, mas obliquos, quia ipsum rotundum est, & longe, quam femina crassiores; vt maris comparatione femina carere villis videri possit, quare non errat, quum ait, marem frangendo, ceu villos neruorum, id est crassiores habere: quales certe femina non habet, tenues potius pilos ostendens, quum aut friabile hic agaricum commendat; habet subscriptores peritos omnes medicos. Dioscoridem vero id, quod in Galatia Asia, & Cilicia nascitur: propterea respicere dixerim, quod nimis fortasse friabile sit. tale enim infirmum esse necesse est, proprio scilicet, & insito humore destitutum, quo conseruari innatus rerum calor solet. De ventriculo quoque offensa, & si id quotidie experiri licet, quod & Aetius scribit, turbari hoc assumpto medicamento ventriculum dum sui leuitate supernatans nauseam, & vomitum facit, ac ingrato amarore ventriculi os sensu eximio præditum vellicat; nulla tamen insignis post factam expurgationem noxa remanet: quin adstrictionis, quæ illi cum amaritudine est mista, non paruum robur potest ventriculo conciliari: illi ergo innoxium esse non immerito, & Dioscor. & Pau. autumant: id quod experimento licet comprobare, alioqui certe, qui tam religiose ab hoc medicamento abstinent, neque quia id caueant ratione ipse video, neq; imitandos vlllo pacto dixerim, quum parte altera primates in medicina viri tantopere agaricum commendent. Quod autem reliquum est, an recte sal gemmeum in castigando agarico misceatur, quum eo affligi ventriculum sentiamus: ego profecto Zingibere longe melius castigari, & stomacho minus insensum reddi ipsum non negarim; eius tamen vim eo sale multo magis quam zingibere adiuuari, pro certo habeo, in quem usum à Mesue id sal commisceatur. sal autem hoc vulgatum, cui geminum non existimemus, nihil nos præterea urget. Quod sequitur, an agaricum in pastillos redactum reddatur inefficax, consulenda est & ratio, & experimentum, atque illa quidem docemur, sale addito ipsum reddi efficacius; mellis vero lentorem id præstare quo minus rerum quantumuis tenuium vires disfluant; experimentum vero etiam, qui contra sentiunt

pla-

DE SIMPLICIBVS.

plane refellit, quando & quod in catapotia contritum assumitur. & quod in pastillos confectum seruatur, nibilo facius expurgare quotidie experimur.

De Colocynthide. Cap. IIII.

Colocynthis est, quam Persæ vocant cucurbitam deserti, quæ nascitur in planta, quam etiã sal terræ vocant, eo quod in toto ambitu eius interficit herbas, & est sicut venenum eis: vnde vocant eam Arabes necem plantarum, & eius folia sunt ampla, pilosa: & extenduntur rami eius super faciem terræ sicut extenditur cucurbita, & terra super quam iacet, videtur sicut adusta.

ELECTIO. Duorum est modorum, masculus scilicet, & fœmina, ex eis est masculus super quem nascitur sicut lanugo, est gravis cum duritie, & asperitati attinens, & nigredini. Et laudatur ex eis fœmina, & proprie habens proprietates has bonas: vt sit scilicet crassa, & leuis, & quanto leuior melior: & sit laxa, & alba, & lenis, & completæ maturitatis, & cuius pars interior est pulposa, & laxa, & lenis, & alba vehementis albedinis. Verum quæ non est completa in maturitate mala est, conturbat enim suscipientem eam, & ventositatem cum difficultate facit, & soluit superabundanter, & solutione educit sanguinem, & forasse interficit. Et cum sigillatur cum toto germine plantæ, vt nascatur colocynthis vna, est illa mala, perniciosissima, immo est venenum, & cum in tota regione non est nisi planta eius vna per se nascens, est mala. Et quæ nascitur in terris fortibus, & puluerulentis, aut iuxta loca reptilium, aut in locis thermarum colocynthides facit minores: & sunt similiter malæ. Quæ autem nascitur in terris laxis, & arenosis, & liberis est, quæ eligitur. Et cum extrahitur pulpa eius, tempus debilitat eam. Tempus autem collectionis eius est autumnus, & proprie dum iam citrinescit, & remouetur viriditas ipsius.

COMPLEXIO, & proprietates. † Est calidæ complexionis, & sicca in tertio gradu, & est composita ex partibus igneis, & partibus terreis adustis, & est solutiua, & attractiua superfluitatum, & eius attractio est multum à remotis, & est resolutiua, incisiva, & absterfiva.

RECTIFICATIO. Quatuor sunt corrigibilia in ipsa. Nocet enim stomacho, cordi, & hepati, & est conturbatiua, subuersiua viscerum, faciens operationes difficiles, & aperit orificia venarum apertione sanguinem fluere faciente, & operatur illud vehementis quàm aloe, & velocius, & excoriat vias. Emendatur autem primum, & secundum nocumentum contingens ex ea, commiscendo cum ipsa ex medicinis cordialibus, & stomachicis, & hepaticis, quæ meliorare possunt conditionem eius, sicut additur ei proprie mastix, & gallia, & similia. Emendatur autem tertium, & quartum nocumentum ex ea cum rebus acquirentibus ei viscositatem, & glutinationem, & remouentibus ab ea ferrositatem, & cito lubricare eam facientibus: sicut est tragacanthum proprie, & bdellium, & gummi, & mastix, & similia. Et di-

Exit Græcus, fiunt ex ea, & laudano partes sitimendo æquales post frictionem eius cum oleo rosato, pilulæ, & sunt bonæ, sanæ ad ea, quæ oportet. Modo rectificationis eius secundum quod narrauit filius Serapionis. Infundatur pulpa eius in aqua mellis, & proprie decoctionis ruthæ, & exiccetur post illud, & teratur vltima contritione, & administretur cum aqua mellis prædicta. Modus rectificationis eius ex inuentione nostra. Incidatur minutissime cum incisorio, inuoluatur subtili inuolutione cum glutino tragacanthi, aut bdellij, et exiccetur, et conteratur post illud vltima contritione, et fiant trochisci cum pauco masticæ resoluta in oleo rosato, vel cum laudano, vel cum aqua mellis. Hæc enim ars illam facit sine molestia. Et scias quod de decoctione rem completam sustinet. Et dixit filius Zesar, non oportet vt multum conteratur: vltima enim eius puluerizatio excoriat vias, et venas. Et dixit filius Serapionis, Oportet vt perueniatur ad vltimum puluerizationis eius: aliter enim vlcera vitæ. Et mihi quidem videtur, quod in vltimo puluerizata confrangitur virtus a permixtione adiutorum ei, et pertransit loca viscerum absque impressione nocumentorum in ipsis, et forsitan in ea, in qua non exquisite sit illud, pars sensata ex ea adhærens in vijs, et inuolutionibus apostemat, et vlcera. Expellit autem nocumenta ipsius à corpore aqua passularum cum oleo amygdalino, vel oleo nueum, aut aqua mellis cum oleis prædictis.

POSSE. † Solutione educit phlegma, et humores viscosos, attrahens ipsos à profunditate membrorum. Et dixit Humain. Solutione etiã educit choleram citrinam, et eius operatio ad nervos, et iuncturas extēditur. † Et dixit Dioscorides, Non efficit operationem in materijs quæ sunt in venis, de qua sit curandum, nisi in materijs, quæ sunt in locis profundis distantibus, et eius, posse est magnum in mundificatione cerebri, et neruorum, et lacertorum, et pulmonis, et pectoris, et est magna medicina ægritudinum eorum, † sicut est dolor capitis antiquus, et dolor cranei, et hemicranæ difficilis, et epilepsia, et apoplexia, et confert ægritudinibus neruorum omnibus, et vertigini, † et descensui aquæ ad oculum: et est res magni iuuamenti ad asthma, † et antiquam tussim, et ad dilatationem anhelitus, et est eius operatio virtuosa ad dolores iuncturarum, et podagram frigidam, et sciaticam proprie, secundum omnem modum administrationis eius etiam in clysteribus, et collyrijs, et confert etiam colicæ phlegmaticæ, et inflatui iuuamentum vltimum, et hydropis, et si supponatur in matrice, occidit fœtum, et si ex ea cum aceto forti fricetur morphea, sanat eam, et similiter lepram, et elephantiasim. Et si euacuetur, quod est in testa eius, et impleatur oleo, et bulliat in cinere calido, et inungantur capilli, denigrat eos, et tardat caniciem, et prohibet casum eorum, et si distilletur ex ea in aurem, sanat dolorem eius, et confert sonitui in ea. Et si impleatur aceto forti, et colluatur ex eo os post bullitionem ipsius, sanat dolorem dentis.

DO.

SYLV.

*Id venum in
canibus de-
monstrat.
sic id parat
Iacobi.
Vntam de-
lma. & Prig-
mata Dissi-
purgat pulpa
colocynthis
vntat præ-
paratum &
vntat. non à
sanguine. ut
habetur. &*

DOSIS ipsius est à Karactis 6. vsque ad 10. Is autē qui sumit eam, timeat frigus, & estum.

COLOCYNTHIS.



De Colocynthide. Cap. IIII.

SYL. V. Colocynthis est cucurbitę syluestris fructus, & planta, fel terrę etiam quibusdam dicta, & Arabibus plantarum mors, quod herbas alias sibi vicinas veneni modo interficit, vt vicina illi terra adusta videatur. Folijs, sarmentis super terram serpentes fructu licet minoribus, cucurbitam imitatur. In ea mas est, foris lanuginosus, nigricans, subasper, durus, grauis, & femina præstantior, præsertim si est magna, exacte matura alba, lenis, rara, leuis, vt eius interior medulla albissima, rara, lenis & leuis: quoque leuior, eo melior, sitq; ex agro, laxo, arenoso, libero, Autūno lecta, cum languescente virore ceperit in luteū colorem mutari. Immatura, & his notis destituta, mala, flatus terminosos, & molestissimos excitat, immodice purgat, vt etiam sanguinem educat, & sepe mortem afferat. Pessima est etiā, ac venenosa, quam produxit vnicam tota vna planta. Quę planta si loco illo est vnica, multo perniciosiorem fructum parit, præsertim si locus ille est vliginosus, vel puluerulētus, vel thermis propinquus, vel serpentibus abundet. Calida est, ac sicca ordine tertio, ignea substantia, & terrea per vstionem tenuata [eximie amara] cōstat. Pituitam, & alios humores crassos, & glutinosos, magis ex profundis partibus, & distan-

tibus, vt cerebro, neruis, musculis, iuncturis, pulmone, thorace, quam ex venis attractos, vt censet Dioscor. purgat, ac etiam bilem flavam, vt voluit Humain. Quapropter dictarum partium morbis mire subuenit. cephalalgie antiqua, dolori cranij totius, hemicranie contumaci, epilepsie, apoplexia, vertigini, aquose fluxioni in oculum, podagrie frigide, ischiadi maxime, ac reliquis neruorū, iuncturarumque affectibus, asthmatis item, ac tussi antiquę, dyspneę ex thoracis repleti angustia. Ac præterea summe omnium prodest colico dolori, tam ex pituita, quam flatibus: & hydropi. Omnia autem hæc, siue sumpta, siue clystere, aut balano intestinis inmissa præstat: vtero autem imposita foetum necat. Eadem cum aceto forti affricata, alphas, lepram [psoram] elephantiam sanat. Oculum denique super cineres calidos incoctum cortici eius inanito, capillos illitū nigrat, eoique ne cadent firmat, canitiem tardat. Idem auri instillatum eius dolorem, ac tinnitum sanat. Acetum autem similiter incoctum collutione dolorem dentium sanat, incidit enim, tenuat, terget, digerit. Ne autem cordi, ventriculo, hepatis, & ceteris visceribus noceat turbando, subuerendo, violenter trahendo, miscenda ei sunt dictas partes roborantia, vt mastiche, gallia, & similia, vti misceantur glutinosa, lubricando citius deturbantia, acrimoniam mordacem obtundentia, vt gummi, tragacantha, bdellium, mastiche, & similia, ne amplius vias viceret [per quas fertur] & ora venarum adeo vehementer aperiat, vt inde sanguis manet. Filius Serapionis colocynthidē mulsā cui incocta fuerat rura macerabat, siccabat, leuissime terrebat, ex mulsā præsticta dabat. Græcus quidam colocynthides rosato oleo fricabat, & cum æquali portione ladani in catapotia formabat, vtilia prædictis affectibus. Ego autem eam minutissime forbicibus incido, glutino, & mucagine tragacanthi, aut bdellij perlino, sicco, tenuissime tero cū ladano, vel mulsā, vel mastiche, oleo rosato dissoluta, in pastillos cogo citra molestiam purgatorios. Quod si noxā corpori impresserit, mulsā, vel vuarum passarum decoctum cum oleo amygdalino, vel oleo nucum; eam abolet. Longam decoctionem sustinet, estque, vt mihi cum Serapionis filio videtur, contra filij Zesar sententiam, pulueranda tenuissime, vt eius facultas malefica, permixta illi exquisite alia plenius obtundatur, vtque viscera celerius permeet, neq; in ipsis ob partium minus tritarum crassitiam cesset, quam fortasse fit, vt in visceribus pigra retineatur, eaque viceret, præsertim cum sensu perceptibiles fuerint eius particule. Datur a filiis sex ad decem, frigus, & estum vitantibus.

De Colocynthide.

Colocynthis græce, latine a grestis Cucurbita dici MANA. tur. EIVS folia sunt ampla, pilosa. Ramulos, & folia ait Dioscor. per terram sterni, esseque sario cucumeti similia, quibusdam diuisuris scissa. VERVM quæ non est completa, mala est, & reliqua. Si hæc vera sunt, nunquam erit tutus colocynthidis vsus, non enim scire possumus, quo solo geni-

ta

scimus a sed veris, & nunciati partibus. Pausanias. Dosi.

Est deat, i. in mulsā. Cuius dicitur quæ rura coquit. Paul. vi. 207.

Et verum in cucurbitis demonstrat. Alii id parum ferunt. Tutius autem dicitur, quod strigilata Dioscor. purgat pulpa colocynthidis. Quæ sitem & munit, non a sanguine, ut habetur. &

DE SIMPLICIBVS.

(a, an in vnica planta vnica, vel in vna regione vnica planta. Et proprie dum iam citrinescit.) Colligendam docet Dioscor. cum in pallidiorum colorem mutati occiperit. EST calidæ complexionis, & sicca in tertio.) Amaram dicit Galen. non posse tamen id efficere, quod alia faciunt amara, dum bibitur, ob vehementem purgandi vim. Ex quibus verbis monstrat, non ita calidam putasse, vt Mesue licet sub quo ordine calida esset, non expresserit. Modus rectificandi eius, secundum quod narravit filius Serapionis, & reliqua.) Non hoc præcipit Serapion, sed Paul. drachmā vnā in quibus melicrati cyathis coquēs cum Ruta. Et dixit filius Serapionis, oportet vt perueniatur ad vltimum puluerizationis.) Non hoc dixit Serapion, sed contrarium, non esse videlicet multum terendam. Paulus autem & Auic. quem est Mesue secutus, plurimū terti iubent; quoniam, vt inquit Paul. aspera eius partes interioribus hærentes vicera faciūt quibus nerui compatiuntur. SOLVTIONE educit phlegma.) Bilem etiam & strigmenta, dicit Dioscor. Et dixit Dioscorides, non efficit operationem in materijs quæ sunt in venis, & reliqua.) Nō hæc Dioscor. sed Paulus cuius hæc sunt verba: Interiora colocynthidis vacuant præcipue bilē, & mucos, & non a sanguine vt Elleborus, & scammonium, sed a neruis, & neruosis mēbris. SICVT est dolor capitis antiquus.) Paulus, danda his, quibus caput est læsū, aut interior, vel exterior eius membrana: illam piā matrem, hanc circumosalem vocāt, aut vertiginosis, hemicranicis, comitialibus attonitis cynico ipasmo, asthmaticis, & nō nisi recta ceruice spirātibz. DESCENSVI aquæ ad oculum) Paulus, diuturnis oculorum fluxionibus, AD antiquam tussim) Docet Plinius aquam mulsam in ea coqui ad dimidias, & sic tussientibus infundi obolis quatuor. Multæ eius vires sunt prætermittæ, vt quod secundum Pau. valet his qui circa renes, & vesicam patiuntur. Iuxta Plin. in morbo regio vtiliter semina insuntur, & protinus aqua mulsæ, & quod cum oleo si infricetur, spinæ, lumborum, & coxarum dolores sanat, & succus eius viridis perfricatus, iuuat coxendice laborantes, authoribus Dioscor. & Gal. & quod vtiliter clystere pilæ eius iniiciuntur, coxædici, paralyti, & vitijs coli, vt testatur Diosc. Dosis decem ceratia.) Paulus drachmam integram dare non veretur. quæ secundum eum pendit ceratia octo decim.

Sunt & in hac de colocynthide historia non nulla que Manardo, & alijs non placent. Primum autem quum ait (Verum que non est completa mala est, &c.) si hæc vera sunt (ait Manar.) nunquam erit tutus colocynthidis vsus. non enim scire possumus quo solo genita, in vnica planta vnica, vel in vna regione vnica planta. Subdunt alij propter hoc prudenter facere medicos, qui ab eius medicamenti vsu in totum abstinendum esse præcipiunt. Est autem, & de huius temperamento dubitatio, hic enim calidam, & siccam facit tertij ordinis: Galen. autem quum amara sit, non posse tamen, ait, id efficere quod alia faciunt amara, dum bibitur, ob vehementem purgandi vim: ex quibus verbis monstrat non ita calidam putasse, vt Mesues, licet sub quo ordine calida esset non expresserit: Alchindus vero Auicennæ testimonio frigidam esse, & humidam existimauit. Sed alius etiam est vbi de castigatione, & tritura huius medicamenti agit, scrupulus, quum enim ipse plurimum teri velit, hanc eadem opinionem Serapioni quoque ascribit: contrarium tamen Serapionem tuc-tur. Estq; hic etiam animaduersione dignum, leuigandane diligentissime sit colocynthidis, an contra à diligentissima ea tritura sit abstinendum, vt Zexar filium sensisse hic author monet. De purgatione præterea quæstio est, quales nam humores colocynthidis trahat, hic enim vsq; verbis (solutione educit, &c. pituitæ vniuersæ mentionē

Facis: Dioscor. tamen, & bilem, & strigmenta etiam elici testatur, quod & Aetius, & Actuarius. Ita vero, & de huius propinanda mensura discrepare inter se medici videntur, Hic à ceratis sex vsque ad decem exhibet: Aben Mesuat sex ceratia, id est scriptulum vnum non pertransit, Serapione teste. Auicenna tamen scriptulos duos dare non veretur, quod & Actuarius, & Aetius, licet imbecillis corporibus vnum tantum offerat: Paulus vero, quod & Dioscor. ad integram vsque drachmam ascendit. Ceterum, vt his satisfaciamus, quod primo loco reprehendunt, id tamen scribit, & Auicenn. 2. Can. & Habix, vt testatur Serapion, & Rasis. 23. Contin. auctorem Oribasium faciens: atque his astipulari videtur ratio. quum enim (vt etiam Serap.) fructus ille, qui in planta est vnus, totum sibi vsurpet aimentum, quo alij fructus multi possent, immodicas laxandi vires, & veneni ipsius vim assumat necesse est. Id in arboribus plane omnibus obseruare licet, quibus quo pauciores fructus insunt, eo sapore atque ad eo viribus excellunt magis. Itaque scribit rationi consentanea Mesues. An ergo abstinere à colocynthidis vsu oporteat, ego certe non tam facile statuum. offertur enim tanta eius copia ad nos, vt par sit seracissimas, & singulas plantas, & regiones esse, ex quibus aduehitur, vsu etiam experimur, castigatam, vt fieri solet colocynthida tuto exhiberi, & duces tot tantosque hætenus ab Hippocrate medicos habemus, vt nihil abstervere ab hoc medicamento nos debeat, quo præsertim id quotidie assequimur, quod paucorum, aut forte nullius alterius vsu assequi liceat, quid enim aliud crassos aque valenter ex toto corpore humores educit? Sed hæc satis. De temperamento autem, ac de Alchindi quidem opinione, apertum cuiq; esse existimo cum frigido, & humido medicamento, neq; tam insignem amarorem, & acridinem, neque tam valentem purgandi vim posse consistere: quare, mea sententia quod de cucurbita domestica, quæ Græcis κολοκύνθη, medici ascribunt, id de syluestri quæ κολοκύνθη dicitur, Alchindus d. Eum putauit, ducto ex vocum similitudine errore, alioqui consentiunt omnia calidū, & siccum id esse medicamentum, non frigidum, & humidum. De Galeno autem, si quis eius verba perpendat, quomodo id colligatur quod Manar. ait, non video. Amplitudinis profecto opus inter alia calfactio est: solent enim amara, Galeni sententia, calorem in corporibus insignem excitare, quæ ex immodica caliditate nascuntur: quam ob rem, quum Galen. colocynthidem ob strenuam purgandi vim citius deorsum ferri cumijs, quæ educit, neq; amaritudinis opera præstare posse asserit; subscribere Mesuæ potius videtur, in tertio calfactientium ordine reponenti, quam ipsi aduersari: alioqui certe, & insignis huius medicamenti amaror acridini, & partium tenuitati coniunctus, ac præterea cfrenata, quæ ipsi inest, purgandi vis (ipsum nempe Auicenn. 5. Coll. in sine gradus purgantium medicamentorum reponit) astipulari Mesuæ videtur. De tritura vero quod obijcitur, cuius nullo negotio patere potest, Serapionem de hac re nihil, an vero filius Serapionis id scripserit, neque Manar. fortasse, neque alius nostro tempore affirmare queat, quum eius libri nusquam appareant: Id certe constat Mesuem, non Serapionem, sed Serapionis filium eius opinionis auctorem tum hic, tum in lib. Can. vniuers. facere, vt propterea immerito Manardus hunc damnet. De quæstione autem hac, quid sentiendum sit, num multum, an parum conuendenda sit colocynthidis: satisfacere nobis videtur Mesues rationi aduersario-

Colocynthidis
quædam te-
renda.

Colocynthidis
facultates
à Mesue præ-
termittæ.

Capa

Cap. de tritu-
tura.

ANT.

rum, habemus quoque huius assensores, & Paulum, & Aetium, a quo non recedit Aetius lib. 5. & Avic. li. 2. Quam ob rem ab horum magnorum virorum iudicio, & experimento ego quoque nullo pacto recedendum contenderim. Quod autem sequitur, an colocynthidis alios humores praeter pituitosos expurget; certum est hanc, & bilem, & strigmenta educere, quod ait Dioscoridus, affirmantque Paul. lib. 7. & Aetius, & Aetius: at neque hoc praetermisit Mesues, imò ex Humain sententia id ipsum statim subiungit, si quis non oscitanter hoc legat. De mensura vero, quod postremo loco quaeritur, quam alij magis, alij minus in hoc exhibendo medicamento sint audaces, nouimus nos empiricos quosdam scriptulos colocynthidis quatuor exhibuisse nulla subsequente noxa: tutius nihilominus esse Mesuae consilium ipse existimari media via euntem: id vero etiam habita corporum, & excrementorum, & aliorum omnium ratione, quorum haberi a prudentibus medicis solet.

POLYPODIUM.



De Polypodio. Cap. V.

ANT. **P**olypodium est radix, cuius plantae est ortus super arbores, & super lapides: & vocauit eam Graecus filicem arborum.
ELECTIO. quod nascitur in lapidibus, humiditatem habet superfluum, indigestam, causantem ventositatem, & subuersionem, & naueam. Verum melius ex eo est arborum, & proprie quod nascitur super arborem ferentem glandes, & quod est cum proprietatibus octo bonis, & proprie quod est crassum: & solidum: & nodo-

Asum: & cuius color secundum aliquid participat nigredinem, & rubedinem, sed parum: & cuius contractum est sicut color phisici: & in quo est ex aromaticitate aliquid: & in cuius sapore est dulcedo cum stypticitate, derelinquens in gustu ex amaritudine aliquid ultimo: & quod est recens.

COMPLEXIO, & proprietates. Dixit Dioscoridus. Calidum est in tertio, siccum in secundo. Et dixit Haly, calidum est, & siccum in secundo. Et est resolutiuum humiditatum viscosarum, & crassarum. Et est exiccatiuum, & absterfium, & solutiuum.

RECTIFICATIO. Est ex maxime extenuantibus, & desiccantibus corpora, & facit subuersionem, & naueam, & est eius operatio debilis, & tarda. Et tollitur ab eo nocumētum primum administrando illud cum aqua mellis, aut cum aqua passularum, aut aqua hordei. Inquit Hamech, coquitur cum iure gallorum, & gallinarum, & fit solutiuum bonum, & similiter cum aqua casei fit solutiuum conueniens. Et aufertur ab eo nocumētum secundum, si admisceatur ei aliquid ex sedantibus animam, sicut sunt semina redolentia, & species, sicut datus proprie, & anisum, & semen feniculi, & zingiber, & similia. De decoctione autem sufficienter sustinet.

POSSE. Solutione educit choleram nigram cum facilitate, & phlegma crassum, & mucilaginosum, & materias iuncturatum, & confert colicam secundum omnem modum administrationis eius, & duritiei splenis, & proprie cum epithymo, & sale indo, & confert ad melancholicas febres, & proprie cum aqua mellis, & sanat scissuras, quae fiunt in manibus.

DOSIS) eius est a drach. ij. vsque ad aur. iiii.

De Polypodio. Cap. V.

Polypodium radix est plantae, lapidibus, & arboribus incresecit, quam *didzē* nēq, id est arborum filicem, Graeci vocant. Quod lapidibus innascitur, humiditate excrementosa, cruda, flatulenta, ventriculolum ad naueam euertere, abundat. Prestantius quod arboribus, praesertim glandiferis innascitur, praesertim si magnum est, recens, solidum, nodosum, foris ex nigro rubescens, colore intus herbaceo, ut pistacium, sapore dulci, austero, tandem subamaro, non nihil aromatico. Dioscoridi calidum est tertio gradu, siccum secundo, humores crassos, lentos terget, digerit, siccat bilem atram, & pituitam, vel crassam, vel lentam, purgat etiam a iuncturis. Affectibus ob haec melancholicis prodest, ut quartanis, praesertim cum mulla, epithymo, sale indo, colico etiam dolori, & splenis duritiei quouis modo usurpatum. Contra rimas, quae inter digitos fiunt trita illinitur, corpora enim extenuat, & siccat. Ne vero ventriculolum ad nauicam euerat, utque citius vacuet, datur ex mulla, vel aqua hordei, vel uarum passerum, vel ex iusculo gallorum, & gallinarum, ut suasis Hamech, coctum, vel sero lactis,

SYLV.

Tractis arborum praecipue colorum, & la pidiis musca si Diosc. t digiti mimi crassitudine, Diosc. Tin. Cum mulla pro quod coloribus. Paulus tradit & pistacum. Diosc. sine gradus mentione de Gal. dista nem qualitate mittit cal facere ostendit. gra. 2. Aue. temperatum. Auer. Clemeter purgat sine mulla. susciuat securos epithymo. Auer. Mandant per se mulla sine sui subuersione. Nam tamen ab eufendis etiam Tin. scrib.

DE SIMPLICIBVS.

Atis, Bibitur vtiliter mistis seminibus odoris, vel alijs aromaticis, vt dauco, aniso, fœniculo, zingibere, vel simili animam, & facultatem ventriculi naturalem corroborante. Longam satis coctionem sustinet. Datur à drach. ij. ad aur. quatuor.

De Polypodio.

M N A A. Polypodium nostri Filiculam vocant, inquit Plinius: similis est filici. Est radix. Adde ex Dioscoride pilosa, cyrthos polyporum modo habens. ORTVS eius super arbores. Dioscorides in arborum truncis, præcipue roborum. Et super lapides. Adde ex Dioscoride muscosos. E T proptie quod est grossum. Minimi digiti crassitudine, Dioscorides & Plinius. E T cuius contrafactum est coloris fistici. Coloris herbacei Plinius & Dioscorides. E T in quo est ex aromaticitate aliqd, & in cuius sapore est dulcedo cum stypticitate, reliquens in gustu, &c.) Obscure, nec conformiter bonis authoribus. Dioscorides. n. sapore dicit in acerbo subduli. Gal. dulcem simul, & austeram habere qualitatem dominantem. DIXIT Dioscorides calidum est in tertio. Dioscorides nunquam, Gal. in hoc non meminit graduum, sed cum exiccare dicit absq; morfu, nec aliam qualitatem præ se ferre, quam dulcem, & acerbam, non est tam calidum putandum: & propterea magis credendum Auerroi, quasi temperatum dicenti, quam Auicennæ, qui dixit calidum in secundo, nedum his, qui in tertio ordine statuerunt. EST ex maxime extenuantibus, & siccitatibus corpora, & facit subuersionem, & nauream. Nescio quo pacto maxime possit corpora extenuare, cum leuiter purget, nec excellenti aliqua (vt dictum est) polleat qualitate. Scio autem quod per se exhibitum, nec subuersionem, nec nauream facit. Et propterea in hac etiam parte, magis credo Auerroi dicenti, quod est secuta medicina, & melior Epithymo, quam vel huic viro, vel etiam Plinio stomachum offendi ab eo asserentibus. INQVIT Hamech, coquitur cum iure gallorum & galinarum. Coquit Dioscorides cum gallinaceo, vel pisce, vel beta, vel malua, vel andu inspergit in aquam mulsam. Plinius, exprimitur, inquit, succus aqua madefacti, et ipsam concisum inspergitur oli, et betæ, vel malue, et salamento, vel pulicula coquitur. SOLV TIONE educit choleram nigram. Dioscorides, et Plinius bilem absolute, et pituitam. Paulus radicem contritam cum melicrato, idem dicit agere colocynthidi. Dosis vsque ad aureos quatuor. exhibui ego sepe vnciam integram, parumque, et id quidem sine molestia eduxit.

*Polypodium
hic extenuat
corpora, nec
nauseam inducit.*

C O S T. Specta & hæc omnia sunt Manardo, quo de polypodio Mesues. Primum autem (vt cetera, quæ leuia sunt præteream) in eligendo polypodio id commendat hic author, in quo (vt eius verbis utar) est de aromaticitate aliquid, & in cuius sapore est dulcedo cum stypticitate, derelinquens in gustu ex amaritudine aliquid ultimo. At obscure (ait Manar.) nec conformiter bonis authoribus. Dioscorides enim sapore dicit in acerbo subduli. Galenus dulcem simul, & austeram habere qualitatem dominantem. Sed & de temperamento non videtur satisfacere, ait sane polypodium ex Dioscor. sententia tertio esse ordine calidum, & secundo siccum, at in Dioscoride legere hoc non est: præterea etiam Auic. secundo calidum & tertio succum, Haly autem (quod Mesues subiungit) in secundo & calidum & siccum putat: Auerroes vero quasi temperatum in primis qualitatibus. nam significat hoc (ait Auer.) quia super ipsum dominatur dulcedo cum stypticitate, & desiccatur sine mordacitate. cui etiam subscribere Gal. videtur dicens

A ipsum exiccare absque morfu, neque vllam aliam præ se ferre qualitatem, quam dulcem & acerbam. Vnum autem etiam scribit, quom de huius medicamenti noxa & castigatione agit, quod dignum est animaduersione. ait enim esse hoc ex maxime attenuantibus, & siccanantibus corpora, & ventriculum subuertere, & ad nauream concitare. At quom leuiter purget polypodium, neque excellenti aliqua polleat qualitate, videre nescit. Manardus quomodo possit corpora extenuare. Idem Manard. polypodium seorsum exhibitum nec subuersionem, nec nauream facere obseruauit. quæ Auerroi potius tutum hoc esse medicamentum asserenti, & melius quam epithymum, magis quam Mesua, aut Plinio, qui Mesua consentit, credendum puto. Est vero & de purgatoria huius vi scrupulus. Hic choleram ait nigram educi, cui Auerroes astipulatur illi proprietatem ascribens purgandi melancholiam. At Diosc. & Plin. bilem & pituitam trahere affirmant. Ita & Paulus inter cholagoga recenset, ac radicem cum mulsâ contritam idem præstare testatur, quod colocynthidis. Excitatur demum, & de propinandi huius mensura controuersa. Hic ad aureos quatuor hoc est circiter drachmas sex exhibet. Auerroes tamen decem offert drachmas, ita & Manar. integram vnciam frequenter obtulit, & parum ac sine molestia eduxit. Aetnarius tamen purgata radicis scriptulos tantum sex dat affusa aqua mulsâ: Aben Mesua teste Serapione decocti eius, aut infusi drachmarum quinque: contusi autem drachmarum duarum pondus non excedit. Ita & Mescha contusi drachmarum duarum, decocti autem quatuor mensuram non pertransit, à quo Auic. non discrepat. sunt ergo quæ hic author scribit de polypodio diligentius perpendenda. Age autem vt singula hæc examinemus, de polypodij sapore, quom Dioscor. ipsum sapore esse in acerbo subduli, & Gal. dulcem & austeram qualitatem dominantem habere asserunt, ab his non discrepat Mesues dicens in eius sapore esse dulcedinem cum stypticitate, addit tantum, non nihil amaritudinis ultimo derelinqui loco, quod Auic. quoque in probatissimo polypodio exigit, id enim commendat, in quo occulta est amaritudo. An autem hoc sit ire bonis authoribus obuiam, an vero diligentia superare alios, non est iudicatu difficile. decet potius gustatu explorare ita ne habeat res, vt hic scribit: etsi enim ego in nostri polypodio, quod certe non nisi humectio colligitur solo, amaroris nihil adhuc persense; non tamen ita ne in Arabico enoniat, atque eo, quod siccioribus, & calidioribus nascitur regionibus, ad hoc licuit experiri. Sed quid de temperamento? De calore ego profecto Haly, Auicenna, vel etiam Auerroi potius subscribendum censerem, quam ijs, qui in tertio ordine calfacere ipsam autumant, in quibus & ipse est Serapion. Consentire autem nobis, etiam Mesum putarim, qui cisti Dioscoridem (cuius libros Arabes deprauatos habuisse, qui huic viro non sunt insensu pro explorato habent) secus velle scribit, illi tamen assentiri se neq; ait, neque negat; sed Haly opinionem subiungens huic ipsi astipulari sese potius indicat quam superiori, arbitrari, scilicet secundo, non tertio ordine calidum esse hoc medicamentum. In hac autem re an rectius Auerroes sentiat quasi temperatum hoc faciens, iudicare ipse non aui; illud tantum dixerim, quod polypodium temperiem mediam non excedat, non satis efficacis ratione ab Auerroe esse demonstratum, etsi enim dulcedo, qua cistiioni coniungitur, in polypodio est, & absque morfu desiccatur: dulcis tamen ille sapor, qui assiduum in medio-

SCILLA.



De Scilla. Cap. VI.

mediocriter exuperat (ne de amarore, qui in eo posite- A
mo loco esse debet aliquid dicam) maiorem quam in
temperata sit re caliditatem proant, forte esse ergo A-
uerroes ubi polypodium quasi temperatum in primis
qualitatibus facit, id non absolute, & exalbe, sed alio-
rum soluentium medicamentorum comparatione, intel-
ligit, alioqui certe, quum hoc si quis gustatu diligenter
exploret, saloris nonnihil commansum ori impartitur;
ad secundum calidorum ordinem, eorum scilicet, qua
manifeste calefaciunt, accedere videtur. Sed de cali-
ditate satis. De siccitate vero, quum testimonio Ga-
leni, & medicorum omnium valenter exiccet, polle-
atque in eo astringentia vis, quo ter scribitur partibus in-
haret; patere existimo non esse inter ea, qua tempera-
te desiccant reponendum, sed ad tertium etiam vi ait
Auerroes. & ex Dioscoride Mesues siccorum gradum
accedere. alioqui non tam valenter (ut omnes consen-
tiunt) exiccaret. Porro ex his, quod domiceps obijcit B
Manar. paruo negotio consutari existimo: neque
enim quod ait Mes. hoc esse ex maxime extenuantibus
corpora, a ratione vsquequaque abhorret, ut ille pu-
tat: si enim siccando tantum est efficax, etiam atten-
nuandi corpora facultate ut excellat, necesse est, quin-
uis leuiter expurget. An vero ventriculum subuertat,
quod hic auctor ait, Auerroes negare videtur, stan-
dum experientia est: est enim id quandoque est obser-
uatum, citra ullam ventri.uli noxam assumptum esse
polypodium; frequenter tamen etiam contra euenit,
quod in ceteris quoque medicamentis pro aspinentis
natura fieri consuevit. Quod autem ratione assequi li-
cet, nobis profecto quum praeter dulcedinem, qua in eo
praecellens, & ingrata esse solet, & aereas praualeve
inducat partes, ex qua re sui leuitate ad os ventriculi
superius efferi facile solent, qua talia sunt, quum in-
quam praeter dulcedinem virosi etiam, ac medica-
mentosi quidpiam commansum pra se ferat polypo-
dium: & nauisam concitare, & ventriculum sub-
uertere facillime posse videtur, quod Mes. & Plin.
scribunt, neque auctum quo pacto Auerroes hac in re
aduersetur videmus; licet enim vomitum faciat, ac
ventriculum agendo subuertat, insignem tamen nul-
lam noxam ubi finis expurgandi fuerit, derelinquit,
quod alia multa faciunt: quare & tutum hoc esse
medicamentum non temere Auerroes scribit. Sed
hac satis. De purgatione; quod sequitur qui nam
humor polypodio assumpto expurgetur, ut paucis
dicam: quod Paulus inter ea, qua bilem educunt ip-
sum reponat: Dioscorides vero etiam pituitam trahi
asserat: Mesues non aduersatur, qui de cholera nigra,
& pituita mentionem facit, quia hoc praesertim humo-
res solet purgando allicere. Quare quod hic nigram (ut
ait) cholerae duci asserat, Paulo non repugnat inter D
ea, qua bilem trahunt hoc medicamentum reponen-
ti, quando nigra cholera bilis est species: de pituita
autem meminit hic non secus, ac Dioscorides: de bile
vero stana ob id forte non meminit, quia parum
est, quod humoris huius polypody vi expurga-
tur. De mensura autem, quod postremo
loco obijcitur non est, ut multa di-
cam. Sane constat si quis men-
suram ab alijs praescri-
ptam perpendat,
Mesuem ne-
que audacia, neque timiditatis subire
notam, qui a mediocritate
non discedit.

S Cilla t sicut dixit Galen. duplex est iuu- ANT.
mentum. Solutione enim, educit ma-
terias, & praeparat ad soluendum.
ELECTIO. Melior est habens pa-
rem. Sola enim sicut dicitur, est venenosa, t &
adhuc est melior, qua saporem habet compo-
situm ex dulcedine, & acuitate, & amaritudine,
& qua splendorem habet in laminis suis, & que
naicitur in locis liberis: orta enim in locis ther-
marum, aut orta singularis, est mala.
COMPLEXIO, & proprietates.) t Calida est
in tertio, sicca ad ipsum. Est autem composita
ex partibus igneis positis in superficie ipsius da-
tibus ei acuitatis vehementiam, & ex partibus
terreis adustis dantibus ei amaritudinem, & parti-
bus acreis mediocribus, quare est in ea de dul-
cedine aliquid. Est enim incisiva, t ulceratiua,
adustiua, resolutiua, & attractiua materierum
ad exteriora, subtiliatiua partium crassarum, &
viscosarum fixarum, & adherentium, & conser-
uatiua a putrefactione.
RECTIFICATIO.) Assatio acquirit ei fa-
cilitate in soluendo, & praeparatio ipsius in ace-
to ponit materias crassas adherentes, & submer-
fas, faciles ad expellendum. Modus autem ope-
rationis eius in assatione. Accipiuntur laminae
ipsius, & separatim inuoluuntur in pasta, & sepe
liuntur in cinere calido, donec coquantur suffi-
cienter, postea extrahantur ex pasta, & admini-
strantur
Mesua. K

DE SIMPLICIBVS.

strentur vbi oportet. Modus alius assationis ipsius. Ponatur in vase luteo vitreato stricti orificij, & sigilletur ligatione forti cum pergamento, & dimittatur diebus 40. & proprie diebus maioris æstus, & moueatur vas, & mutetur vicissim omni hora, ita quod æqualiter in singulis partibus calefiat, deinde extrahatur scilla, & admittretur vbi oportet: & quandoque admiscetur ei post assationem tantundem farine orobi quantum ipsa est, & fiunt inde trochisci, & conseruantur vbi oportet. Secundum aliquos hic ponitur modus præparationis aceti scillitici, qui etiam in antidotario late inuenitur, & dicit Paulus. Lamine eius sicut sunt ponantur in aceto in principio veris vsque ad finem æstatis in vase vitreato sigillato, & exposito soli, & post illud admittretur vbi oportet. Et scire debes, quod scilla de decoctione rem sustinet mediocrem.

POSSE. † Solutione educit humores crassos, & viscosos. Et dicit Haly, etiam cum hoc solutione educit choleram nigram: & eius iuamentum est magnum ad ægri tudines capitis sicut cephalæa, & epilepsia, & proprie secundum omnem modum administrationis eius, & vertigo, & scotomia, & oxymel eius ponit materias viscosas facile ad expellendum, & subtiliat humorum crassitudinem. Et ipsa quidem secundum omnem modum administrationis eius, confert iuamentum magnum ægri tudinibus iuncturarum, † & est medicina bona pulmonis, & pectoris, & ægri tudinum in eis, proprie electarium ex succo eius, & melle sumptum lambendo clarificat vocem, & similiter oxymel eius, & acetum ipsius, & est ex medicinis bonis spleni, & crassitie eius, est ex rebus præseruantibus corpus à putrefactione, & conseruãtibus ipsum in sanitate sua, & acquirit vsus eius maciem corpori, & conseruat in iuuentute, & acetum eius † excitat, & confortat gingiuam laxam, & putridam, & confirmat dentes motos collutio ex eo, & similiter potus ipsius est medicina magna fetori oris, faciens ipsum odoriferum, & sanat dolorem stomachi, & adiuuat ad digerendum, & vsus eius secundum omnem modum administrationis ipsius confortat corpus, cui accedit laxitas, & mollificatio, & colorem efficit bonum.

DOSIS. Potio eius aceti est à dra. 5. vsque ad duodecim, & oxymelis eius ab aur. 6. vsque ad vnc. tres, & trochiscorum eius à dra. 2. vsque ad quatuor.

De Scilla. Cap. VI.

SYLV.

Id in Gal. n. d. legi. Id in canoni. bus demonstrat. Candidissimam. Plin. utilissimam addit aliam Galen. in Therap. Calida scilla quæda Gal. T. s. i. Antiqua. & allomati. r. i. i. u. i. s. i. l. i. s. u. m. p. r. a. e. l. e. g. i. m. a. t. e.

Scilla auctore Galeno bifariam utilis, tum quod humores expelli apparat, tum quod apparatus vacuat. Melior est, quæ alteri connexa eruitur (sola enim & singularis, vt etiam prope thermas orta, est venenosa) sapore dulci, acri, amaro, laminis splendentibus, & ex agro libero, calida ordine tertio, sicca prope tertium. Substantiam habet superficiariam, igneam, acrem admodum, ac terream, adustione amaram, aeriam denique mediocrem, eamque dulcem. Humores cras-

fos, ac lentos, & bilem atram incidendo, tenuando, tergendo, vt promptius expellatur apparat, & maxime oxymel ex ea scillites, & eisdem ipsa purgat. Quapropter capitis affectibus (cephalalgia, cephalæa, epilepsia, vertigini, scotomati) neruorum, & iuncturarum, pulmonis, & thoracis, præsertim electarium ex succo ipsius, & melle sumptum lambendo, confert. Idem vocè clarum reddit, & oxymel scillites, & acetum scillites. Eadem splenis obstruccionem, & tumorem sanant, putredinem in corpore prohibent: ob id sanitatem tuentur, iuuenile corpus diu seruant, sed emaciant. Gingiuas quoque laxas sanat, dentes commotos ore colluto acetum scillites firmat, oris fetorem tollit, & halitum reddit odoriferum, dolorem ventriculi sedat, coctionem iuuat, corporis colorem commendat, corpus molle, & laxum confirmat, quouis modo vsurpatum. Scilla enim tenuat incidit, terget, foras trahit, resoluit materiam crassam lentore partibus adhaerentem, à putredine vindicat, vlcera, vrit. Assata scilla facilius soluit, immista autem aceto humores crassos, lentos, altius merfos, expelli promptos reddit. Lamine autè ipsius maza separatim inuolutæ sub cinere calido, quantum sufficit, coquuntur, exoluuntur, in vsum veniunt, vel ipsæ lamine vase luteo vitreato, sursum stricto, opercularo, per pergamento includuntur dies 40. per æstiuos dies insolantur vase identidem verso, vt ex æquo vndique caleat, extracta vsurpetur, vel cum æquali farina orobi fiant trochisci, quando opus est vtendi. Ex his sic assatis etiam fit acetum scillites, vel cum Paulo mox vbi à scilla exempta sunt lamine, aceto mersæ, insolentur in vase simili à Veris initio ad Aestatis finem, post vsurpetur. Datur autem potio à dr. 5. ad dr. 12. oxymeli autem scillites ab aur. 6. ad vnc. 3. trochisci autem à dr. 2. ad drac. 4. Mediocrem ferre coctionem potest scilla.

De Scilla.

Scillarum, inquit Plinius, alba est, quæ masculus, femina nigra, tertium genus est cibi gratum. Epimenidium vocatur, angustius folio, ac minus asperum. Pancratium est inter scillas numerat Dioscorus. Pusillam scillam vocari dicit, eademque vites alteri habere, sed imbecilliores. SCILLAE, sicut dicit Galenus, duplex est iuamentum, solutionem enim educit materias, & præparat ad soluendum. Non memini me vsquam hæc legisse apud Galen. SOLA (sicut dicitur) est venenosa. Si hoc verum est, nemo scilla tuto vtetur, nisi qui præsens fuerit, dum effoderetur. Et ad hoc melior est, quæ saporem, & reliqua. Adde his ex Plinio, quæ candidissima fuerit, eam esse vtilissimam. CALIDA est in tertio. Galenus virtutis dicit esse satis incidentis, non tamen vehementer calidæ, sed in secundo ordine, quod etiam confirmat Auerr. VLCERAT, vrit. Nimis hoc est, satis erat acrem dixisse, vehementius enim calida sunt necesse est, quæ vtendi vim habent. Assatio acquirit ei facilitatem in soluendo. Multi vsus fieri per assationem. ait Dioscorus. & Gal. teste, elixatio, & assatio eius vehementiam reprimunt, docetque Gal. pro puero epileptico, quomodo in dieb. canicularibus optime eius succus eliciatur. Et quandoque admiscetur ei post assationem tantundem farine orobi. Sic parantur artitici vocati scillitici Theriacem ingredientibus: Paulus tamen non

COST

Cap. 165. Cap. 12.

Cap. 9.

MAN

non equaliter, sed media parte farinam orobi miscet. Galenus ex Andromachi sententia, sesquialteram vult esse scillam farinæ, & orobos albos. P O S S E, solutione educit humores grossos, et viscosos.) Datur tosta cum sale, ita, vt vni parti octo salis adijciantur, cochlearis vnus, vel duorum mensura, ad aluum leniendum, ex Diosc. sententia. EST medicina bona pulmoni, et pectori.) Antiquæ tulli valem scribit Diosc. tribus obolis sumptam in eclegmate, et etiam asthmaticis. Eodem pondere etiam valet ad vrinam ciendam, ad morbum regium, ad aquam intercutem, ad stomachicos, et quibus innatet cibus.

COST.

Scilla ex Plinio lib. 19. duo sunt genera, altera masculus, quæ albis folijs consistit, & semina, quæ nigra. Quæ apud nos vulgo vsitatur, si rem recte consideras, Plinij nigra est scilla, hoc est femina, eadem cum paneratio, quam Dioscorid. lib. 2. subrusam, ac subpurpuream esse ait, & Plinius lib. 27. de paneratio agens scillam pusillam appellat, tametsi hanc humani capitis magnitudinem equare, Venetis aliquando viderim, masculus vero in Hispania maritimis est frequens, vt intelligamus, alba quidem illa, & folijs crassitudine aloen emulantibus, vt Dioscor. innuit, quum de aloen agit, licet tenuioribus, & nostrati longe acrior, & maior. Esculenta vero, nunc quoque in Cephalonia, et Creta insula in eundem vsu admittitur, dulcis, & candida, ac nostra cepa acrimonia inferior. Hæc si ita se habent, vt putamus; perperam recentiores medicam cum ea, quæ edendo est, confundunt. De medicis ergo Mesues hic agit, inter quas, & vulgata est, quæ passim vitium, quam non est, vt quispiam veluti venenum interdicat (nisi forte alicubi locum venenata oriatur) quum longa, iam consuetudine, & vsu salubris deprehendatur, alioqui etiam plura alia sunt in medicina, quæ veneni vires, quum palam significant, medicis tamen non sunt adeo formidolosa. Age autem, quæ hic scribit, & quæ vitio ei venturum, persequamur, vt instituimus. De scilla deligenda verba faciens ait, [sola enim sicut dicitur, est venenata,] iustat Manard. ferè deridens, si hoc verum est, nemo scilla vitetur nisi, qui prasens fuerit, dum effoditur. De colore item (ait Manard.) non meminit Mes. quam tamen candidissimam esse oportet, vt Plinius docet. De temperamento etiam, quum hic in tertio calidorum ordine reponit, à Galeno discrepat, qui in secundo collocat, quod & Auerr. & Paul. faciunt. Quare, quum scille vitendi, & vitandi vim deinceps ascribit, errare ipsum constat, quando quæ eiusmodi sunt longe calidiora esse oportet. Sed, & de pastillis, quos trochiscos vocant, scillinis, ab alijs discrepat, assumit enim tantumdem scilla, & farina erui, quum tamen Paulus farina partem duntaxat mediam capiat, quod, & Gal. 1. de antidotis. Hæc ferè sunt, quæ Manard. momenti alicuius obijciat. Ad quæ vt paucis satisfaciamus, quod primo loco obijciatur, si quis largissimam, quæ ad nos affertur scillarum copiam animaduertat, ridiculum est, vt vnâ tantum vno in loco ortam esse existimet, id certe, quod de colocynthide dicebat, intelligere hoc in loco Mesues mihi videtur, suspectam eam esse, quæ vna in regione aliqua nascitur; non (quod Manard. forte intelligit) quæ vna, & simplex non etiam duplex effoditur. De colore autem, quod hic silentio rem obuoluit, quum tamen, quæ candidior est, sit eligenda, si quis me roget, quid sentiam, suspicor lapsum esse huius authoris interpretem, sicut etiam in Auicenn. est lapsus,

A quare ea verba hoc in loco [& quæ splendorem habet in laminis suis] eodem pacto castiganda dixi, in Auicenn. quum ait [quæ ex ea bona est fortis coloris, splendida] Bellunenensis ex Arabico legendum proponit [quæ habet colorem cornu] quasi is in scilla color expetatur, qui albus scit, & cornui similis, & splendens, quo etiam pacto vrinæ, quæ ab Actuario cornea dicitur, quare idem fortasse erit in Mesue sentiendum, quod etiam in Auicenn. alij tamen, quid quique velint sentiant, quamuis autem de colore hic non meminerit, non is tamen saporem, qui maxime refert, & alia quibus probatissima scilla cognosci queat sub silentio praterit. Sed, vt alia persequamur. An scilla tertio, vel secundo ordine calefaciat, an etiam vlcerantis, & exurentis sit facultatis, licebit cuius experimento obseruare, nos, qui hæc scribimus, perfricatam scilla cutim non semel ex oriatam vidimus, meminimusq; parafyto cuidam totas fuisse cute expoliatas nates, quum ad trullam scilla peruulsum leuanda alui gratia accessisset, esse autem, quæ huiusmodi vlceratoria facultate sunt prædita non in secundo solum, sed in tertij calidorum ordinis summo, ac ad quartum potius accedere, puto nullum esse, qui ignoret, quare, quid Manardo respondere liceat, satis constat: Galeno autem Auerroi, & Paulo quo pacto satisfaciamus, ego certe cum hæc tam explorata experientia non satis scio; suspicari autem possumus de scilla altera esculenta intellexisse, quam minus esse, quam cepa acrem Galen. in libro de plenitudine testatur, alioqui etiam, quum cepam idem Galen. lib. simpl. medic. 7. in quarto calefacientium ordine reponat, quo pacto hanc vulgatam scillam, quæ vt sensus docet, cepam acrimonia superat, aut Hispanicam, quam vulgata, longe esse acriorem asserunt, in secundo ordine collocabimus? Quod superest, de scillinis pastillis non idem sensere veteres. Andromachus teste Galen. 1. de antidotis, duas scilla partes, & orobi vnâ sumit, cui, & Paulus libro 7. & Auicenn. in 5. Can. astipulatur. Damocrates tamen eiusdem Galen. testimonio in lib. de Theriaca ad Pison. tantundem vtriusque accipit, quod, & Nicol. Myreps. Author vero nosler, neque vni, neque alteri opinioni refragatur, sed tantum de ea meminit, quam Galen. Damocrati acceptam refert, cuius viri si in paranda theriaca sequenda formula est, in pastillis quoque scilla, & orobi farina aqua erunt portione adijcienda: secus si Andromachi theriacam paremus, vt parari nostra tempestate solet. Ceterum, quando de scilla hic verba sunt, doctique Mesues in his verbis [& dicit Paulus] scillini aceti conficiendi rationem ex Paulo, perpendendum vnum videtur, quod non pauci fortasse momenti fuerit, an scilicet cruda, vel cocta scilla aceto sit iniicienda Dioscorid. profecto lib. 7. & Galen. 1. de antidot. & in de ther. ad Pison. item, & 3. de facile parand. med. Aetius quoque, Paulus, & Auicenn. ac Plin. lib. 20. & omnes demum quicumque de hac re agunt, crudam scillam sumunt. Contra tamen Dioscorid. lib. 2. quum de scilla agit ex ea in frustra confecta, ac cocta, mutata sapinis aqua donec amaritudinem, vel acrimoniam amiserit, trahendaque postea lino, & exsiccata in umbra, oleum, vinum: & acetum scillinum confici docet, iure ergo, an ea coquenda sit, vel ne, quæri potest. Sed ad hoc paucis. Scillinum acetum seccandi attenuandique gratia parari solet, hoc autem si ex scilla fiat cruda, nulli dubium est, & acrius, & valentius reddi, sunt tamen corporum nonnumquam, & morborum dispositio.

Cap. 8.
Cap. 11.
Cap. 12.

Cap. 9.

K ij tiones.

Cap. 8.

DE SIMPLICIBVS.

iones, quibus magis lenia, & imbecillia medicamenta satisfaciunt, quibus etiam idem acetum ex cocta scilla accommodari possit, utrumque ergo in medici vsu venire, quum possit; opportune etiam utrumque Diosc. docet. Sed vnum adhuc an maduersione est dignum, quum enim duobus modis ex cruda scilla confici acetum possit, ut Diosc. lib. 5. & Pau. lib. 7. & Gal. 3. de facile par. med. docent, ex ea videlicet exiccata, & ex recenti; utro modo parare id expedit? Nostra tempestate ex desiccata fieri solet, valentius tamen esse, quod conficitur ex recenti, & ratio docet, & Diosc. ac Paul. testantur, ex siccatione enim non tam humidiores effluunt partes, quam etiam, quae acres sunt hebesunt, ut ferè in ceteris, quoque sit plantis, è re medica ergo erit si etiam hoc pacto scillium acetum pharmacopœi conserint.

HERMODACTYLI VVLGARES.



De Hermodactylis. Cap. VII.

ANT. **H**ermodactylus est radix herbæ montanæ, & eius alius est longus sicut digitus, alius rotundus.

ELECTIO. Ille de quo hic loquimur est rotundus, & eius alius est albus, alius rubeus, alius niger. Melior ex his est habens proprietates tres bonas, scilicet, qui est albus, & veræ albedinis intus, & extra, & qui est crassus, & qui est duritiei medioctis, rarus vero, & laxus, & leuis est debilis, rubeus vero, & niger ambo mali sunt, cuius ortus est, in locis pinguibus, aut humidis, est malus; propterea, quod additur ei ad humiditatem superfluam, & inflationem, & ortus eius in vicinitate scillæ meliorat

in conditionibus suis, & similiter in vicinitate raphani. Melius vero tempus collectionis est ver. & meliores sunt, in quibus iam præterijt medius annus post bonam eorum exiccationem.

COMPLEXIO, & proprietas. Calidus est, & siccus in principio secundi, & in ipso est humiditas superflua, causa ad inflationem, & ventositatem, & nauſeam, quare est malus stomacho, reumatizans ad ipsum superfluitates ex alijs membris.

RECTIFICATIO. Tria sunt corrigibilia in eo. Primum est nocumentum, quod diximus, quod imprimit in stomachum, secundum est, quod generat ventositatem, causam ad subuersionem, & nauſeam, tertium est, quoniam est debilis, & tardus in soluendo. † Et dixit Alexander, inimicatur stomacho aggregans in ipso superfluitates plurimas, & generans in eo ventositates crassas, & tollitur hoc nocumentum ab eo in permiscendo cum eo cyminum, & masticem, & zingiber, & similiter piper longum cum eo, & mentastrum, & Kefim remouent hoc nocumentum ab eo. Et dicit AlKanzi, si ex eo, & pauco zingibere fiant trochisci cum succo raphani, vigoratur in operationibus suis. Et ex eis, quæ magnificant illud, & meliorant conditionem eius est scilla, & proprie si ex ea asafata, aut succo eius fiant trochisci, & proprie cū pauca spica, & zingiber. Et ex rebus sibi additis prohibentibus discursum materiei ad stomachum per ipsum sunt myrobalani, eo quod aggregant, & confortant stomachum, & faciunt citum descensum eius, cum sit ex tarde descendentibus.

POSSE. † Solutione educit phlegma crassum à iuncturis proprie. † Et est medicina arctica, & podagræ sumptus, & etiam cataphlasmatus, & proprie cum farina hordei, vitellis ouorum, aut cum mica panis pinguis, & vitellis oui. Et vsus eius impingnat corpus; & augmentum efficit in spermate. Et est medicina bona vulneribus. Abstergit enim sordes eorum, & consumit carnes putridas in eis.

DOSIS eius est, ab aur. i. vsque ad duos. Conseruatur autem per annos tres.

De Hermodactylis. Cap. VII.

Hermodactylus est radix herbæ cuiusdam montanæ, & ea, vel digitum longa, vel rotunda: ac eadem præstantior, si multum est alba, & intus foris magna, mediocriter dura: altera scillæ, aut raphano proxima, si creuit, si vere lecta est, & menses deinde sex siccata est. Rubra autem, & nigra mala est, & quæ in loco pingui, & humido prouenit, quod inde humor eius inflans, & excrementosus ei largior insit, rara vero, laxa, leuis, est imbecillior. Calidus est, ac siccus ordinis secundi initio, cum humiditate tamen excrementosa, flatulenta, nauſeabunda, qua vetriculo nocet, præsertim, qñ in eum ex partibus alijs excrementa confluunt. Pituitam crassam, præsertim à iuncturis trahit, ob id podagræ, & alijs

SYL. De hermodactylis. De hermodactylis. De hermodactylis.

Alexander Trallianus. Paulo melior est Hermodactylus propter purgationem. Et dicitur, quod sit fluxus.

De hermodactylis. De hermodactylis. De hermodactylis.

DE SIMPLICIBVS.

ferum colchicum pro confecto est omnibus. In dubium A
 duntaxat vertitur, an utilis sit eius in medicina vsus,
 quam enim veneni sit species, & ex eo magna, & pra-
 ua symptomata sequi fateatur omnes; mirum cur idem
 tamen ab omnibus passim vsurpetur, & testandum cer-
 te eorum propositum videtur, qui cognita re in eodem
 errore persistant, ac veluti data opera in hominum
 perniciem studeant. Ceterum liceat nobis vti experi-
 entia testimonio, quis nostra etate hermodactylis
 vulgaribus opportune, & caute exhibitis necari ho-
 mines testari potest? quis tantum statim in corpore
 pruritus excitari, erodi intestina, & stomachum vti
 obseruavit? nos certe, neque haec vquam accidisse
 vidimus, neque, & si multos in medicina consumma-
 tissimos, & diligentissimos viros frequenter sumus per-
 cunctati, vllum haecenus tanti mali testem habemus,
 quin cuiusdam obscurum est Venetijs, mulierculas (adeo
 famili- hoc est medicamentum nostra tempestate)
 frequentissime inconsultis medicis, hermodactylum
 pulueratum, quem hermodactylatam vocant asume-
 re, nulla huiusmodi, quam colchico ascribunt, noxa
 subsequuta? Putarim ergo, quod doctis viris multis
 placuisse video, colchicum veneni vires non nisi recens
 obtinere, quod in causa fuit, ut hic author seruari il-
 lum per sex menses ante vsum velit, veretur sane is
 recentem eius succum, atque huius rei gratia, & eum
 hermodactylum abhorret, qui humidis locis prouenit;
 & eum, qui prope raphanum, & scillam oritur, pro-
 bat: corrigi enim humidioram illam qualitatem hisce
 acribus putat, quare etiam in huius medicamenti ca-
 stigatione exsiccantia semper commiscet. Neque ve-
 ro (quod quispiam fortasse dixerit) hermodactylus ab-
 sumpto superfluo eo humore, ut acrior, & perniciosior
 enadat, necesse est; quando id in alijs plerumque re-
 bus euenit, ut siccitate fatiscent, qua recentia stre-
 nuas admodum vires solent obtinere. Age autem ex-
 pendamus, qua hic author scribit de hermodactylo, in
 eo feligendo, crassum, & qui durities est mediocris,
 laudant; rariū vero, & laxum, & leuem esse ait
 imbecillum, huic, & Auicenn. astipulari videtur,
 illum praeserens, qui ad frangendum est durus. Con-
 tra tamen Habix Serapionis testimonio eum commen-
 dat, qui facile frangitur. De temperamento etiam
 controuersa est, hic calidum, & siccum secundo esse
 ordine existimat, quod & Auicenn. Contra tamen, si
 Serapionem legas, non defuere, & qui frigidum, ac
 etiam stupefactorium dixerint, & qui maximopere
 calidum existimarint, omnes tamen sicco tempera-
 mento praeditum putant, licet superflua ei humiditas sit
 adinventa ventriculo inimica. Ceterum, & quum de
 huius medicamenti facultate agitur, occurrit scrupulus,
 ait Mesues eius vsu corpus pingue reddi, & augeti
 semen, quaeritur ergo, quoniam pacto id praestet, ra-
 tione quidem, qui purgandi vi praediti sunt hermoda-
 ctyli, id non agunt, sed attenuant potius, & humores
 imminuunt, operae precium ergo videtur, ut huius ef-
 fectus disquiratur ratio. Verum, ut ad haec breuibus.
 In eligendo hermodactylo, neque fractu contumacem,
 neque facillimum probat Mesues, sed mediocritatem
 expetit: qui enim eiusmodi est, neque carie est corro-
 sus, aut innato humido absumpto ob vetustatem sati-
 scens: neque crassa, ac viscida illius humiditatis est
 particeps, a qua concitari crassiores status strangulan-
 tes, & ventriculum offendentes, & prouenire quic-
 quid hermodactylis noxa inest, vno omnes consensu
 affirmant. A Mesue autem recedere Auicenn. non

facile dixerim, quamuis durum ut eius voce utar) eli-
 gi velit, quia enim hermodactyli ob superfluum, quo
 imbuti sunt humorem, carie facillime corrumpuntur;
 ideo illum duri nomine significari putarim, qui solidus
 sit, neque ob vetustatem nimium friabilis, ita, & Ha-
 bix de quo Serapio, friabilem commendat: non tamen,
 ut puto, qui facillimus sit friatu, sed qui non tam cras-
 sa, ac viscida constet substantia, ut friari non possit, hoc
 pacto benigne interpretanda honorum scriptorum dicta
 existimarim; Mesuem vero commendandum, qui
 medio vitatem sequutus nullum dubitandi hac in re lo-
 cum reliquerit. At de temperamento quid dicendum?
 Si hermodactylus, de quo loquimur, colchicum est, ut
 certe esse omnes consentiunt, illum ipsum, quum ex
 Dioscor. Paulo, & ceteris, corpori pruritus inducat
 scilla, & vrtice instar, & stomachum vrat: (haec au-
 tem ubi recens est tantum agit) nulli dubium est inter
 calida esse reponendum. Quod aliqui frigidum, & nar-
 coticum ipsum esse asserere videantur, de Gracorum
 hermodactylo est, pulchre enim hac de re dicit Tra-
 lia. lib. 11. vbi, & eos confutat, qui ita sentiunt, ne-
 que enim (ait ipse) purgandi haberet vires, si esset
 stupefactorium, quod autem Gracorum hermodactylo
 ascribitur, id de vulgari dictum Serapio existimauit
 deceptus voce, qua eadem diuersis accommodatur re-
 bus, erit ergo inter calida reponendus hermodactylus,
 non inter frigida, in quo autem sit ordine; gustatu,
 atque ex effectis ferre cuique iudicium licet, recens pro-
 fecto, si pruritus in corpore toto excitat, ut Paulus,
 seu ut Scribonius Largus in ore (qua lectio consentire
 Dioscoridi videtur scribenti osinino, ac bubulo lacte
 contento in ore iuuari eos, qui ephemerum suaspere
 alioqui enim, qui in toto corpore est pruritus, hoc pa-
 cto sedari posse, credibile non est) si inquam colchi: um
 recens ea praestat, qua p. re Dioscor. Aetius, &
 Paulus literis tradunt; qui id neget inter ea saltem
 quo obscure corrumpunt, atque adeo in tertio calido-
 rum ordine esse reponendum? Atqui in hermodactylo
 nostro, colchico videlicet exsiccato, & vetusto, neque
 ea acredo persentitur, neque quicquam aliud, quod
 tam insignem caloris praeserat notam, ut propterea
 non perperam in secundo calfacientium ordine colloce-
 tur. Ita vero & de possiis qualitadibus, etsi ubi re-
 cens est superfluo eo humore scatet, ex quo excitari
 flatus, & stomachi strangulatus possunt, ut ait Mes.
 absumpta tamen ex vetustate ea vi, siccum non tam
 actu, quam potestate remanet, cuius siccitatis gratia
 prodesse sordidis ulceribus potest, quod hic idem scri-
 ptor docet. Sed de temperamento satis. Quod sequi-
 tur, quod huius medicamenti vsu pinguescere corpus,
 & augeti semen queat, recentiores nonnulli ob pituita
 attenuationem fieri putant, qua, scilicet attenuata in
 sanguinem, & membrorum alimentum conuertatur;
 & hac eadem ratione semen augeat. Verum ratio
 hac, etsi apposite certe redditur; nobis tamen non
 sus satisfacit, quando alia itidem sunt multa, quae
 tenuandi vi praedita idem praestarent, quum tamen
 contrario, eorum vsu demacrari corpora videamus.
 Suspiciamus ergo haec ex toto vera non esse: sed bo-
 na fide ex Serapionis imitatione descripta ab autho-
 re nostro fuisse, quae is a Dioscor. lib. 2. ascripta bul-
 bis, quorum haec est species, ad hermodactylum tra-
 siulit.

De Iride. Cap. VIII.

ANT. **I**Ris, inquit Græcus. Est radix herbæ, qua dicitur liliæ, † cuius duæ sunt species. Est enim quæ florem habet purpureum habentem gradationes diuersitatis in purpureitate, sicut habet arcus terroris, & est iris, & propter hoc vocatus est iris. Et est alius, cuius flos est albus.

ELECTIO. Habens florem album debilior est in omni re. † Et est ex eis melior, cuius radix est alba, participans rubedinem secundum aliquid, & crassa, & dura, & spissa, & in qua est aromaticitas sicut odor violarum proprie, & † cuius sapor est acutus mordicatus, propter acrimoniam ipsius, & habens nodos breues collectos. Melior pars plantæ est radix, post illam, flos. † Et melius tempus collectionis ipsius est principium veris.

COMPLEXIO, & proprietates. Calidæ complexionis, & sicca est in tertio. Et in ipso acredo, & acuitas. Et est absteruus, maturatus, resolutius, lenitius, apperitius oppilationum, sedatiuus, dolorum mundificatiuus, & solutiuus naturæ, & prouocatiuus. Florem vero habens album calidus est, & siccus in secund. Et est resolutius, absteruus cum æqualitate, & est subtilioris substantiæ, propter, quod & oleum eius est subtilius, & maioris penetrationis.

RECTIFICATIO. O. nocet stomacho, propter, quod propinatur cum aqua mellis, & pauca spica. Et emendatur in conditionibus suis similiter cum aqua case, & melle, & pauco mastice ad causas pectoris, etiam pulmonis cum rob. Operatio olei ros. ex floribus ipsius quantitate, quam volueris, & ex radice medium ipsius, & exequere de operatione illud, quod diximus de oleo rosato, & violato. Operatio autem succi eius est sicut operatio succi absinthij. De contritione autem, & decoctione sustinet mediocriter.

POSSE. Solutione educit phlegma crassum, & choleram permixtam: & educit etiã aquam citrinam cum facilitate, & eius aspectus est proprie, & maxime ad pulmonem, & pectus, & est maturans, subtilians, & educens ab eis materias cum facilitate, & proprie crassas, & viscosas, & adherentes, & est alius aspectus eius ad hepar, & membra vicina ei, & ad splenem, remouens oppilationem eorum, & curans morbos oppilationum in ipsis, & educens materias ab eis sicut est hydropisis proprie, & est ex bene resolutibus duritiem eorum, & apostemata, & dolores eorum, & est medicina bona lenitiua, & resolutiua omnis duritiei, & proprie iuncturam, & neruorum, & apostematum durorum, & scrophularum, & proprie coctum cum aqua sicca, aut caulium, aut cum vino, & permixtum cum melle, & oleo chamæmillæ. † Et confert colori capitis antiquo, & proprie emplastro facto ex eo, & caput purgatio facto ex succo ipsius, & comouet sternutationem, & educit per viam nasi superfluitates plurimas ex cerebro, pronas

A fluere ad partes corporis occultas, & eius administratio proprie cum rob confert iuuamentum manifestum iussu antiquæ, cuius causa est humiditas crassa, & viscosa, & difficultati anhelitus, & mundificat viscera, & matrices, & confert suppositus, & emplastratus doloribus earum, & educit mentiuua, & facit aborsu. Et est medicina magna vulnere: um antiquorum, & putridorum, mundificans ea, & generans in eis carnem laudabilem, immo etiam ossa nuda vestiens carne. Et emplastratio, & clysterizatio facta ex eo confert sciaticæ, & colluitur os ex aceto decoctionis ipsius, & remouet dolorem dentis, & sedat reumatismum eius, & suppositio facta ex eo aperit orificia hæmorrhoidarum: & confert vsus eius ei, qui effundit semen suum inuoluntarie, et fit ex succo ipsius, et farina fabarum, et cicero linimentum bonum mundificans faciem, et abstergens maculas eius. Oleum vero eius confortat neruos, et iuncturas, et confert spatio humido, et confert dolori pectoris, et pleuresi, et peripneumoniæ, et confert destillatio eius in aurem dolori eius, et destillatur ad fetorem nasi, et remouet eum, et inunctio eius in temporibus facit dormire, et † confert dolori capitis, et maturat catarrhum: et confert inunctio eius dolori hepatis, et splenis, et renum: et confert dolori matricis, et iuncturatum, et podagræ.

DOSIS. eius est à drachm. 2. vsque ad 6. et consequatur per annos duos.

I R I S.



De

DE SIMPLICIBVS.

De Iride. Cap. VIII.

E De Ircos.

SYLV.

Iris flores albi, pallidi, lutei, purpurei, carulei. Diosc. scribit, radice: non florum colore distingui Optima Dioscor. est illi raris, densa, fulva, tula, frangi, tumax, silena, sa, valde odorata, sternutamenta mouet dum frangi, tur, gustu amara. Radice, colligida, in, cupiente, sicut, rum defluat, docet Dioscor. Teruat, terget, coquit, Pauli, Cum acetate, splenis, cum, aceto, & rosa, ceo, admota, dolori capiti, canfert, Dioscor. Cum ellibero, alto, & duplo mellis, Dioscor.

Dioscor. dat drach. 6. cum mulla. Pauli, ables, otto, di, cis, agaricis, mo, do, purgat., modo, non, sit, antiqua, nec, gesterata.

IRIS radix est herba, quam crinode, idest lilialem vocat author Grecus, cuius flos, vel ceruleus, ac versicolor, vt iris arcus celestis: vnde illi nomen, vel albus. Alterius radix optima est, si magna, dura, densa, crebro geniculata, ex albo rubescens, odore, ceu viola aromatico, sapore acri, & mordente, Veris initio collecta. Secundam bonitatis rationem flos obtinet, ceruleus praertim, albus enim ad omnia est imbecillior. Radix est calida sicca ordine tertio, actis, terget, coquit, resoluit, lenit, aperit obstructa, sedat dolores, pituitam crassam, & mistam illi bilem purgat, ac praeter haec aquas serosas, idque clementer. Materiam erassam, lentam, haerentem in thorace, ac pulmone coquit, tenuat, ac prompte educit, visceraque omnia expurgat. Hepatis quoque, ac lienis, & vicinarum partium tollit obstructions, affectus ab ea excitatos: hydropem, dolorem, tumorem, duritiem, & similes sanat, aut lenit. Omnes quoque tumores etiam duos, & strumas digerit, praertim neruorum, & iuncturarum, maxime cum betae, vel brathicae succo, vel vino, & melle, & oleo chamamelino. Cephalalgiam veterem sanat, praertim cataplasmate imposita, & succo eius in nares attracto, hic enim sternutamentum mouet, & per nares detrahit vim maximam excrementorum in partes alias, per meatus occultos alioqui defluxorum. Succus autem ex ea, vt abinthio extrahitur. Cum sapa autem tussim veterem ab humore crasso, lento factam, multum iuuat, & ab eodem spirandi difficultatem. Vterum praeterea expurgat. Pessio quoque supposita, vel emplastro admota, vteri dolores sedat, menies euocat, aborsum facit. Vlcera antiqua, sordida, putrida purgat, terget, carne proba implet, quale etiam ossa nuda vestit. Ichiadi salubriter, aut clystere inicitur, aut emplastro imponitur. Os si colluitur aceto, cui incocta fuerint, dentium dolorem sanat, & rheumatismum sistit, supposita item haemorrhoidas aperit. Inuitam feminis vacuationem sumpta cohibet. Succuseius cum farina fabarum, & cicerum illitus, faciem expurgat, eiusque maculas deterget. Oleum denique irinum neruos, & iuncturas firmat, spasmus ex repletionem, cephalalgiam, dolorem hepatis, splenis, renum, vteri iuncturarum, thoracis, & podagrae, pleuritide, peripneumoniam oblitum iuuat, catarrhum coquit, somnum conciliat temporibus inunctum, aurium dolorem instillatu auri, narium graueolentiam ipsis iniectum corrigat. Fit autem ex floribus iudis, & radicum dimidio, vt rosatum oleum, & violatum. Ne ventriculum laedat, sumatur ex mulla, & pauca spica, vel cum sero lactis, mele, mastiche, ad affectus autem thoracis, & pulmonis, cum sapa, vt dixi, proopinatur. Teri, & coqui mediocriter potest. Datur a drachmis duabus, ad drachmas sex, annos duos seruat.

CVius duae sunt species. Variare in Iride flores scribit Diosc. alios enim candidos, alios pallidos, alios luteos, alios purpureos, alios cyaneos esse. Non tamen ex hisce florum coloribus species eius distinguit, sed potius ex radice colore, quem in Illyrica dicit esse subrufum: quale quandoq; ex Illyrio delatum vidimus: in Lybica candidam, qualis est, quae passim inuenitur. ET EX his est melior, secundum Diosc. optima est Illyrica, Macedonicaq;: & in his optima, cuius radix densa, submulla, frangi contumax, subrufa, valde odorata, sternutamenta mouens, dum perfringitur. ET Tenuis sapor est acutus. (Dioscorides gustu amara. ET melius tempus collectionis est ver.) Apertus est hoc loco error: incipiente enim foliorum de statio, colligendas radices docet Diosc. Et est absterliuus, Dioscorides, attenuare dicit. Paulus tenuium esse partium tergere, & concoquere. Ad splenem. Diosc. pota cum aceto. ET confert dolori capitis. Diosc. cum aceto rosaceo. Et fit ex succo ipsius, & farina fabarum. Dioscorides cum elleboro albo, & mellis duabus partibus DOSIS a dr. 2. vsq; ad 6. Dioscoride ad drac. 7. cum aqua mulla. Paulus vero octo obolos dicit purgare, vt agaricum, modo non sit antiqua, aut perforata.

IRidem flore purpureo videre est possim, flore albo habet plures annos hortulus noster a purpureo solo floris colore dissimilem, de quo Mesuem intelligere certum est, quum de iride alba hic meminit, errat enim qui alba iridis nomine libum album rem specie prorsus diuersam intelligere ipsum existimant. Vidimus etiam iridem, cui flos colorem, quem leonatum vocant, praeserebat: sed, & hic purpureus est dilutus. Praeter albam igitur, & purpuream iridem, nobis iridem aliam videre haecenus non licuit, putamus autem errare eos, qui & luteam, & alborum colorum inueniri aiunt, lutea n. gladiolus est, sola floris similitudine cum iride conueniens, caetera aut dissimilis, quare, & de gladiolo diuersum caput Dioscor. facit. Eam vero, quam pro Illyrica nonnulli ostendunt, flore triangulari, purpureo, odore armeniacum pomum referente, folio angustissimo, & cubitali, radice geniculata, digitorum minimi non aequante, extra rufescente, intus vero alba, & subdulci; non esse Illyricam, neq; iridem nisi siluestrem, videre est quotidie Venetijs: huc. n. assertur ex Illyrio frequenter iris a nostrati nulla re alia quam odoris, & saporis excellentia in radice differens, alioqui etiam parua huic planta, vna floris rudi amulatione excepta, desunt caetera, quae in iride desiderantur. Itaq; quum haec ita se habeant, Mesuem iure de alba tantum, & purpurea iride meminisse, neq; tamen dissentire ab ipso Dioscoridem existimamus, ascribit. n. is varios eos colores, pallentem, luteum, purpureum, ac ceruleum: flori simul eidem, quum huius rei gratia diuersi coloris specie celestis arcus imaginem scribat representari, propterea q; quod etiam Anguillarius adnotauit, particula ἰρις ἰριδος, ἰριδία, ἰριδία, ἰριδία, ἰριδία, ἰριδία, ἰριδία, ἰριδία, pro coniunctiua est legenda. Fallitur potius Manar, quum plures iridis species affert ex Dioscoride. Et si vero alba iris colore vere candido florem profert; insunt tamen illi, & aliorum colorum obscura quadam vestigia celestis arcus instar, vbi soli obijcitur, sicuti & in purpurea. Radice aut color soli ratione euarians vt in Italica, & Illyrica iride euenit, specie diuersas irides non facit, vt idē Manar. putat, sicuti neq; varius florum color, propterea Mesuem, quum duas esse ait iridis species, speciei nomen, pro differentia, non pro vera specie usurpare arbitran-

MANA

arbitrandum est. Sane selectissima iridis notas habet ex Mesue. Diosc. vero etiam locum ubi optima nascatur producit, Ilium, s. & Macedoniam. Quid autem peculiare his insit regionibus, ut ceterarum optimam iridem ferant? varia est opinio, putant aliqui calorem, id gratia euenire: proptereaq; in Ilium, quam in Macedonia etiam ipsa gigni excellentiorem, quod ea quam hanc calidior sit regio, alij vero non calorem, sed peculiarem quandam solium obscuram nobis, atq; ignotam plantae, huius naturae persimilem pro causa asserunt, quae res nobis magis aridet, si non ob regionis calorem excellentior iris nascitur, cur Africa non minus probat Dioscoricam Ilium, & Macedoniam; quam tamen Africa quam Ilium, & Macedonia sit calidior? Rectius ergo, qui praeter calorem, soli cognationem, maiorem cum una stirpe, quam cum altera, in causa esse putant, huius rei gratia varias quoq; varijs in locis stirpes nullo semina terra committente oriri possim animaduertimus, & aliquas etiam si transferantur mores immutare conspiciamus, ut de perseae arbore vulgatissima est historia. Sed nunc ut ad alia transeamus, iridem Dioscori sapore esse ait amaro: Mesues vero acutum idem scribit. Mesues item de hac radice colligenda verba faciens, vere legi ait oportere: at Dioscori lib. 1. in praefatione radices vniuersim omnes ineipiente foliorum desuuiio, atq; adeo autumno enellendas pronunciat, discrepant ergo hi inter se. Adde etiam (quod quis forte magis admiretur) de oleo ex iride parato verba faciens ait illitis ex eo temporibus somnum conciliari. At somnum quis calidis unquam rebus induci memoria commendauit? ut somnus profecto adueniat, reuocari insitum, ad interiores partes calorem, & spirituum meatus occludi necesse est, cuius contrarium praestant, quibus calfactoria insignis vis inest, qualis est iris. Ceterum, ut ad haec satisfaciamus, quod ad saporem pertinet, nobis nullius momenti quaestio videtur, quando si gustatum consulas; non amaro rem tantum, sed acridinem quoq; iridi inesse experire, ac praeter amaritudinem feruenti esse iridem gustu intelliges. Illud potius animaduersione dignum videtur, quum Plinij testimonio, Africana iris aliarum sit amarissima, cur tamen eadem a Diosc. ceteris postponatur, at par esse videbatur, ut quae sapore excellit (quod in reliquis sit plantis) alijs etiam velut optima praeseratur. Verum respondere ad hoc licet, in optima iride praeter amarorem alia quoq; adesse, & acridinem, & odoris fragrantiam; haec vero non omnia fortasse in Africana sunt, sed huic licet amarissima deest forte fortuna odoris praesentia, & acridinem, quarum qualitatum insipia a Diosc. minus commendatur. Sed iam ut alteram litem dirimamus, de colligenda iridis tempore, quum Mes. ver praescribit, putant aliqui, ut s. ipsum Dioscoridi concilient) de flore intelligi oportere, hunc n. constat non nisi vere legi posse. Nobis vero de ipsa potissimum radice sermo esse videtur, neq; tamen perperam, ut vere haec colligatur praescripi existimamus, s. n. hoc tempore utili humore multo praegnant, in producenda, s. folia ac flores parato, quare, & extrahendo succo magis idonea est, ac si exiccanda sit, vivibus longe superior, alioqui si autumnum expectas, esse eo tempore solet arida, quae alendis, & folijs, & floribus humore insito plurimo est exhausta. Neq; autem est (quod in alijs plantis euenit) ut foliorum casum in hac expectes: quando perpetuo etiam hyeme illi inhaerent. Non temere ergo Mes. vernum tempus huic eruenda radice ascribit, neq; Dioscoridi ipsi repugnat, qui plantas tunc tantum eximendas iubet, quum suis singula folijs exuuntur. Sed & illud, quod vlti-

mo loco in quaestione ducebatur, non temere iridi ascribitur a Mesue, somnum, s. illitis ex oleo irino temporibus conciliari, habet n. Dioscori lib. 1. quum de iride verba facit subscriptorem, tametsi quum de irino spissamento in libro eodem agit, de hac rene verbum quidem. Quo pacto autem induci ex iride somnus possit, ratio facile persuadebit, perpetuum id profecto est somni causam caloris esse innati reuocationem ad internas partes, & meatum per quos spiritus extra feruntur, obstructione, hoc enim ab Arist. libro de somno, & Vig. probatum est satis, id vero etiam certum est calfactoris medicamentis insitum calorem foras reuocari, & reseruari vias spirituum, quo duo vigiliarum sunt causa, fieri tamen etiam potest, ut ad motus ad cerebrum calidis, attenuata qua ipsum sciatet pituita, & excitata vaporum copia somnus hoc pacto, per accidens videlicet concilietur: praesertim ubi, quae cerebro admonetur eo non sunt feruore praedita, ut vapores, quos ecciant, etiam dissoluunt, quod castoreum praeseraret. Irinum ergo oleum temporibus admotum, hoc pacto, attenuata, scilicet, qua in cerebro exundat pituita, & exsuscitatis vaporibus multis, qui deinceps a cerebri frigiditate incrassati vias spiritibus intercipiunt, somnum inducere non est a ratione alienum, hoc pacto, & suffitus aromatum tametsi sponte sua reserare meatus, & crassos extenuare humores possunt, capitis tamen grauitatem faciunt, ut Hipp. 5. aphor. ob attractam, scilicet vaporum copiam ad caput, ita ut de irino oleo non sit admirandum, ut interea id silentio praeteream ex odoris illius iucundissimi per arterias in caput vniuersum commeatu, foueri animales spiritus posse, id quod eorum quieti comparanda praesertim facit.

CVCUMER SILVESTRIS.



De

DE SIMPLICIBVS.

De Cucumere asinino. Cap. IX.

ANT.

Cucumer asininus est fructus sicut cucumer parvus, asperitatis plurimæ, & amaritudinis veræ, & eius planta habet folia similia folijs cucumeris, tamen asperiora.

ELECTIO. Melior pars plantæ eius est fructus ipsius, & proprie eius completi succus, & post ipsum radix. Et calidior fructus eius est citrinus completus, expoliatus tamen à viriditate, & qui est † amaritudinis veræ, & cuius succus est albus habens sicut de pinguedine aliquid, incompletus vero est malus, educens sanguinem solutione, & radix eius ingreditur in medicinis multarum utilitatum, & melius tempus operationis succi eius est finis æstatis, & collectionis radice eius est finis veris.

COMPLEXIO, & proprietates. † Calidæ complexionis est, & sicca in tertio. Est autem compositus ex partibus igneis, & partibus terreis adultis, est autem resolutius, subtilitius, aperitius oppilationum, & orificiorum venarum absteruus, extenuatius, exiccatius, & solutius.

RECTIFICATIO. Excoriat, & aperit orificia venarum, quare generat tortiones faciens cū solutione angustiam, & est tardæ operationis. Et emendatur nocumentum primum si in operatione succi eius adiungatur ex bdellio aliquid aut ex tragacantho, aut si propinetur cum lacte dulci recenter mulso, aut cum aqua mellis, & sale. Et vigoratur, & facilitatur eius operatio, si in operatione succi ipsius misceatur salis gemmæ quantitas aliqua, & scito, quod species aëfanginæ addunt virtuti ipsius. Operatio succi eius. Accipe ex succo eorum quantitatem, quam volueris, † & proprie quādo citrinescunt, & sunt maturitatis completæ, & fiat extractio succi cum facilitate, non cum compressione laboriosa, & excitetur, sicut exicatur scammonia, & aloe. Et quidam accipiunt aliquas ex speciebus aromaticis, & ligant in panno, & suspendunt in eo donec incipiant inspissari, & postea remouent, & aliqui ponunt alia secundum intentiones alias. Expellit autem nocumentum eius à corpore aqua hordei melles, & similiter vinum, & oleum.

POSSE. † Dixit Ioannitius. Soluit sicut scammonia, & secundum veritatem rei educit phlegma cum virtute, & per vomitum, & per ventrem, & interdum coleram, & proprie si inueniatur ei præparatio, & educit mirabiliter aquositates à partibus difficilis eradicationis earum, † & educit materias quæ sunt in iuncturis, & curat dolores earum, & proprie succus eius, & etiā radix ipsius cum aceto cataplasmata, & si decoquatur radices eius cum absinthio in aqua, & oleo vsque dum sint bene excoctæ, & embrocantur tempora ex aqua eorū calida, & ex oleo, & fiat ex facie emplastrum stringendo circa tempora, resoluitur hemicrania laboriosa difficilis. Et caput purgium ex succo eius va-

let similiter, & proprie cum succo, & lacte pauco: educit enim ex via nasi superfluitates cerebri plurimas, & valet ad foetorem nasi: & ad dolorem capitis antiquum, & epilepsiam. Et modus emplastrationis, quæ diximus resoluit apostemata crassa, & dura, & scrophulas, & proprie permiscendo ei aliquid ex stercore caprarum cum melle. Succus vero eius, & succus radice ipsius est medicina bona hydropisi. Extrahit enim aquam citrinam cum fortitudine, & similiter decoctio radice ipsius. Et confert icteritiæ, & oppilationi hepatis, & splenis, & confert sciaticæ iuuamentum manifestum emplastratus, & clysterizatus. Puluis vero radice eius cum melle attenuat cicatricem scedam, & remouet vestigia magna, quæ remanent post percussiones. Et fit ex succo radice ipsius, & farina fabarum linimentum bonum abstergens sordiciem faciei, & sceditatem cutis. Et frigatur morphea cum radice eius, & aceto forti, & aufert eam. Et similiter valet ad lentigines. Et scito, quod solutio ex eo, quando superflua est educit sanguinem. † Conseruatur succus eius triennio. Et est administrandus post sex menses.

DOSES. Succus eius à x. granis vsque drach. j. tertiam, pulueris radice eius à granis xv. vsque ad drach. s. & aquæ decoctionis radice eius ab vnc. ij. vsque ad iij.

De Cucumere agresti. Cap. IX.

Cucumer agresti folijs satiui cucumeris, sed asperioribus, fructu eiusdem, sed paruo, asperissimo, amarissimo, cuius perfectio, ac præcipue ex eo succi laus est præcipua, secunda radice. Idem fructus iam absolutus si maturitate palleat, viridisque esse deserit, & amaritudine sit eximia, succumque remittat album, & subpinguem, est calidior. Imperfectus autem tam est noxius, vt sanguinem educat. Succus autem exeunt. Aestate excipitur, radix sine veris colligitur: eadem in medicamenta multum efficacia, & celebria recipitur. Calidus est ac siccus ordine tertio, substantia ignea, & terra vsta constat. Purgat potenter pituitam vomitu, & deiectione, & interdum bilem, si vacuari parata est, serosum quoque excrementum, etiam euulsa contumax, atque adeo à iuncturis mirifice trahit, præsertim succo, et radice, ob id earum dolores sanat, ischiadem etiam iuuat aperte cataplasmatæ impositus, vel clystere iniectus. Vinum nāque purgatricem scammonio proximam ei tribuit Ioannitius. Si enim vacuet, immodice etiā sanguinem trahit. Radices itē eius cum absinthio in aqua, et oleo percoctæ, hemicraniam molestā, et curatu difficilem sanant, si ipso decocto tempora foneantur, et iisdem radices eadē, et herba trita cataplasmate applicentur. Succus quoque ipsius naribus iniectus cū pauco lacte idē efficit. Excrementa enim cerebri euocat, et nasi foetorem ab horum putredine ortum persanat, cephalalgiam quoque veterem, et epilepsiam. Idem cataplasma, præsertim si steruus caprinum

SYL.

MANA:

prinum addatur, tumores magnos, & duros, & strumas resoluit. Succus quoque, & decoctum fructus, tum radices, hydropem iuuat potu, (valenter enim aquas ferofas vacuat,) & icterum, & obstructionem hepatis, & lienis. Puluis radices cum melle cicatricem foedam tenuat, ecchymomata contusionibus succedentia dissipat. Succus radices cum farina fabarum, sordem faciei, & foeditatem cutis illitus terget. Radix ex aceto forti alphis affricata, eos delet, & lentiginis, resoluit enim, tenuat, terget, siccatur, soluit moleste, & tarde, aperit obstructa, & viceret venarum. Neora venarum aperiat, & anxia moleste succus, & cum torminibus, & anxia moleste vacuet, datur cum bdellio, vel tragacantho, vel lacte dulci recenter mulsio, aut mulsio, & sale, promptius autem purgat cum pauco sale gemma, & aromatibus. Succus autem ex fructibus per maturitatem pallentibus elementer sine compressione multa extractus siccatur, vt scammonium, & aloe. Nonnulli inter siccandum ei immergunt aromata nodulo ligata, quem extrahunt, dum siccando cogi incipit, alij alia immittunt pro scopis varijs. Triennio seruatur, post sex menses vtendus. Noxam autem ab eo corpori impressam delent aqua hordei, mulsio, vinum, oleum. Datur succus a granis x. ad drach. vnus partem tertiam, puluis radices a granis xv. ad drach. semissem. Decoctum ad vnc. ij. ad vnc. iij.

De Cucumere siluestri.

MANA: Scyn agrion Græci, Latini cucumerem anguinum vel erraticum, vel syluestrem vocant. Elaterium vtrique medicamem ex fructu factum, Sicut Cucumer paruum. Solo fructu a fatuo differt, ait Dioscor. quem minorē multo habet, & gladiibus oblongis similes, folia, & viticulas domestico similes, radicem albā, et magnam. **AMARITVDINIS** veræ. Omnes eius partes amaræ sunt ex Dioscor. & Elaterium extreme amarum secundum Galenum, **CVIVS** succus est albus. Notæ boni. Elaterij ex Dioscor. sunt, vt sit album, parum humescens, leuorē habēs, & leuitatē, amarissimum, & quod facile acceditur. Malū est quod viscit asperū q; & turbidū est, medio colore inter Erū, & cinerē, ac pōdetosum. **CALIDAE** complexionis, & sicca in tertio. Galen parum calidum dicit in secundo ordine. **ET** proprie qñ citinescūt. Tempestiuos esse dicit Dioscor. cum solo tactu succum effundunt. Plin. autumno. Puto errorem quoque esse vbi dicit, radices colligendas in fine veris. Modum faciendi Elaterium late Dioscorides explicuit, quem ab eo facile discere potes: nam modus Mesue concisus nimis est, & mancus. Educit per vomitum, & per ventrem. Dioscorides. Si volueris purgare per interiora, duplum salis misceto, & Antimonij quantum sat sit, pilulasque erui magnitudine ex aqua formato, quas vbi deglutieris, aquæ tepidæ cyathum superbibito. Si per superiora, aqua Elaterium resolutio, & penna in eo madente, loca infra linguam quantum maxime potes, intima attingito. Quod si ad vomitum difficilis sit qui curatur, oleo, vel tirino vnguento Elaterium resolutio. **DIXIT** Ioannitius. Nescio an dixerit Ioannitius, scio autem Paulum scripsisse, quod vacuat vt Scammonium quantitate trium obolorum tritum cum lactis coryla, & Dioscorides quod trahit bilem, & pituitam. **EDVCIT** materias, quæ sunt in iuncturis. Non erat præter-

A mittendum, valere difficulter spirantibus, vt scripsit Dioscorides. Resoluit apostemata. Radicem ait Galenus abstergere, discutere, mollire, & Dioscorides veteres tumores cum polenta discutere. & cum Terebinthina panos rumpere. **CONSERVATVR** succus eius triennio. Nullū ex medicamentis longiore æuo durare, ait Plinius, incipereque a trimatu, Dioscor. a bimatu ad decennium esse purgationi aptū, Theophrastus dicentis annis seruatum testatur, quo vero vetustius, eo esse melius, dicit Plin. **DOSIS** eius succi a decem granis, & reliqua. Distinctius Dioscorides integram mensuram dicens esse obolum, minimam semibolum, infantibus æra duo sufficere, hoc est, dicalchon, pondus videlicet quatuor granorum, maiore copia esse periculosum. Paulus dat tres obolos.

A bimatu ad decennium purgationi est aptum. Dioscor. A trimatu incipere, & nullum ex medicamentis longiore æuo durare, & quo vetustius, eo melius, scribit Plin. & ducentis annis seruatum, testatur Theoph.

SYLV.

Cucumeris agræstis vsus sepe aboleuit medicis nostris tempestatis, quia medicamentorum mitiorum copia suppetit. Venerijs tamen non desunt pharmacopæi, qui ex elaterio catapotia parata habent a mulierculis, & misctis audissime expetitum presidium, quo etiam memendabiles interdum noxas subsequitas ob immodicam purgationem vidi. In huius historia descriptione hæc sepe Manard. aduersario suo Mesue abiicit, primum de temperamento dissentire ipsum a Galeno, qui non in tertio calidorum ordine reponit, sed in secundo. Mox de colligenda huius radices tempore, ver enim eligit: qua in re subesse errorem putat Manard. qui (hoc vero, & in superiori capite de Iride annotabat) fieri id autumno oportere arbitrat. Adducit etiam controuersiam inter Mesuem, Plin. Dioscor. Theophrast. de elaterij duratione. Hic triennio seruari ait. Plin. nullum medicamentum diutius durare, incipereque a trimatu, & quo vetustius, eo esse melius; Dioscor. a bimatu ad decennium purgationi esse aptum. Theophr. vero ducentos annos seruari scribit. Hæc Manard. Ommitto enim cætera, quæ tametsi odij plena, Mesuem tamen miuine perstringunt. Verum ad hæc pauca. De temperamento calidius ne elaterium sit, quam secundus sit ordo, consulendus esset sensus diligentissime, experiendumque obscure ne corrumpat id, quod tertius ordo postulat; an tantum manifeste calfaciat, quod secundus: & tunc demum de horum grauium virorum iudicio esse censendum. Nos autem, vbi vires elaterij perpendimus quas obtinere ait Dioscor. enecandi partem in pesto subditum, & excoriandi venarum orificia, vt scribit Mesua, quæ non mediocri acridinis sunt nota; cum Mes. necnon, & Auic. ipsum tertium caloris gradum attingere facile persuademur, quod tamen Gal. in secundo ordine reponat, par est, vt de secundi ordinis sine intelligatur, qui tertij initio est affinis, de quo forte Mes. & Auicem. intellexit, alioqui certe quis huius, aut alterius rei gradus tam exacte ad stateram didicerit examinare, vt omnibus satisfaciat, non video. De legendæ autem radices tempore, mea quidem sententia non tam scriptorum spectanda est autoritas, quam ratio consulenda, agræstis cucumis adeo fructuum copia autumnis tempore luxuriat, vt quicquid utilis humoris radicibus inerat, absumi tum gignendis, tum alendis fructibus oporteat, ineptum ergo id radices collectioni, aut vsui est tempus, quum succo est inops. Colligit ea deinceps sese hyeme, & nona parat futuro partui

CO ST.

tui

DE SIMPLICIBVS.

huius alimenta, quo fit, ut vere priusquam noua emittat germina, aut paulo post quando copioso succo, atque utili est pragnans: longe futura sit medico vsui utilior, quam unquam alias; non temere ergo Mes. hoc delegit tempus, neque autem illi Dioscor. reclamaret, qui licet eruenendis radicibus veluti commune tempus autumnum statuerit, interdum tamen ipsemet alio etiam tempore quadam colligenda admonet, ut arum, & album cheborum in messibus. Quod superest, de elaterij duratione quum tam diuersa magni illi viri sentiant, errare nullum certe eorum dixerim: nobis tamen, vel Mesue, qui aliorum postremus experientia fortasse didicit contra se habere, quam illi scripserint, vel etiam Dioscoridis sententia magis aridet: quando vix fieri potest ut condensati huius succi licet crassi, & qui tevedines non sentiant, vires longo tempore non hebescant. Sane elaterij parandi rationem breuissime Mes. inuis. Diosc. late docet, neque a Dioscor. in eo parando est descendendum. Atqui admonendi sunt pharmacopei, quando Diosc. carnosum ium eo humore qui seculo cucumere effluit, colligendum docet; non quicquid carnosum cucumeris est, ut asinum velle, sed quod haesit cribro, solet enim praeter tenuem humorem crassius etiam quiddam, & viscidum esse, quod um leuonis gratia quo prae ditum est, tum ob densitatem cribri prohibe-

betur in craterem subiectum descendere: hoc ergo praecipit Diosc. elidi, ut descendat, quod reliquum est, inutile est, eo tantum mucro excepto, quod interna cucumeris superficie inhaeret. est autem id vix leuiter abradendum, simulque cum priori elidendum, ut a cribro in subiectum vas fluat. Quod superest tum cucumeris corpus, tum semina Dioscoridis praescripto abluendum, ac eodem cribro, & subiecto crateri, excipiendum, quicquid est. Qua autem re abluendum, quum Dioscor. aquam, aut dulcem, aut salinam, aut mulsam proponat, nobis tamen magis etiam aridet cydoniorum succus (qui fructus elaterij parandi tempore maturi sunt) quo interdum vti se efficit iuan. Pomelius pharmacopaeus diligentiss. Bucenticum Venetis pro insigni habens cohibentem elaterij violentiam, & corroborari ventriculum hoc pacto pro certo habeo, ut etiam id non praeteream, quod ille testatur, paruum hoc pacto elaterium nunquam situm admittere. De probatione elaterij consulendus praesertim Dioscorides. Sed quod is flammis adnotum facillime fragrare aserat, Theop. contra lib. de hist. plant. 9. & Plin. lib. 20. lucernam extinguere scribant; quando experimento diligentissimus diatholus comperit extinguere non accendi lucernam, ob excitatum, scilicet in humido a calore flatum; arbitranda, ut idem ait in Dioscoride subesse mendum.

CENTAVRIVM MAIUS.



De Centaurea. Cap. X.

ANT.
Mans ad dr.
Anat. Natur.
Diosc. & Gal.
Mans ad dr.
2. & dimi-
dium collum
ad dimidiat
in aqua ros.
16. Paul.

Centaurea. † Alia maior. Alia minor. Inter quas distinguuntur proprietates nota.
ELECTIO. † Minor melior est in omni re, † cuius flores, & crura colorem habent citrinum palearem, † & melior pars plantae

CENTAVRIVM MINUS.



sunt flores, & semina ipsius. † Et melius tempus collectionis ipsius est principium aestatis.
COMPLEXIO, & proprietas. † calidae complexionis est, & siccae in secundo, & dixit Rufus, est in principio tertij, † & est composita ex partibus terreis adustis in parte dantibus ei amaritudinem, & ex partibus non adustis, cum permutatione aquositate, a quibus inest ei stypticitas. Et est

est in ea de dulcedine aliquid à partibus aereis. A
Et in ipsa est ex acredine aliquid à partibus igneis.
Et amaritudo in ea plus est stypticitate ipsius, &
stypticitas plus dulcedine, & acredine, & acedo
in ipsa est remissa sine mordicatione: quare est
ex maxime curantibus vulnera, immo sigillan-
tibus ea. Immo est ipsa absterfua, exiccantia,
consumptiua superfluitatū, & solutiua ventris.
Et quando superfluit purgatio ex ea, solutione
educit sanguinem. Aperit enim orificia venarum
apertione sanguinem manare faciente.
Dubitauit enim Hermes in ea de eo, quod dicitur,
quod est aperitiua venarum, & effusiua sanguinis,
cū sit sigillatiua vulnerum, & sanatiua.
Adhuc autem dixit Alkindus. Confert sputo
sanguinis, & aggregat ad retentionem eius, & sigillationem
loci manationis ipsius, Inquit Heben Mesue. Satisfacit
inquisitioni periscrutatio compositionis ipsius, etenim
in ea amaritudo, & stypticitas sunt sicut dominans,
quæ sunt ad aggregandum magis, & sit prima consecutio
operationis per ipsas. A dominante enim virtus
promptior. Cum autem suscitatur caliditas ipsius,
& acrimonia post longam eius actionem cum
agitatione in corpore, sit consecutio operationis à
virtute substantiæ acutæ ipsius, & calidæ, qua re
operatur quod diximus, & non semper, sed illud
proprie quando ex ea purgatio superfluit.

RECTIFICATIO. Est ex facientibus solutionem
tardam, & est conturbatiua, & aperitiua orificiorum
venarum. Confortatur autem eius operatio cum aqua
mellis, & oxymelle, & pauco sale, vel cum aqua
decoctionis ammeos mellita proprie, & sal gemma.
Et remouetur cum hoc eodem nocuum secundum.
Et remouetur tertium administrando aliquid de
massice cum ea. Coctionem autem, & contritionem
ad plenum sustinet.

POSSE. † Solutione educit phlegma crudū, & proprie
minor, & choleram citrinam, & materias à iuncturis,
& mundificat nervos, & confert doloribus eorum,
† & confert ischiadicis iuuamētum magnum
emplastrata, & clysterizata. Et similiter
emplastratio confert dolori neruorū, & contritioni
lacertorum, & proprie cū mica panis, & sale
pauco, & melle, vel oleo. † Et est medicina
oppilationum hepatis, † & splenis, & prouocat
mestrua, † & sanat dolorem matricis, & educit
foetum. Et confert colicæ, & dolori ventris,
& interficit vermes, & solutione educit eos.
Iuuamenta autem ex re stypticitatis eius sunt,
quoniam † abscindit sputum sanguinis, † & sanat
vulnera, & mundificat ea, & consolidat, & proprie
difficilis consolidationis, † & proprie puluis eius.
Et vnguentum factum ex ea, & vinum decoctionis
ipsius est potus ad hoc, & proprie ad fistulas,
& vlcera maligna, † & quidam dixerunt
superstitiose, quoniam si coquitur cum
carnibus, consolidat eius partes diuisas.

DOSIS eius est à tertia vnc. j. vsque ad vnc. j.
& s. & in decoctionibus ab vnc. j. vsque ad iij.

Centaurium est maius, & minus, notis SYVL.
plurimis distinguuntur, ad omnia minus est
præstantius, idque suis floribus pallidis, & citreis, ac semine. Colligitur
Aestatis initio. Calfacit, siccat ordine secundo,
vel cum Rufo tertij initio: constans terrea
substantia ob vllionem valde amara; & alia terrea
non adusta, aquosæ mista, qua modice astrigit;
& aerea parum dulci; & ignea subacri sine
morsu. Ob hæc, vicera & vulnera efficacissime
curat, & glutinat, terget enim, siccat, excrementa
consumit. Aluū soluit aliquando tam violentiter,
vt aperiat ora venarum, quibus sanguis emanet.
Qua de re dubitauit Hermes, præsertim, cum
vulnera conglutinet, & sanat, & Alkindi sententia,
sanguinis sputo conferat, ipsum sistendo, & apertam
vasis partem glutinando. Sed ambiguitatem hanc
soluit substantiarum in eo præcipuarum contrarietas,
amara scilicet, & hac largioris stypticæ, quæ
prima cogendo agit, quod à dominante substantia
hæc facultas sit ad agendum promptior: post
longam autem eius actione calor mordax ex acri
substantia excitatus, corpus agit, & noxas prædictas
affert, non semper tamen, sed quando immodice
purgat. † Purgat autem centaurium præsertim minus,
pituitam crudam, bilem flauam, & materias
alias etiam à neruis, & iuncturis, & hæc tarde.
Ob id harum partium effectibus confert, vt etiam
ischyadi, clystere iniectum, vel cataplasmate
impositum. Musculis item attritis, sed cum
panis mica, sale pauco, & melle, vel oleo.
Obstructionem hepatis, & lienis sanat, colico
dolori, & ventris prædest, lumbricos necat, &
vacuat, menses mouet, vteri dolorem sanat, foetum
educit. Styptica vero substantia sputum sanguinis
sistit, vulnera glutinat, vlcera etiam dysepulotica
glutinat, præsertim puluere per se, vel in vnguento
coacto, ac etiam potu decocti ipsius fistulas, &
vlcera cacoethe sanat. Ambitiose autem quidam
ab eo carnibus diuisis incocto eas glutinari aiunt.
Cum mulsæ, vel oxymelitis, & sale pauco, vel
decocto ammeos mellito, & sale gemmæ habenti
promptius purgat, & clemētius. Mastiche autem
addita, venas ab eo aperiri prohibet. Coctionem
& trituram perfectā sustinet. Datur à tertia parte
vnc. vnius vsque ad sefunciam. Decocto autem ab
vnc. iij.

De Centaurea.

Centaurium hoc à Chirone Cetauro nomen accepit,
à quo etiam Chironium dictum est, quū solo nomine
cum minore conueniat. Imperiti (vt Plinij verbo
vtat) inuicem vtrunq; confundunt, quod & fecisse
Mesuen facile est videre, cum de vtroque eodem
capite scripserit, & vires vtriusque indiscrimina-
tim commiscuerit, secutus in hoc, sicat in plerisque
alijs, Auic. CENTAVREA alia maior, alia minor, maiorē
nri seculi herbarijs gnorates, minorē, quæ hume-
ctiore simul & pinguiore loco nata in maiorē
lōgitudine adoleuerit, p ea imperitis veditar, alij paulo
solertiores herbā p ea mōstrat, folijs p interualla
binis, interna parte virētibus, externa cādicātib.
salice

Mesue.

L

maio-

SYVL.

Centaurium
maius est vul-
gare thapanti-
cum. Auic. 3.
Gal. ordinem
non signavit.
† Hic modus
loquendi in-
nat habent
de vtroque
libentem. &
vtrunq; ja-
bitam. Et bi-
lem vnam
sed minus ma-
gis. et sili-
us hæc à Dis-
ser. Galen.
Paul. tribuit
tribus vnam
magis. Et sa-
guinem vna
re. si clyste-
re. in ischiade
ingitur. ad
rupta. Et cū
sa datur ma-
gis. Dicit. Et
Gal. Cum can-
tate maiori
tario. velle
carnes cū
sunt. Dicit.

MANA

DE SIMPLICIBVS

maioribus, flore iureo. Si quis tñ bene considera-
uerit notas, quas Diosc. & Plin. maiori Centaurio ad-
scribunt, eas ita quadrare cognoscat vocato nunc à
vulgo Rheo pontico, vt nulli rei magis. Tertium est
præter hæc genus cognomine Triorchis, quod, ni fal-
lor, fuit olim in Liguria alliatu minori non mul-
tū ab simile, sed lōge magis aluum soluēs. MINOR
melior est in omnire. Falsum est hoc, alia. n. in re
vtraque melior, CUIVS flores, & crura colorē habēt
citrinū paleatem. Falsum esse hoc, & res ipsa ostendit,
& Diosc. autoritas: flore. n. constat in puniceo
purpureum referente, qualis est Lychnidis flos. ME-
LIOR pars plātæ sūt flores. Radicē inutile dicunt
Diosc. Gal. ramos vero, magisq; folia, & flores vtilis-
sima. ET melius ips collectionis ē principiū ætatis.)
Dioscorides vñ distinctius locutus, dicēs, exprimitur
cū prægnās est femine. Auic. dicit nasciturque in fi-
ne veris, qđ si est verū nō video quomodo in princi-
pio ætatis perfecte esse possint CALIDÆ cōplexio-
nis est, & sicca in secūdo.) Nec Gal. nec Serapio eas
reponunt in vilo ordine. Auic. in tertio. Si quis vero
recte naturā vtriusq; examinauerit, dicet minore esse
calidiorē, nō vsq; adeo tñ, vt ad tertiu ordinem acce-
dat. ET est cōposita ex partibus terreis adustis dan-
tibus ei amaritudinē & ex non adustis, cum permix-
tione aquositate quib. inest ei stypticitas, & est in ea
de dulcedine. Cōfundi hic vtriusq; qualitates cōsi-
deratū res ipsas, & legēti Gal. facile cōstat de maiori
.n. ita loquitur Gal. Radix sicuti in gūsto contrarias
qualitates, ita in vsu cōtrarias ostēdit operationes: gu-
stui. n. acris simul, & adstringens, cum exili quadam
dulcedine se offert. De minori vero, qđ dominatur in
ea amara qualitas, quæ exigua cuiusdam styphos. i.
adstringentis saporis est particeps. SOLVTIONE
educit phlegma crudū, proprie minor, & choleram
citrinā. Modus loquendi innuit de vtraque hætenus
locutu, & hanc ipsā vim pituitæ. s. & bilis purgandę,
vtriusq; cōuenire licet minori magis cū tñ Gal. et Diosc.
minori tantū hoc ascribāt: & Paulus purgare bilē, &
mucos dicat. ET confert sciaticæ.) Hoc ē privilegiū
minoris est solū, de ea em scribit Gal. ferē his verbis:
Decoctū herbæ nōnulli el. itere iniiciūt ischiadicis,
hoc est, his qui coxendice laborāt, vt biliosa, & cras-
sa educāt. Qñ aut a deo vehemēter operatur vt san-
guinē vacuet, rñe magis inuat. Et cōtitioni lacertorū.
De maiore scribūt Diosc. & Gal. qđ datur ad rupta,
& cōuulsa. ET ē medicina oppilationū hepatis.) Suc-
cū minoris in hoc esse optimum scribit Gal. Splenti.)
De eodem minoris succo dicit Gal. bonū esse durato
splenti, & potū, & extrinsecus applicitū, Et prouocat
mēstrua, & educit scerū.) Eidem succo hoc adscribit
Gal. qđ suppositus mēses educit, & fetū: de radice ve-
ro maioris, qđ mēses prouocat, mortuos fetus extra-
hit, viuos corūpit, & deijcit. Et Diosc. qđ radix maio-
ris ad collyrii tenuitate erasa, si subditur, menses, &
partus euocat. SANAT dolorē matricis. De radice
maioris scribit Diosc. qđ pōdere duarū drachmarū po-
ta, vuluarū doloribus cōfert. Valet choicæ, & dolori
vētris.) De maiore scribit Diosc. qđ torminibus pota
medetur. ABSCINDIT spūū sanguinis.) De maio-
re scribit Diosc. qđ pota in aqua, si febris adsit, si nō ad-
sit in vino, sanat cruētās excreationes. ET sanat vul-
nera.) Vtraq; huius virtutis est particeps. De maiore
.n. ait Gal. manifestari adstringentis eius qualitatis
opera, in vulnerū glutinatione. Et Diosc. vilem dicit
vulneribus, & qđ in eū vsū recēs iunditur. De minore
idē Diosc. qđ tuta vitēs, vulnera cōglutinat: & Gal. qđ
magna vulnera ea sanātur adhuc viridi. ET mūdit
ea, & cōsolidat, & pprie difficilis cōsolidationis.
Hæc vidētur de minore intelligēda, de qua sic ad li-
terā scribit Diosc. Repurgat vicera antiqua, & ad ci-
catricē adducit: & Gal. antiqua, & ad cicatricē diffi-
cillime cūtia vlcera, per eā ad cicatricē adducantur.
ET proprie puluis eius.) Nō sic Gal. sed qđ herba ad

huc recens: & eodem mō Diosc. Et quidā dixerunt.)
De magna hoc scribit Diosc. qđ coalescūt ea carnes,
si cū cōiūsa simul coquantur. ET pprie ad fistulas, &
vicera maligna.) De minore dixit Galen. qđ exiccata
exiccātibus, & glutinātib. miscetur, qđ sinus, & fistulas
sanare possit, ac maligna vicera, duritiesq; mollire,
nulla de potu facta tunc mentione. Vari in ait succū
à quibusdam in neruorum passionibus bibendum,
ceu siccantē simul, & absq; molestia vacuantē. Eundem
cum melle illuiri oculis: purgat enim (vt inquit
Diosc.) ea, quæ obitāt luminis claritati. Maiore præ-
terea valere ad spirandi difficultatem, & antiquam
tussim, tradunt Gal. & Diosc. additque hic lateris do-
lores. Dosis.) Dioscor. & Galen. dant duas drachmas
maioris, Paulus drachmam vnam seminis minoris,
in cotyla aquæ ad medietatis consumptionem cocti.

Confunditur certe à Mesue, & Auic. centaurij ma-
ioris, & minoris historia hoc in loco. neque vero,
quam s vt alij etiam adnotarunt, ex viribus, quas ma-
iori Dioscor. ascribit: aliqua etiam minori apposite assi-
gnari possint; nos tamen quo pacto tueri hos possimus,
satis videmus. Non est tamen vt hos magnos viros qui s
aeris persequatur, quibus vtriusq; le est honorum libro-
rum defuisse copiam: & pro veris Dioscoridis libri col-
lectanea potius aliqua supse su posita: vnde & sepe-
numero pro Dioscoride, Paulum, & pro Paulo aut Ga-
leno alium, etque alium acerrimū testimonium videmus.
Non erit ergo, vt nos hac in re magis anxie laboremus,
quibus vnam rem veritatem perquirēdi studium pro-
positum est. Illud potius exploremus, quando maius cen-
taurium satis constat à Rha pontico vulgari non differ-
re, an minus ea sit planta, quæ passim ostenditur, & Tu-
scis mulieribus biondella nomine pro concilianda capil-
lis si utrie vsu venit, in riguis, & syluestribus locis sa-
pissime, frequentes vero etiam in saxosis proueniens,
hætenus porro nullis hinc opinionum suffragium non de-
dit: inuētus tamen etiam hic est nuper scrupulus: si enim
minus centaurium origano, aut pyperico est simile, so-
lio rutæ, fructu tritico simili, vt ait Diosc. vulgata a bion-
della origani hyperici rutæ, neque folia, neq; stipitem
habet, neq; fructus tritici gerit, vt videre passim licet.
Ob hæc igitur suspicatur perit. s. Anguillanus (nec sane
temere) hanc plantā verum non esse centaurium minus:
ad Dioscoridisq; historiam, plantam etiam, quæ in Bo-
noniensi, & Patauino agro oritur verius accedere. (Ca-
terum si quis me de hac re interroget, cisi non negarim
eam Bononiensis, & Patauini soli plantā historia Dio-
scoridis apte respondere; biondella tamen minus iēt au-
rium non esse ob ea, quæ hic obi. Et sunt, nō facile admi-
serim. Primus enim (id quod idē Anguillanus animad-
uertit) folia Diosc. non plane similia rutæ folijs facit, vt
Ruellius, & alij vertunt: sed pōtius aut esse rutæ, aut
rutæ, ut ait Anguillanus, scilicet esse parua, & præ-
longa veluti rutæ, qualia in biondella inesse nulla con-
trouersia est. cetera vero, quod scilicet origani hyperi-
cini, stipitis præsertim rectitudine similis sit, & quod est
tritici cuiusdam, sed minus, ac longius solum proferat;
nisi sensu, atque adeo vsu ipsi fallimur, res est, de quā qđ
ambigat, indigna. sed hæc satis. Vnum scribit Mes. hoc
in loco, quod ridiculū videtur, supse flus centaurij mino-
ris vsu educi sanguinem. At qui (obijciēt aliquis) nonne
medicamentum quo vis maiori mēsurā, vel frequentius
exhibitum idem præstat? Dignum ergo animaduersione
videtur, cur id voluit peculiare pharvacibus scribat,
quod commune est cibus. Sed par est, vt hoc in loco gra-
uissimi scriptoris huius diligentiam spectemus. Quia mi-
nus centaurij astringente, & sanguinis repressoria vi
exel.

COSI

ANT.

excellat, admirabile hoc videtur, ut idē sanguinis quoque fluxorem pariat. Ob id ergo ne quis animaduersa tantum astringentia facultate in eo propinando sit promptior, de periculo admonet. Ita & in aloe, que astringente insigni facultate pollet, eductoriam vim sanguinis in memoriam ob id renouauit, ne quis constringente vna vi inspecta in illa exhibenda purgandi gratia esset audacior. Non hoc ergo affert Mes. veluti cantaurij, atque aloes proprium, sed de periculo commonescit. Pulchre vero, quo pacto contraria haec duo facultates vni inesse medicamento possint, etiam docet, atque hoc ficti quaestioni de aloe antea propositae satisfacere apte potest: ita id non confutat, quod supra dicebamus, propriam hoc aloes naturam sequi, quod ducat sanguinem: naturae propriae nomine, & manifestis, & occultis etiam qualitatibus intellectis.

CARTHAMVS.



De Carthamo. Cap. XI.

ANT. **C**arthamus duorum modorum est. Est enim domesticus, & syluestris, & dixerunt quidam, quod nil est ex speciebus carthami: & elongati sunt.

ELECTIO. Carthamus de quo loquimur est domesticus, & melior pars plantae eius, est semen eius, post illud, flos eius. Et melius semen est, quod est album, & planum, crassum, & plenum, cuius medulla est vinctuosa pinguis, & cortex est tenuis. Et melior flos est, qui est sicut pili croci.

COMPLEXIO, & proprietates. † Calida est in primo, & sicca in secundo: & flos eius est minus calidus, & syluestris est calidior, & sicciore: est enim in eo virtus lacticiniorum remissa. Est

A autem carthamus absterfius, aperitiuus, & conturbatiuus, & faciens nauisam: & inest ei virtus educendi per vomitum, & per ventrem: & eius nutrimentum est paruum, & multum nocens stomacho: & dicitur quod caleat lac in mammilla, & stomacho.

RECTIFICATIO. † Nocet stomacho faciens fastidium: & est tarda, & debilis solutio: † & dimittit veltigia lenitatis in visceribus. Emendatur autem primum nocumentum ex eo, permiscendo ei aliquid ex medicinis stomachicis, sicut anisum proprie, & galanga, & massix, & similia, & confortatur ei solutio, & emendatur nocumentum, quod imprimit in intestinis, permiscendo cum eo aliquid ex medicinis acutis, sicut cordumeni proprie, & zingiber, & sal panis, & sal gemma, & similia. Inquit Paulus

B Accipe medullae eius drach. 10. cordumeni aureum 1. fac ex eis grana sicut cicer: & da. drach. 5. soluit enim sufficienter. † Dixit etiam, Liga ex medulla eius quantitatem sufficientem in pannis: & suspende in oxymelle quando coquitur, & erit solutiuum, & proprie si fuerit oxymel scillicum. Inquit Alkanzi. Accipe medullae ipsius aur. 12. penidiarum aur. 4. cordumeni, zingib. ana aur. 1. aggregentur omnia cum melle. & fiant formae sicut nuges, & da vbi oportet, vnam, vel duas. † Et dixit Galen. Decoquatur medulla eius in iure galli, vel gallinarum cum speciebus, & propinetur vbi oportet. Et dixit etiam, ex medulla eius, & tertia ponderis ipsius ex amygdalis, & sexta ex pineis, aggregentur omnia cum melle cocto, & succo scilla: fit lohoc iuuamenti mirabilis ad ea, quae dicemus. Extrahitur ab ea oleum iuuamentorum multorum, et eius operatio est sicut operatio olei de ben, et olei amygdalarum.

C **POSSE.** Solutione educit phlegma per ventrem, et vomitum, et similiter aquo sitates, et valet ad aegritudines ex eis, sicut est colica: et clysterizatus valet similiter, et mundificat pectus, et pulmonem, et proprie lohoc praedictum, et alij modi administrationis eius, & clarificat vocem: & similiter oleum ipsius, & vltus ipsius in spermate augmentum efficit. † Flos vero eius cum aqua mellis, remouet icteritiam.

DOSIS eius est a drach. 4. vsque ad aureos quinque, & floris eius a drachm. 1. vsque ad aureos. 2.

De Cnico. Cap. XI.

Cnicus est agrestis (nam quem Indicum addunt, & nil vocant, cnicus non est) & satius, idemque melior, semine praesertim, & eo albo, magno [in aequali] plano, pleno medullae pinguis, cortice tenui. Nec inutilis est flos, croci pilorum effigie. Calfacit ordine primo, siccatur secundo, agrestis calidior, sicciore minus flos. Pituitam, & aquas vomitu, & deiectione vacuat sumptus, & clystere iniectus. Ob id morbis inde natis, ut colico affectui, & similibus confert. Thoracem quoque, & pulmonem expurgat, praesertim ecleg-
Mesue. L ij mate

SYLV.

Carthamus. Sic Theophr. dicit. Dros. Saturnus facit solum. sed at- trahit idem. Cnicus similem facit. Sic. Ant. 3. Gal. Paul. si forte adme- retur.

DE SIMPLICIBVS.

Galen. lib. 5. de cnicis. & si paros pituita miscet ad purgandum semis pituita. In quibus rem ceteris mudi. ceteris. & m. profectus.

mate frequente, & oleo suo: unde & vocem claram reddit: sperma quoque vsu auget, sed alimentum est paruum. Stomacho valde noxium, in eoque, & mammis lac dicitur cogere. Fastidendum, ac nauseabundum est, ac conturbans. Facultate est lactariarum plantarum, sed remissa: terget, aperit: etiam flore cum mulla icterum sanante. Ne ventriculum laedat, ei misce stomachica, anisum, galangam, mastichem: acria vero, vt cardamomum, zingiber, sal panis, sal gemmae, addita, actionem ipsius celerant, et intestinorum noxam prohibent. Sic medullae eius drach. 10. cum cardamomi aureo vno in catapotia cicerum magnitudine, drach. 5. sufficienter purgat Paulo auctore. Eadem medulla panno ligata, oxymeliti, praecipue scillitico dum coquitur merta, purgatorium id facit. Medullae eiusdem aurei duodecim, penidorum aurei quatuor, cardamomi, zingiberis ana aur. vnum, cum melle forma bolos nucis magnitudine. Dativam, vel. 2. Medulla eadem ex iure galli, vel gallinae cum speciebus praedictis cocta idem praestat Galen. Vel medullae eius drach. 3. amygdal. drach. 1. strobilorum drach. semis, cum melle cocto, & succo scillae, fac eclegma mirificum in thoracis affectibus. Oleum ex eo semine, vt amygdalis, & balano myrepfica, extrahitur. Datura drachm. 4. adaur. 5. Flos a drachm. 1. ad aureos duos.

De Carthamo.

MANA. Cnicum vocat Graeci, & Latini, Carthamus iam cepit dici. DVORVM modorum est. Dioscorides de vnico loquitur, Theophrastus duo facit genera, syluestre, & satiuum. CALIDVM est in primo, sicum in secundo. Sic Auicenna, praceptor huius Galenus autem, & Paul. calefacere dicunt in tertio, si quis extrinsecus vtatur. NOCET stomacho. Laudat eum valde Auert. nobiliorem esse dicens omnibus medicinis purgantibus, & quod pituitam euacuat absque timore. Sed & Gal. lib. 5. salubrium, praefert Cnicum Aloe, in soluenda aluo senum, per triduum adstrictam. DIMITTIT vestigia lenitatis in visceribus. Galenus loco supra allegato, potius videtur contrarium dicere. INQVIT Paulus. Paulus coquit drachmas quinque, cum ptisana, & paucis salibus, vt educat aquam, nec meminit Cardamomi, dixit Gal. Nescio vbi dixerit Galen. scio autem Dioscoridem dixisse, contundi eius grana, & dari cum aqua mulla, aut gallinae iure. ET dixit etiam Dioscorides sic describit: Cnici albi sextarium, amygdale thasae tostae, & expurgatae cyathos 3. anisi tantundem, vt Cnici, aphronitri drachmam, sicum siccarum numero 30. interiozem carnem. Galenus Caricas, & Cnicum miscet a quo pondere.

COST. Dioscorides Cnici tantum vnus meminit: eius tamen genera duo facit Theophr. 6. de hist. plant. quod innuere idem Dioscor. videtur de semine etiam, rufo faciens mentionem, quod alioqui in urbano est candidum. Mesues quum vnusque meminerit, urbani tamen historiam solum prosequitur, quod hic in purgandi vsu assumitur. Sunt autem & hoc in loco rixa, ac primum, quum Mes. cnicum calidum primo ordine, & secundo sicum faciat: Galenus & Paulus calefacere aut in tertio, si quis extrinsecus vtatur. Damnat etiam cnicum. Mes. quod obsit ventriculo: At contra laudat eum Aueroes, & nobiliorem ceteris medicamentis

esse ait, quod pituitam absque noxa educat. Ita & Gal. 5. de tuenda sanit. aloe cnicum praefert in senum aluo laxanda. At item Mes. relinqui hoc assumpto, in intestinis, lenitatis vestigium: cuius contrarium Gal. sentire videtur loco citato. Ceterum leuia hae sunt, ne dicam odiosa. Primum enim si in tertio ordine calidum cnicum facit Gal. extra adnotum, quis non videt, Mesua de cnicis verba fieri ratione praesertim qua purgandi vim habet, & intus assumitur? At si inter cetera purgatoria hoc Auerr. laudat; non tamen is ventriculo obesse negat, neque carere eum omni culpa esse, quem sine timore, id est non admodum violenter aut pituitam expurgare, neque Galen. pro laxanda senum aluo cnicum aloe praefert, quia ventriculo magis sit utilis, aut omni noxa careat; sed quia minus habet medicamentosi, alioqui etiam & Dioscor. aduersari hunc stomacho confirmat; & ob eius pinguem, oleosamque substantiam innuere ventriculo, ac nauseam concitare, ratio ipsa, vel nullo afferente, manifeste docet. Ita etiam an in intestinis lenitatis vestigium relinquat, an contra exciet aluum; licet bituque vt ratione, cnici animaduersa substantia, exploret, quam, quum pinguis, & oleosa sit, leuigare potius, quam cohibere aluum verisimile est. De Galeno autem vbi nam loci, & quibus verbis id innuat, quod Manard. putat, nondum vidi, quem tamen libri sexti de tuend. valet. locum percurram, in quo de lenienda senum aluo verba facit.

De Ben. Cap. XII.

BEN est granum almefus, & eius aliud AN magnum, aliud paruum. Magnum autem est in magnitudine fructus auelanae triangulatum. Paruum vero est sicut cicer, & vtrunque habet medullam vinctuosam, lenem, & albam.

ELECTIO. Maius incolume est. Paruum vero malignum est. Magnū autem melius est, cuius cortex est albus, planus, tenuis, & cuius medulla est alba, lenis, multae vinctuositas: & quod est antiquū melius est recenti, & paruum melius est subnigrum declinans ad albedinem, & cuius medulla est vinctuosa, alba, & lenis, & antiquum melius est recenti.

COMPLEXIO, & proprietas. Magnū candidum est in principio tertij: sicum in secundo, et in ipso est humiditas superflua cum aetredine, & est incisuum, abstersiuū, mundificatiuum, & aperitiuum oppilationum subuersiuum, viscerum conturbatiuum propter humiditatem eius superflua, praeparans ad vomitum, & minus fortius est in omni re, faciens operationes difficiles, & laboriosas perducentes ad casum virtutis, & sudorem frigidum.

RECTIFICATIO. Panni prohibenda est administratio, nisi in emplastris, & fricationib. & olei ipsius similiter nisi in vntionib. Magni autem malitia est corrigibilis. Et sunt haec corrigibilia in ipso. Nocet. n. stomacho faciens in eo subuersionē, & est laboriosae solutionis & tarda. Et nos quidem diximus in canone, quod assatio eius resoluit ab ea, & maturat humiditatem superflua, & aetredinem, causam ad subuersionem, & nauseam, & dimittit ei, vt sit solutiuum per ventrem tantum. Semen autem feniculi, & anisi cum eo rectificat nocumentum primū, & proprie mixta decoctioni ipsius. Et sunt ex medulla eius post coctio-

SYLV. In Arab. Jherusaleni Gal. Plin. & Aetio dicitur.

Ad splenem Iamian erit. vel huius miscet Gal. cum extracto puta de. Anasiferum purgat pro fr. tum separati. nem. quem in alio. Gal. Diosc.

coctionem ipsius, & medio ponderis ex amygdalis dulcibus, & melle passularum formæ sicut auellanae, & sunt iuuamenti magni ubi oportet. Operatio decoctionis eius. Accipe ex eis integris quantitatem, quam volueris, & inuolue in pasta, & coque in cinere calido, vel extrahe medulam eorum, & contere contritione multa, & pone ex seminibus, & speciebus aliquas, & inuolue papyro, & desuper inuolue pastam, & fac sicut superius diximus. † Oleum autem eius extrahitur sicut oleum de amygdalis.

POSSE. † Per vomitum, & ventrem educit phlegma crudum, & crassum, & est mirabilis medicina ad colicam phlegmaticam, & ventosam, & etiam clysterizatum, & suppositum. Et fit emplastrum ex medulla eius, & farina hordei, & melle, & resoluit apostemata, & scrophulas. † Et emplastratur super hepar, & splenem, & proprie cum farina lupinorum, & spica, & confert duritiei, & oppilationi eorum. Ben autem parum emplastratum agritudinibus iam dictis est virtuosius; & similiter oleum eius: † & cum melle tantum valet similiter ad agritudines neruorum frigidis, sicut est contractio, & spasmus: calefacit enim eos, & lenit duritiem eorum, & nodositatem. † Oleum autem de bennotum confert vestigijs vlcerum, & lentiginibus, & foeditati cutis, & morpheæ. Et distillatum in aurem confert dolori eius, & sonitui in ipsa, & surditati, & sibilo.

DOSIS eius est à drach. s. vsq; ad drach. j. & s.

De Balano myrepfica. Cap. XII.

SYLV.
*In Arab.
Myrbalanum
Gal. Plin. &
Aetio dicitur.*

Balanus myrepfica, idest glans vnguentaria, fructus est, magnus quidem nucis auellanae magnitudine, triangulus; paruus vero ciceri similis, malus: vterque tamen medulla leni, & vntuosa. Magnus est praestantior praesertim si vetus est: cortice est albo, laui, tenui, medulla intus alba, leni, pingui, paruus, si ex nigro albescit, & medulla est alba, leni pingui, & vetus est innocentior. Calefacit maior initio ordinis tertij, siccat secundo. Humiditatem habet excrementosam, & acrem, qua ventriculum subuertit, nauseam excitat, viscera conturbat. Pituitam crassam, & lentam vomitu, & deiectione purgat: quare confert colico affectui pituitoso, & flatulento, sumptus, balano, clystere, iniectus: cataplasmate ex ipsius medulla, hordei farina, & melle appositus, & calore suo neruorum frigidis affectibus spasmo, tetano, contractioni. Tumores quoque dueros, strumas, nodos resoluit cum melle. Hepati autem, aut lieni, obstructo, vel durato cum farina lupinorum, & spica confert imposita. Ad haec autem fructus minor, & eius oleum efficacius admoventur. Idem oleum auri infusum, tinnitui, sibilo, surditati auxiliatur, cicatrices foedas, lentigines, alphas, & caetera cutis vitia emendat. Incidit enim, tenuat, terget, expurgat, aperit obstructa. Paruus autem ad omnia est valentior, moleste purgat, vires deijcit, sudoremque frigidum mouet. Obid non vtendus etiam oleo, nisi emplastro, vnctione, cataplasmate. Ma-

Agnus ne ventriculo noccat, facit affatio, vt in canonibus diximus. Ea enim humiditatem excrementosam, & acrem horum symptomatum causam coquit, & resoluit; tuncque solum deiectione purgat. Adduntur praeterea ipsi, praesertim coquendo semen anisi, et foeniculi. Ex huius autem ita cocti medulla cum dimidio pondere amygdalarum dulcium, et melle vuarum passularum formæ sicut auellanae effigie. Ipsi autem fructus integri, vel potius horum medullae multum tritae aromatibus aliquibus, vel anisi, et foeniculi semine adiecto, inuoluuntur papyro, et maza, post coquuntur sub cinere calido. Oleum autem ex his extrahitur, vt ex amygdalis. Datur à drach. s. ad drach. j. et semissim.

De Ben.

Graeci balanum myrepficem, Latini vnguentariam glandem vocant Plinius & Aetius myrbolanum nominarunt, diuersa quidem voce sed eodem significato: quod scilicet, vt etiam Martialis ait, ex vnguento confert, & ex balano: res, vt olim celebris, ita paucos ante annos ferè ignota, nunc autem vnguentarijs ad odorum materiam notissima, & (vt audio) in Hispania frequens. Quo tempore hac epistolam scripsi, ignota erat: nunc coepit esse notissima. Est autem fructus, vt ait Dioscorides, Myricae similis. Plinius Heliotropij, Theophrastus myrti folio constare dicit. Et eius aliud magnum, aliud paruum. Non vidi quempiam magnitudine speciei huius fructus distinguentem, sed Dioscorides, & Plinius absolute magnitudine auellanae definiunt, Theophrastus, Capparis quantitate, & figura. Plinius ex varietate regionum, in quibus nascuntur, genera distinguit. **TRIANGVLATVM.** Sane hoc intellige, triangulum enim aequilaterum in base habet, supra quem pyramis surgit triangula & ipsa, sed quadam virtute circulari extuberantia, qualem in nonnullis auellanis, & capparibus inspicimus quibus similis ab authoribus dicitur. **ELECTIO.** Illam eligit Dioscorides, quae est plena, candida, & quae suo cortice, facile spoliatur. Plinius petream optimam esse dicit nigro cortice, & candido nucleo. **ET** quod est antiquum melius est recenti. Torum contrarium scribit Dioscorides, videlicet esse meliorem. **MAGNUM** calidum est in principio tertij. Galenus succum carnis calidum esse dicit, sed non quo in ordine. Ego ex his, quae probati de ea authores scribunt, non adeo calidam puto. **ET** est incisuum, abstersiuum. De fecali parte scribit Galenus quod abstergit, & incidit: de toto fructu idem, addens quod attingit. **NO CET** stomacho. Dioscorides addit, valde. **OLEVM** autem eius. Dubium est ex quanam parte elici oleum debeat. Prima Dioscorides Graeca editio, ex interiore: secunda, ex quanam parte elili debeat, non meminit. Hermolaus ex cortice, quod ego magis probo, ceu consonum Theophrastus & Plinius. Succo carnis eius vt vnguentarios ait Galenus. Vnguentarios autem propterea eos vocabant olim, quia vnguenta odorata parabant. **PER** vomitum, & ventrem educit phlegma. Galenus: si quis carnis biberit drachmæ pondus cum aqua multa, vomitorium experietur pharmacum, quod plerunque etiam per inferiorem vntrem copiose educit. **ET** cum melle tantum valet similiter ad agritudines neruorum frigidis. Dioscorides cum aqua multa imponit podagricis. **ET** emplastratur super hepar, & splenem, proprie cum farina lupinorum. Pro splene farinam orobinam, vel loliaceam miscet. Galenus. Bibitur etiam cum oxycrato ad expurganda viscera, praesertim hepar, & lienem, quem etiam consumit secundum Dioscoridem pota drachmæ potere.

desua.

L iij **OLEVM**

*Ad splenem
feruam erit
vel lili miscet
Gal. cum myr-
tate pota de
vntre feru-
purgat profer-
tum hepar: lie-
nem, quem et
abstergit, Gal.
Diosc.*

RECTIFICATIO. Nocet stomacho generans subuersionem, & faciens cum angustia solutiones. Et dixit Alex. Nō lotus per vomitum soluit, & per ventrem, & cum labore. Lotus autem soluit per ventrem, & sine molestia. Ars autem in lauando ipsum est hæc. Teratur cum facilitate in uale lapideo: deinde fundatur super ipsum aqua dulcis, & lauetur sicut terendo, & fiat illud trigiesies, semper inuouando aquam, & adhuc decies post illud lauetur aqua rosata. Et dixit Alchindus. Lauetur cum aqua buglosæ post purgationem eius. Acquiritur enim ei mirabilis proprietas ex hoc ad egrotudines melancholicas.

POSSE. † Solutione educit choleram nigram, & cum virtute mundificat cerebrum ab ea: & valet ad egrotudines eius melancholicas, sicut est mania, & melancholia, & vertigo, & dolor capitis, & epilepsia, & ad egrotudines timoris, & inspicionis, & ad lepram, & ad egrotudines splenis, & ad cancerum, & ad morpheam nigram, & melancholicas febres.

DOSIS. Non loti potio est à drach. s. vsque ad drach. i. s. Et loti potio ab i. vsque ad 2.

De lapide Armeno. Cap. XIII.

SYLV. **L**apis Armenus atram bilem purgat tutius, quam elleborus, & vaiētius, quam lapis Cyaneus, authore Alexan. Tralliano. Eligendus colore inter viridem, & obscurum terreum, indumque, medio masculis tum viridibus, & tam nigris distinctus, tactu lenis, asperitatis expers, lapidea nondum duritie, sed facile friabilis, & puluerabilis. Calcificat principio secundi ordinis, atram bilem vacuat etiam ex cerebro. Proinde melancholicis affectibus, melancholix morbo, mania, epilepsia, vertigine, cephalalgia, mcerori, timori sine causa manifesta, quartanis, cancro, lepra: lienis denique morbis succurrit, quia etiam terget, ac reioiuit. Sed quoniam non solum deiectione purgat non lotus, sed etiam vomitu, vetriculum turbando, & euertendo, & augendo: lotus est dandus, quod is solum deiectione purget, & citra molestiam. Tritus autem lauetur aqua dulci, tricies mutata, deinde aqua rosarum, vel potius buglosi cum Alchindo, decies mutata, vte vis quedam mira ad affectus melancholicos acquiratur. Datur non lotus à drach. s. ad sesquid. lotus autem à drach. i. ad drach. 2.

De lapide Armeno.

MANA. Armenicum Galen. lib. 9. Plinius Armenium vocat, dicitque esse Chrysocolle modo infectum, INQVIT Alex. & reliqua) Alex. Trallianus, vbi reliqua non contulerint, hunc lapidem melancholicis præbet. quem præstare dicit Elleboro albo: non solum, quia efficacior, sed etiam quia absque molestia, & periculo operatur: & ideo legendum in Mesue pro Elleboro nigro, album. **VIRTUOSIOR** lapide lazuli. Hoc non lego apud Alexandrum. **MELIOR** est habens colorem medium inter viridem, & obscurum, & reliqua. Dioscorides probat eum in quo lauior est, & caruleus color cum æqualitate magna, illapidosusque est, & facile frangitur. Plin.

A optimum esse dicit Armenium, quod maxime viride est, communicato colore cum caruleo. **CALIDA** est complexionis in principio secundi, & sicca in ipso. De loto ait Alex. quod neque calefaciendi, neque siccandi vim validam habet, sicut nec amaritudinem, aut insuauem aliam qualitatem. Et est resolutius, absterius. Galenus, abstergit cum pauca acedine, & minima stypsi. Ars autem in lauando. Alexander vult, vt lauetur quinquagesies. Tutius varo iuxta Galeni sententiam, toties abluere, aquamque tam diu mutare, donec aqua ipsa pura ab omni sorde videatur, omnique sapore medicamenti careat. Docuit autem hoc Gal. non peculiariter de hoc lapide, sed in vniuersum de quavis re lapidosa, quæ sit abluenda. **SOLVTIONE** educit choleram nigram. Aetius, purgat atram bilem, & quicquid crassum, & tenax commixtum sanguini est: quare datur his, qui atra bile vexantur, elephantiosis, nephriticis, asthmaticis. Dioscorides, potest omnia, quæ Chrysocolla, sed imbecillus, Plinius vero Chrysocollam dat in angina, & his, qui non nisi recta ceruice bene spirant. Quare sequitur, vt etiam hic lapis in eisdem morbis bibi possit. Ophthalmicis quoque miscetur, & pilos auget palpebrarum. **DOSIS** Aetius grammata 4. quæ faciunt obolos 8. Alexander illotus 3. vel 4. scrupulos, loti quinque, vel sex præbet.

Medus laudat lapides ferendum Gal.

Quod hic interrupto de plantis ordine lapidum factum, & gummi historia interponatur accusandus ne sit Mes. an librorum potius incuria, & superioris seculi conditio, quod alij quoque ante nos dixerunt, hic non disseuo. quo enim hæc ordine scribantur, nihil refert, dummodo recte scribantur. Armenis autem lapis de quo hic primum agitur, ex Armenia ex qua nomen sumpsit afferri solebat Plinij tempore, vt is testatur lib. 3. raro tamen nunc affertur, & carere officinas hoc lapide, ac rarissimum esse inuentu non temere aliqui contendunt: licet enim in Germania aurifodinis cum ceruleo lapis frequenter viridis reperitur armenium prorsus referens, longe tamen is ab eo differt, quem Armenia mittit. qualem nos apud Jacobum Antonium Cortusium nobilem Patavinum, & Georgium Myelichium pharmacopœum Venetum saepe vidimus, colore gratissimo, punctulicis, & nigri quibusdam lineis interstinctum, quamuis de auro nihil meminerit Dioscor. neque cum alijs Arabib. Mesues.

De lapide Stellato. Cap. XIII.

Lapis stellatus est lapis de genere marmorum habens maculas ex auro, & est alius albus, & dicitur marchasita. † alius viridis, clarus, cœlestis, & vocatur lapis lazuli, & quandoque minera fert vtrumque simul.

ELECTIO. Melior est, cuius color est viridior in colore lazulini, & habet maculas aureas, & mixtus cum marchasita est non bonus, & non maculatus est non bonus, & similiter leuis.

COMPLEXIO, & proprietas. Est calidus in secundo, & siccus in tertio, & dixit Humain, est in vtroque in tertio, † & est in ipso acuitas non vacuata stipticitate aliqua, & est ex parte acuitatis eius adustius, viceratiuus, putrefactius, absterius, & incisiuus. Et in nō loto est proprietas radendi pilos. Lotus autem cōseruat, & prolongat eos, & generat pilos in palpebris.

RECTIFICATIO. Sunt in nocumēta, quæ diximus in lapide armeno, & expedit tollere nocu-

COST.

Cap. 6.

ANT.

nocu-

DE SIMPLICIBVS.

nocumēta eius similiter cum ablutione, sicut diximus superius. De trituratione autem sustinet plusquam lapis armenus. Quidam autem ex sapientibus posuerunt ipsum post eius ablutionem in confectionibus laticia, & proprie drach. 8. ex eo, ad libram vnam ex confectione, & dabant cum succo buglossae depurato, & vino subtili antiquo, & est medicina solennis ad ægrotudines cordis melancholicas: dilatat enim animam, & facit in ea mineram gaudij. Confectio lapidis lazuli ex inuentione nostra. Accipe ex seta tincta ex Kermes libra j. Submerge eam in succo pomorum dulcium, & aqua rosarum, ana lib. 1. & s. dimitte die vna: deinde fac modicum bullire vsque dum aqua rubeat: deinde extrahe ab ea setam, & pone zucchari tabarzeth. drach. 150. & coque vsque dum habeat spissitudinem mellis: & remove ab igne: & projice in eo calido ambrae crudae frustatim incisae drach. 6. & dimitte liquefieri in eo. Deinde projice super eum puluerem rerum harum. Accipe ligni aloes crudi, & darzeni, ana drach. 4. lapidis lazuli loti, & preparati drach. 12. margaritarum drach. 2. auri boni drach. 1. & tertiam. confice cum prædictis. Est enim hæc medicina maximi iuuamēti ad pulsum cordis, & syncopim, & alguegues, & tristitiam sine causa. Et est ex rebus animam confortantibus confortatione mirabili.

POSSE. † Solutione educit melancholiam, & humores adustos, & mundificat venas, & sanguinem ab eis, & non lotus educit per vomitum, & per ventrem humores crassos, & melancholicos: & cōfert ad ægrotudines cerebri, & cordis, sicut est epilepsia, & mania, & melancholia, quarum est materia humor melancholicus. & confert iuuamentum sublimæ ægrotudinis timoris, & tremori cordis, & syncopi, & confortat cor, & aufert nocumēta eius, & dilatat animam, & mundificat pectus, & pulmonem, & confert asthmati ab humoribus crassis, & ægrotudinibus splenis: & est ex rebus conseruātibz iuuētutem, & beatificantibus vitam, & ipse quidem præseruat à lepra. & suppositus educit menstrua: & datur patientibus febres melancholicas, & curat eas, & confert vsus eius ad hæmorrhoidas recentes.

DOSIS eius est à drach. 1. vsque ad drach. 2. & 5.

De Lapide Cyaneo. Cap. XIII.

SYL.

Lapis stellatus, & Lazuli, caruleus Latini. Marchasita Arabum. Pyritus Græcorum esse quibusdam videtur. Cyaneus acer purgat. discurtis cum quadam acritudine. Galen. reprimit. ex est m. dicit. crustam efficit. & oculis acris. Dissoluit admodum.

Lapis Cyaneus marmoris species, vulgo etiam stellatus dicitur, quod maculas quasdam aureas stellarum modo radiantibus habet, colore ex viridi, cœruleo, splendente, purus, gravis. Qui vero albus est, impurus, marchasitæ mistus, marchasita item dictus, macularum expers, leuis, improbat. Calfacis ordine secundo, siccatur tertio, vel etiam tertio calfacit. Humilis: acer est cum pauca stypticitate. Purgat melancholiam, & vstos humores, hisque venas, sanguinemque expurgat. Ob id affectibus melancholicis magnopere confert, melancholiam morbo, mania, epilepsia, mœrori, & timori [sine causa manife-

sta] à lepra præseruat, quartanas sanat, tremori curdis, syncopi prodest. Cor enim roborat, eius noxas aufert, animam exhilarat, corpus floridum diu tuetur, vitam reddit beatam, & thoracem, et pulmonem crassis, et lentis humoribus expurgat. Ob id confert asthmati ab his nascenti, splenis affectibus remedio est. Menses suppositus educit, hæmorrhoidibus recentibus vsu prodest. Acrimonia vrit, vlcerat, putrefacit, terget, incidit: non lotus quoque pilos radit, lotus eosdem seruat, productiores reddit, & in palpebris novos gignit.

Noxas habet cum lapide Armeno communes, ob id est, ut ille abluendus, diutiusque teri sustinet, quam Armenus. Nonnulli eius loti drach. 8. miscuerunt vni libræ confectionum laticantium, & dederunt cum succo buglossi depurato, & vino tenui antiquo contra cordis affectus melancholicos, animumque ita recreant, & gaudij, ceu mineram quandam effecerunt, & nos hoc modo vtimur. Serici cocco baphica tincti libra vna mergatur hora vna, succi pomorum dulcium, & aquæ rosarum ana libra vna dimidia, post modice coquantur, donec aqua rubeat; extracto tunc serico, reliquum ad mellis spissitudinem percoquitur cum sacchari albiss. & lib. vna, & dimidia. Ab igne deposito, & adhuc calenti iniice ambrae crudae frustatim concisæ drachm. 6. qua liquata, super da puluerem sequentem, ligni aloes crudi, & cinnamomi, ana drach. 4. lapidis Cyanei loti, & preparati drach. 12. margaritarum drach. 2. auri boni drach. 1. & tertias misce prædictis. Remedium est præstantissimum ad cordis tremorem, syncopem, desipientiam, tristitiam sine causa, animamque mirum in modum roborat. Datur à drach. 1. ad drach. 2. & dimidiam.

De Lapide Stellato.

Magnū hic certe chaos. Aster enim qui per stellatum lapidem hoc loco videtur intelligi, Dioscor. Galeno, Græcis omnibus, Samia terræ species est, & pariter Plin. At quod Marchasitam Arabes, Græci Pyriten lapidem vocant, & quod illi Lazulum, hi Cyaneum, Latini Cæruleum. Esse autem tria, hæc, astra videlicet, pyriten, & cyaneum, res diuersas, adeo est clarum, ut probationem non desideret. Meminerunt Græci, ac Plinius rei vocatæ Sil, cuius vnum genus lucidum est, aliud marmorosum, in argenti, & auri metallis inuenta, sed coloris esse lutei dicunt. Quare difficile est iudicare, quas iste res intellexerit: elici hoc tantum ex dictis eius potest, quod lapidem Stellatum genus facit, & sub eo Marchasita, & Lazulum veluti species reponit. Auic. libro suæ medicinae tertio, capite de Sputo sanguinis, lutum Samiū, stellam terræ & Talcum pro eadem re habet. ALIUS viridis, clarus, cælestis, & vocatur lapis Lazuli. Cærulei coloris est, quod præter nomen, res etiam indicat, & tam Græci, quam latini testantur. Theophrastus tamen, dum teritur, in quatuor mutari colores scribit, candidiorem, nigriorem, crassiorem, tenuiorem. De Armenio vero scribit Plin. quod optimus est, qui maxime viridis est. communicato colore cum cæruleo, ut supra in armenio dictum est. HABENS maculas ex auro. Cyaneus, cuius nunc vsus, aliquando punctis aureis interstinctus inuenitur, aliquando absconditū intra se aurū tegit, quod arte quadam ab eo elicitur, quod mirandum non est, cū in metallis auri gignatur. Et est in ipso acuitas. De Cyaneo dicit Gal. acris, purga-

CO 52

MANA

Cap. 10.

purgatorie, & discussiue facultatis est, cum quadam styphi. Dioscorides, reprimat, modice ex se, crustam elicit, & exulcerat. Omnia autem hæc intelligenda, dum foris adhibetur. SOLVTIONE educit melancholiam. Græci nullam talem vim ei adscribunt: sed videntur hæc vires ab Armenio deriuatæ. Arabes. n. vtrumq; confundunt: Serapion quidem, & Auerois, sub Lazuli nomine de armenio tractantes. Auienna de Azulo scribens, ferè ei omnes vires attribuit, quas Græci vtrique. De armenio vero ea scribit, quæ Græci, solum addens, quod atram bilem magis purgat, quam Cyaneus. Quæ omnia licet vera sint, non tamen ego his accesserim, qui non secus, ac perniciosissimum venenum hoc formidant. Experientia enim certa scio, quod si bene abluatur, multum iuuat, & vel nihil, vel parum lædit.

A rat. artificiosam est detractionem. Neq; vero, etsi Fuchsius condonemas putrefaciendi vim cyaneo lapidi ex proprietate inesse, ac propterea eius formam sequi: vt idem tamen semper putrefaciat necesse puto, quando accidentia rerum propria (quale hoc esse ille sibi persuadet) corrupta forma, & ipsa corrumpuntur. attritione autem abluitione; frequentiori lapidis huius formam corrumpi, si quis negat, philosophi nomine est indignus. Hinc etiam illud absurdum non erit, quod Mes. ait, in quo tamen adhuc Fuchsius habet reprehensorem, cyaneum lapidem quum non lotus psylorhri vim habeat, ablutu pilos conseruandi producendiq; facultatem obtinere: noua enim inducta forma noua quoq; vis inducitur, quamuis huius generis qualitates non tam formam, quam materiam sequi ego existimarem; ac vimonia enim cuiusq; gratia excedere, vrere, & corrumpere acris possunt, calidiorum paruum miscela ascribenda est, qua si segregentur, vt lotionibus sit frequentibus, admirandum non erit, vt astringens quidem facultas sese exerat, cuius gratia fiat, vt ne distillant pili; merito autem attractricis qua in moderato calore superest, producantur etiam, & gignantur: atq; hoc pacto contraria ex eadem re effecta commode procedat, ne illud etiam interea repetam, quod Manar. ait, caruleo lapidi noxias eas inesse vires, ubi foris adhibetur, non vbi deuoratur. huius enim generis sunt multa qualia piper, cepe, synapi, & acris ferè omnia, qua foris admoda quam noxia sint, exurant, & crustam alicant, salubria tamen sunt deuorata. sine id (vt doctissime Alex. 1. probl.) ob caloris actionem eueniat immutantis antea, & concoquentis, quam medicamentum agere incipiat; sine quod medicamenti vehementia ventris humore, nimio hebetescat; sine etiam, quod interna partes validiores sint, nec aque vt externa cutis sentiant; neq; acris rebus admotis, temporis, quod satis est ad agendum, concedant.

COST. **Q**um hic lapidis stellati vocem, & cyaneo, & pyritidi rebus specie diuersis ascribit Mes. confundere tamen res ipsas ego non dixerim, quod eius aduersarij, existimarem potius illius tempore hæc vulgo fuisse huius vocabuli usurpationem, ipsamq; neglecta accuratiori de vocibus inquisitione rebus ipsi fuisse intentum: non impedio tamen vt suum quisq; genium sequatur, & de hoc scriptore male sentiat. Sanè cyaneum lapidem, de quo hic verba facit, egesti esse colore pulcherrimo, & parari ex eo azurum, vulgo nuncupatum, maximo precio habitum à pictoribus; nulli est ignotum. quam ob rem quum in stellati lapidis diuisione ad huius capitis initium scribitur, [alius viridis, clarus, &c.] legendum esse [alius vero clarus] vt in codicibus quibusdam antiquis legisse aliqui affirmant, pro certo habeo. Huius autem lapidis quum cum Arabes purgandi gratia asserant deuorandum, Græcis medicis ignota facultas fuit; tamen si enim recentiores nonnulli Galeni huius rei non inscium ob id faciant, quod 9. de simpl. medic. facult. *κατακρηστικὸν ἐστὶν αὐτῷ* huic ascribat: tamen vt probe ante nos alij quoq; adnotarunt, quum *κατακρηστικὸν* purgatoria sint medicamenta, *κατακρηστικὸν* non hæc sunt; sed qua superficiem deuadendi vim habent. Debemus ergo hoc Arabibus. At contendunt tamen eorum aduersarij, perperam & magno mortalium damno hunc exhiberi, quem Mes. vlceratiuum, & putrescens vim esse testatur. Subscribere vero etiam horum iurgij Gal. videtur 13. metho. ea medicamenta prohibens deuorari quibus corruptrix vis sit admista, veluti calcanthum, mysi, sori & alia id genus. Caterum, vt his satisfaciamus, cauendum semper quantum licet ea esse quibus corrumpendi vis inest, nullus merito negat, quando id à medico consilium perpetuo sequendum est, vt tuto curet, ea tamen morbum quandoq; est conditio, vt qui extremi sint non nisi extremis praesidijs curentur, id quod in causa sæpissime est, vt prudentissimi medici ad noxia etiam pharmaca consugiant, prius tamen à noxa omnino quoad eius fieri potest, vindicata. Ita & cyaneus lapis in melancholicis affectibus, solutu scilicet cōsumacibus, vbi mitiora desunt, vsu venit: is vero adeo castigatus, vt quum plurimum conseruat, nihil tamen obsit, id quod frequens experimentum confirmat. Admirandum ergo est de Fuchsius non med. ocriter, Mesuen increpante, qui tamen lapidem huic non nisi crebra lotione castigatum proponit, ex qua scilicet, & sordidiores partes, quæ corrumpunt segregari, & acriores quæ vrunt, temperari solent. At hoc Græci, si modo semper y imitandi sunt (quod Fuchsius desiderat) non abstinissent, qui & cantharides, & elleborum, & viperarum carnes, atq; alia eius generis multa deuoranda vsurparunt, neq; Gal. hoc medicamenti genus interdixit, cui quicquid noxium in-

S E N A.



De

NA

Cap. 10.

Probl. 30.

D

2172

DE SIMPLICIBVS

De Senē. Cap. XV.

Sene est folliculus plantæ, quam vocant Peris abalzemer, & eius ortus est secundum semitam orobi, & inuenitur ex eo domesticum, & syluestre.

ELECTIO. † Melior pars plantæ eius est folliculus, deinde folia, sed tamen in eis est virtus debilis valde, & melior folliculus est, cuius color accedit ad viriditatem, & subnigredinem quãdam, & in quo est de amaritudine res modica cū stipricitate, & qui est magis completus, & in quo sunt semina ampla compressa. Subalbidus autem non est bonus, et incompletus similiter. Et meliora folia sunt viridia, subalbidavero, et tenuia non bona, et antiquum ex eo est sine spiritu, et stipites eius sunt inutiles.

COMPLEXIO, et proprietas. Calidum est in principio secundi, siccum in primo, et folia sunt in primo calida, et est absterfium, mundificatiuum conuenienter, et reolutorium.

RECTIFICATIO. Est solutionis debilis, et tardæ, † et debilitat stomachum. Verum confortatur eius operatio in permiscendo cum eo aliquid ex rebus acutis sicut zingiber proprie, et sal gēma, et sal indus, et medicinæ cordiales cum eo, et stomatichæ felicitant opus eius. † Et dixit Gal. decoquatur cum iuribus galloŕū, aut gallinarum, aut carniū, et soluit sine molestia, sed oportet, vt eius quantitas sit multa. Et si infundatur in aqua casei cum spica, deinde coquatur ebullitione aliqua, est medicamen bonum. et si propinetur puluis eius in lacte dulci fiet medicamen bonū. Similiter precepit quidam, vt quantitas eius submergetur in musto, et sit mustum album, et post tres mēses propinetur vbi oportet, est enim vinum solutiuum mundificans cerebrum, et sensus, et generans latitiam. Et sunt qui propinant decoctionem eius, et prunorum, et spicæ cum eis, et sit solutiuum bonum. De decoctione autem sustinet mediocriter.

POSSE. † Solutione educit cum facilitate melancholiam, & cholera adustam. Et mundificat cerebrū, cor, & hepar, et splenem, et membra sensuum, et pulmonem, et confert agritudinibus eorum, et aperit oppilationes viscerum, et confortat vtentem eo in inuentute, et generat gaudium: causam autem tristitiæ amputat. Et ponuntur folia eius in lauacris ad caput, et propriæ cum chamemilla, et confortat cerebrū, et nervos, et secundum omnem administrationem eius addit in visum, et corroborat auditū, et est medicina bona febrium melancholicarū, et antiquarum.

DOSIS eius infusi potio est ab aureis iij. vsq; ad vnc. j.

De Sena. Cap. XV.

SYVL. **S**ena est folliculus plantæ Persis dictæ abalzemer, orobi modo nascentis: fatina est, & agrestis. Folliculo quam folijs est efficacior, præsertim si is ex viridi nigricat, modice amarus, subadstringit absolutus, recens, in quo semen amplum cōpressum, vetustate enim exanimatur: subalbidus, & im-

perfectus improbatur. Folia autem viridia sunt præstantiora subalbidis, & tenuibus: furculis est inutilibus. Calfacit initio secundi ordinis, siccatur primo, folia etiam primo calfaciunt. Terget, expurgat, digerit, purgat elementer melancholiam, & bilem vltam a cerebro, sensorijs, pulmone, corde, hepate, liene. Proinde morbis dictarum partium ab humore huiusmodi proficiscentibus succurrit, vt melancholicis febribus, & antiquis, gaudium gignit ablato humore sine causa externa tristante, & floridum corpus efficit, obstructions viscerū aperit. Foliorū huius, & chamemelli decoctum lotionem cerebrū, nervos roborat. Eadem quouis modo vsurpata visum, & auditum firmat. Eius purgationem tardam, & imbecillam celerant, & intendunt mista acria, vt zingiber, sal gemmeus, sal Indus; ne vero stomachum lædat, cardiaca, & stomachica sunt miscenda. Ob id Galeni decreto coquenda largo pondere ex iure galli, gallinæ, vel aliarum carniū, vt citra molestiam purget: vel sero lactis infusa, cum spica, deinde parum diu feruesceta, vel puluis eius ex lacte dulci sumendus est. Vno musteo albo miscebat quidam vim magnam fenæ, post tres menses potadum dabat, sicque purgabat cerebrum, & sensoria, & gaudium augebat. Sunt qui decocto eius cum prunis, & spica faciliter purgāt. Mediocrem autem coctionem sustinet. Infunditur ab aureis tribus ad vnciam vnam.

De Senna.

Averrois hanc quoque reponit inter medicinas novas. Auic. de ea non scribit ex professo, meminit in eius in fine capitis de fumoterra, & capite de qntana. Scribit Serapion. sed nō affert (vt ferè alijs medicinis consuevit.) Diosc. vel Gal. de ea verba. Quidam Delphinion alij Pelecino: facius Peplion. Ego aliquando dubitavi an esset Empetron aliquid an alypion. Parum aut referre scire, quo nomine a veterib. sit nuncupata, modo eius vires nō ignoremus, quæ certe nobiles sunt, & efficaces. **MELIOR** pars plantæ est folliculus. Experientia ipsa ostendit, folia in purgandi vi esse potiora. Nascitur in Apulia: sed præstantior est quæ ex Aegypto affertur. Calida est in principio secundi, sicca in primo. Averrois dicit siccam in secundo: Serapion pauca caliditatis, & siccitatis cui ego credo. Et debilitat stomachum. Experientia contrarium ostendit, saporque subamarus, & adstringens: sed nec illud dixit Serapion. **ET** dixit Gal. vnam dixisses quo loco, & sub quo nomine: sed puto te hic, sicuti & alibi plerumque hallucinatū. **DECOQVA-TVR** cum iuribus gallorum. De empetro dixit Dioscor. decoquendum in iure vel aqua dulci, & nos scimus, ius in quo vulgaris hæc bullierit, vel per noctem maouerit, facile purgare: Serapion decoctam plus conferre ait, quam contritam. **SOLVTIONE** educit cum facilitate melancholiam, cholera adustam. Bilem absolute dixit Serapion, non addendo vltam: & quod valet melancholiam, rhagadis neruorū qualificationibus, capillorum defluuio, dolori capitis antiquo, scabiei, & morbo comitiali. Diosc. de Empetro, quod purgat pituitam. bilem, & aquosas. Averrois negat Senam posse purgare pituitam. Ego experientia didici, quod potest; & quod multum valet in morbo Gallico vocato. **DOSIS** eius infusi potio vsque ad vnc. j. Serapion dat trita dr. j. decoctæ quinque. Ego scio vtranque decoctam excedi tuto posse, vnciamque decocti ex aqua mediocriter purgare.

De

COST

Parum esse de. & fca Ser. fca. 1. Aur.

Cap. 9. lib. de plant. 3. c.

Grieci habent non meminerunt de Empetro. quod. & vnc. fca. 1. c. facile purgare.

MAAN

COST.

DE Sena non meminere Graeci uno excepto Aetna-
rio qui lib. 5. sene ex ijs etiam medicamentis ait,
qua Syria, & Aegyptus mittit. Quod autem errent
qui Tycophrafi colyteam vulgatam esse Senam existi-
mant, iam comperit est omnibus. An vero hanc ip-
sara qua vulgo utimur senam Aetnarius nenerit, non
nulli adhuc ambigunt, quod is suum sene (ita enim vo-
cat ut Mes. & Arabes alij) fructum quendam esse
ait: nostra autem sene fructum gerit nullum, meo ta-
men periculo affirmari de folliculo Arabum, quorum
exemplo de medicamentis scribit, Aetnarium intell-
xisse. est enim fructum a semine distingui a Theophr. 1.
de hist. plant. non ignoro, solet tamen seminis vox pro
fructu, & fructus pro semine interdum usurpari. Ita
Diosc. myrtho semen tribuit, quod rectius fructum ap-
pelles, ut idem quum de thymelca verba faciens profer-
re hanc ait fructum myrthi. Contra autem Tithymalo
myrsin fructum ascribit, quod vere est semen: & Alyf-
son fructum ait gerere duplicis scuti instar, quod si men
rectius appelles: est autem alyssi semini non dissimilis
folliculus sene, de quo hic loquimur: quare neq; ad-
mirandum est, si ipsum fructum Aetnarius vocet. Ex
hoc vero con. clari etiam licet, sene voce solum folli-
culum, non etiam stirpem Aetnary tempore venisse, ut
Mesua quoque tempestate: hic enim de sene exordiens,
folliculum esse ait plantae quam Persae abalzemur vo-
cant, quasi planta sene nuncupationem tunc temporis
non obtineret. hinc etiam solum folliculum ea atate
purgandi gratia fuisse usurpatum solijs neglectis doce-
mur, quare, & Mes. folliculum praefert, Aetna-
rius folia silentio praetermittit. Est tamen inter nostros
medico disensio haec de re, quum alij solijs alij folliculo
uti malint. Verum (ut dicam quod sentio) si follicu-
los tales habere quis quales Mes. eligi docet, comple-
tos ut ipse ait, & seminibus amplis compressis, colore
ad viridem, & subnigrum accedente, cum asirictione
subamaros, tales autem sunt qui quum ad perfectam
magnitudinem deuenire colliguntur antea quam vesica
venustate resiccetur, colore virido, & sapore proprio
exuatur, debiscatque ac sponte decidat; si inquam, ta-
les haberemus, hos ipsos tum ob perfectiorem atatem,
ut doctus Brasauolus ait, tum ob densiorem substantiam
ac vim contentorum seminum excellere, ego cer-
te semper contenderim: atqui raro habemus tales, quo-
fit, ut expectato euentu saepissime frustremur folia ve-
ro, quorum maior est copia, etiam minus detrimenti pas-
sa, & promptius ferri ad nos solent: quare horum usus
tempestate nostra inualuit, folliculorum usus serè abo-
leuit, non est ergo Mes. erroris notandus, qui follicu-
lum solijs praefert. Age autem expendamus cetera
in quibus hic author reprehenditur. In huius medica-
menti correctione zingiber, sal gemma, ac sal Indum
nuncupatum addit. Sunt tamen ex recentioribus non-
nulli, qui perperam adijci sales existiment, quod his
noxia potius augetur, rectius autem zingiber cinnamo-
mum duas partes eorum salium loco admisceri ad au-
gendam potius, aut digerendam sene facultatem,
quam corrigendam. Laudare etiam quum ait [deinde
coquatur ebullitione aliqua, &c.] Mes. videtur sene
decoctum. Longe tamen melius, & clementius dilu-
tum, quam decoctum expurgare experimento obser-
uatur, quod etiam dicitur ratio, quando tenues, & ignea
partes decoctione exhalant, maceratione vero foras in
ipsum dilutum educuntur. Est autem, & de huius vi-
ribus controuersia, quando hic trahere duntaxat me-
lanchotiam, & exustam bilem scribit, vsu tamen etiam

A pituitam educere est deprehensum. Sed & illud ani-
maduersione dignum videtur, cur Mes. hoc medi-
camentum inter laboriose exoluentia reposuerit, quod
tamen constat esse imbecillam, ipso etiam Mes. teste,
quum de huius castigatione verba facit. Haec sunt, de
quibus Mesucn accusant. Ceterum, quod ad sal per-
tinet, si Mesua consilium assequamur, non erit for-
tasse accusationi locus. Sena duplex inesse vitium do-
cet, alterum quod imbecilliter, & sero expurgat,
alterum quod ventriculo laborem facit: duplici huic
morbo duplici quoque praesidio occurrit: primum ijs cor-
rigit, qua stimulandi excitandique vires habent, qua-
lia zingiber, sal gemma, & sal Indum: alterum ijs,
que ventriculo sunt amica, atq; haec quidem, mea
sententia, apposite. Esto ergo, ut sal noxam in ven-
triculo potius augeat, ut aiunt, hoc est, ipsum subuer-
tat: addendus tamen is, aut quidpiam aliud congene-
ris est facultatis, ut sene pigra, & tarda vis excice-
tur. Ventriculi vero vitium alijs praesidijs, ut hic do-
cet, corrigendum. Et quanguam zingiberi utraque
facultas inest, cum stipulandi, tum oroborandi ven-
triculum: ubi tamen salis vires perpendimus, quas
liquandi incidendi tenuandi, & ex purgandi crassos
humores habent longe quam zingiber efficaciores, non
possimus huius magis quam zingiberis usum non pro-
bare: passuas vero nuncupatas, quas malunt addere,
quas ventriculo, & natura nostra amicas esse noui-
mus, non improbamus; sed id tamen praestare munus,
quod ex sale Mes. experit, aut prius sene vitium sci-
liet tarditatem castigare non admittimus. Porro de
diluto ac decocto utrum horum efficacius, & benignius
expurget, non disputo: id enim licet ut experientia
vniuersisq; explorat, quomodo tamen decoctum in ver-
bis praeponat Mesucn, non video: is enim non aliud
quam insusi seu diluti parandi modum docet, macerari
iubens senam in sero cum spica, deinceps (ut eius utar
verbis) coqui cum ebullitione aliqua praecipiens: haec
enim diluendi, seu infundendi exacta est ratio, ut post
macerationem lenissima vna, aut altera, ut aiunt,
bullitione res effervescent: hoc enim pacto tenues me-
dicamentorum partes non exhalant, sed quae abditae
erat in iniis medicamenti partibus facultas fora in-
fusum extrahitur. An autem sene pituitam expur-
gandi vires habeat, quod experientia docet, Mes. qui-
dem silentio inuoluit; Auer. vero 5. Coll. fieri posse ne-
gat, facile tamen est explicatu, quum sene sponte sua
tarda, & pigra sit in expurgando, ineptum itidem esse
medicamentum, aut crassos humores ducat, quod Auer.
ait, verisimiliter est: permisso tamen sale, ut eos quoq;
extrahat, non est a ratione alienum id, quod non ne-
garit Auer. aut Mes. tenuem vero pituitam, & qua
in ventre occurrit, ut irritata a medicamento natura
cum alijs quoque excrementis foras propellat, facile
euenit. atqui hoc Mes. silentio praeterit, forte quod
non ex propria sene natura, ut dici solet, sed per ac-
cidens eueniat, meminit tamen huius rei Aetnarius.
Quod superest, cur tam imbecillum medicamentum
inter laboriose soluentia reponat hic author, licet plu-
ra commisceri, si cui parem semper accusationi de-
fensionem afferre propositum esset: nunc tamen, il-
lud satisfaciatur, quod experientia nos quoque, &
alij multi quotidie observamus, excitari huius me-
dicamenti assumptione tormina, & subverti ventri-
culum, proptereaque cum labore exoluere, tamen si
purgandi fines non excedat, alioqui etiam quum consu-
di hic salium, & plantarum historiam videamus, ex

DE SIMPLICIBVS.

quod coniectari licet esse de scriptoris oscitantia perturbata omnia, transpositum hoc caput fuisse eodem errore, non est a ratione alienum. Sed hunc qualiscunque sit, & cuiusq; culpa euenit errorem, minimi ego semper faciendum duxerim, qui nullum a discendo remoretur.

De speciebus salis. Cap. XVI.

ANT. Salis ¶ famosæ species sunt quatuor. Sal panis, sal gemma, sal naphthicus, ¶ & sal indus. Sal panis alius est mineralis durior, & amarior, alius marinus, quem si aqua intueniat facile dissoluit. ¶ Sal gemma vero, est sicut chrystallus scindibilis. Sal indus ¶ alius subniger, alius subrufus obfuscus. Sal naphthicus quoque niger est habens odorem naphthæ.

ELECTIO. Mineralis fortior est marino, & sal gemma eis, & sal naphthicus illis, Indus autem omnibus, & subrubeus melior est subnigro, & subniger est fortior, & omnis quanto amarior, tanto fortior.

COMPLEXIO, & proprietas Calidus est, & sicus in secundo, & quanto amarior, tanto calidior est, & sicior: Est autem compositus ex partibus terreis adustis, & amaris, & ex partibus aqueis sine sapore, quæ si sint æquales, falsus sapor perficitur, dominantibus autem terreis ad amaritudinem pronior. Aqueus vero in falsedine remissior. ¶ Est autem sal liquefactius, incisius, subtiliatius, & inspissatius, solutiuis, constrictiuis, & præseruatiuis à putrefactione, exicatiuis, mordicatiuis, & subuersiuis stomachi, & conturbatiuis, præparans ad vomitum.

RECTIFICATIO. Sal non est sicut radix in re medicina, sed nec in cibis, quanquam ex se sit solutiuis, sed ponitur sicut res dans vigorem radici. Confortat enim medicinas omnes tarde, & debilitat solutionem facientes: tamen ex miscibilibus cum eo meliorantibus conditionem eius, non est æquiualens ad remouendum serositatem ipsius, sicut myrobalani, & illud propter operationem substantiarum inuicem. Res etiam insipide similiter faciunt, & similiter inspissant.

POSSE. Omnis sal solutione educit crassos humores, viscosos, & eius solutio est liquefaciendi, quod inuenit ex humiditatibus, & post illud stringit. Et sal pannis facilem efficit superfluitatum egressionem, & remouet fastidium ciborum, & excitat appetitum, & clysterizatus educit phlegma vitreum, & phlegma viscosum. Et mixtus cum alijs medicinis solutiuis confortat eas in soluendo. Quod autem ex eo tostum est cum tanto ponderis vasorum fractorum de Seni, quantum ipsum est, fit dentifricium bonum mundificans dentes, & auferens foetiditatem, & confirmans ginguam laxam, & miscetur cum ¶ eo lapis, quo alij lapides inciduntur, & fit dentifricium bonum ad ea, quæ diximus, & similiter fracturæ vitri. Et sunt qui miscent eis cyperum, & spumam maris, massacumiam, & cornu ceruinum, & similia. ¶ Et sal bulitus cum oleo ponitur tepidus super combustionem ignis, & prohibet à

verificatione, & inunctus super nervos confortat eos, & similiter coctus cum oleo, & pauca terebenthina ponitur super puncturam nerui cæcam, & prohibet ab apostemate, & spasmo. Et similiter super phiebotomiam cæcam. Et similiter mixtus cum tursure, & melle valet contritioni neruorum, & casui super membrum, & dolori auris. ¶ Et sal mixtus cum oleo, & melle remouet vestigia percussionum nigra, & omnes quidem species salis consumunt, & auferunt additiones in oculis, sicut est pannus, & vngula, & caro putrida, & similia. ¶ Et conferunt lynchiam, & casui vuar, & mollificationi linguæ: & omnes faciunt subuersionem, & vomitum, & diminuunt sperma, & eorum vsus generat scabien. Sal gemma quoq; educit solutione phlegma vitreum, & expellit humores, quorum eradicatio est difficilis. Et mundificat instrumenta sensuum, & valet ad vertiginem, & proprie mixtus cum agarico, & tribus myrobalanis, & abstergit pectus, & mundificat stomachum, & confert dolori eius, & fit ex eo dentifricium bonum mundificans dentes. Naphthicus vero, & sal indus fortiores sunt illis in omni re, & educunt ambo melancholiam fortiter, & phlegma, & præseruant corpora à putrefactione, & valent ad lepram, & ad agritudines melancholicas. Verum non administrantur per se, sed ponuntur in confectionibus propter illud quod diximus, & pilulis, & enematis, & collyrijs, & alijs modis administrationum.

De salis generibus. Cap. XVII.

Salis species sunt memorabiles quatuor, sal panis, sal gemma, sal naphthicus, sal indus, sal panis, vel fossitius est, idemque durior, & amarior, vel marinus est, & hic aqua facile soluitur. Sal gemma crystalli modo scinditur. Sal naphthicus est subniger, naphthæ odore. Sal Indus, vel subniger, vel subruffus obfuscus omnibus fortior: & subruber, melior subnigro: & subniger est fortior: & horum quidam quanto est amarior, tanto valentior. Post hunc sal naphthicus, post hunc sal gemma, cui proximus est fossitius, marino omnium maxime imbecillo fortior. Sal est calidus, sicus, ordine secundo, & quo est amarior, eo calidior est, & sicior. Sal constat substantia terrea per adustionem amara, & aquea insipida, quæ ambæ si sint æquales saporem salsum perficiunt, si terrea vincit, amarior euadit; si aquea, salugo est mitior. Sal liquat, incidit, tenuat, mordet, purgat, densat, adstringit, siccatur, à putredine ob hæc vindicat, ventriculum euertit, turbat, ad vomitum incitat, purgat humores crassos, lentos, ipsos vi sua liquando, postea stringendo. Sal panis purgat clementissime, appetentiã excitat proffigato cibi fastidio, purgatiuis additus actionem eorum inuat, clystere iniectus pituitã vitreã, & lentã educit. Puluis ex sale vsto, & portione equali vasorũ de seni fractorũ, vel cũ smiride lapide lapides alios incidere, vel vitro fracto dentifriciũ fit optimũ. Nã dentes purgat, firmat ad hæc gingiuas

Sal cum...
MANA...
SYLV...
Hamm...
Disf...
Ad test...
Sicut...
Sicut...
Sicut...

giuas laxas. Cui addunt nonnulli cyperum, spumam maris, massacumiam, cornu cerui, & similia. Oled cui is sal incoctus est, tepidum, ambustis illitū, vesicas gigni prohibet, nervos firmat, puncturam nervi occultam, adiecta terebinthina à phlegmone, & spasmo vindicat, phleboto- mie cæcæ est remedio. Idem sal cum sulfure, & melle attritis nervis, contusis, lapsis, aurium do- lori prodest, sugillata cum oleo, & melle discut- tit. Omnis sal oculi maculas, panos, vngues, car- nem putrem, & similia consumit, cynācha con- fert, vna productioni, lingua ob humiditatē lar- gam molliori, & soluta, ventriculū et certū vor- mitorium est, sperma minuit, scabiem gignit. Sal gemma pituitam quoque vitream educit: & hu- mores alios euellit difficiles, sensoria expurgat, vertiginem iuuat præsertim cum agario, & tribus myrobalanis, terget thoracem, & ventriculū expurgat, & dolorē eius soluit, dentificio quo- que est aptus. Naphthicus, & Indus alijs sunt ad omnia valentiores, & ambo melancholiam val- enter educunt, & pituitam, corpusque à putre- dine præseruant, & à lepra, & cæteris affectibus melancholicis. Per se tamen nō usurpantur: sed alijs miscentur in catapotijs, confectionib. ene- matibus, collyrijs, & cæteris remediorū formis. Sal vt alimentum non est, sed condimentum: sic purgatoria basis nō est: sed alijs mitis vigorem addit ac stimulos omnibus medicamentis tarde, ac imbecilliter purgantibus. Salis autem acrimo- niam, & morsum præter cætera tollunt myroba- lani, & cætera adstringentia, ac etiam insipida.

De speciebus salis.

MANA. **S**alis famose species sunt quatuor. Tres tantum enumerasse species Dioscorides videtur, & alias, atque aliter, quam Mesue. Diuidit enim salem primo in marinum, & fossilem, & hunc in communem, & ammoniacum. Cum tamen inter communes eli- gat candidum, lucidum, illapidosum, densum, & æqualem, eum intellexisse videtur, quem ob perspi- cuitatem luciditatemque, salem gemmam vocat. Huius nonnullas glebas olim ego ex Pannonia adeo splendentes portauit, vt veram crystallum, quotquot videbant, putarent. Sal naphthicus. Huius non me- minit Dioscor. Galenus lib. 4. & 9. de simpl. med. sa- lem vocatum Sodomium, fieri dicit in mari Pale- stinae Syriae, mortuo vocato, in quo etiam plurima Asphaltus gignitur, id est bitumen. Est autem Naph- tha bituminis species, a qua Naphthicus sal. Plinius quoque lib. 31. in Babylone fieri sal dicit, detracto prius bitumine. Et sal Indus. Quid per salem In- dum intelligebant Arabes non facile quispiam iudi- cauerit. Auicenna lib. 2. connumerat reliquis, colore nigrum esse dicens, propria nigredine, non acqui- sita, vt Naphthicus. libro vero quarto Paulum se- curus, dicit esse in colore salis, & dulcedine mellis: ita, vt clare cognosci possit, multiplicem esse apud eum eius vocis significationem. Plinius meminuit salis, qui in India ex Oromeno monte exciditur. Nunc ven- dunt officinae pro sale Indo, meta forma, nigricantis in albo salis glebulas. SAL GEMMA est sicuti crystallus scissilis. Hoc adscribit Dioscorid. ammo- niaco, dicens, quod est facilis scindi scissuris rectis. Plinius vero similem colore dicit alumini scissili, lon- gis glebis, neque perlucidis. ALIVS subniger, alius tubrusus obscurus. Plinius quicumque lignis confici- tur, nigrum esse dicit: & quod ruben est Memphi,

A rufus circa Oxum, Centuripis purpureus. Qui pro ammoniaco nunc habetur, non res naturæ est, sed arte paratur, in vsum argentariorum magis, quam medicorum. Indus est fortior omnibus. Dioscori- des præfert ammoniacum. EST autem sal lique- factius, & reliqua. Dioscorides, astringit, terget, expurgat, diffundit, reprimat, attenuat crustas sicut ea, quæ vrunt, facit. LAPIS quo alij lapides in- ciduntur. Intelligit Smyridem: de quo cum scribat Serapion sub nomine Adamatis, multis occasionem errandi præstitit. ET sal bullitus cum oleo. Valet eodem modo ad lassitudines, & aquam inter catem, secundum Dioscor. & secundum Paulum, vt poda- gra caueatur. ET sal mixtus cum oleo, & melle de- let vestigia nigra. Dioscorides sugillata cum melle, & cum oleo, & aceto prope ignem inunctus, pruri- tum, impetiginem, & scabiem sedat. ET conferunt Synanchia. Dioscorides cum aceto, oleo, & melle. Et cum solo melle tostus, ad tonsillas, & aphthas: cum eodem melle, & farina, luxatus. Sacros ignes, & her- petas cum aceto, Multas quoque particulares vires habet, quas ex Dioscor. licet ediscere: & Plinio, qui demum ait, totis corporibus nihil esse vilius sale, & sole: & propterea cornea videri piscatorum corpora. Salire quoque ob eam causam mox natos infantes, & consueuisse antiquos, docent sacræ literæ & Galen- i ubet primo libro salubrium.

Salis infinite propemodum species sunt, quando ar- tificio chymice ex rebus omnibus vltis, atque in cinerem redactis sal eliciunt, unde, & sal alcali. His vulgatas tantum species enumerat, salem autem quem panis nuncupat, quo scilicet in edulijs vtimur, habemus non solum fossilem, & marinum, sed etiam fontanum. In Lauda patria nostra agro castrum Sancelumbani fer- tilissimo colli adiacet. hic excavato superioribus annis puteo salsa aqua prodijt, ex qua salem eliciunt: plures alibi fontes eius generis inueniri omnibus constat. Sed de hac re, & generatim de sale plura habes ex Doctiss. Georgio Agricola lib. 3. de natura fossilium, a nobis ve- ro non est hic locus, vt plura adducantur. Illud tantum commonendum putamus, quod & alij ante nos, salem Indum, quem Paulus lib. 2. salis colore, & mellis dul- core esse ait, quod etiam A. uic. lib. 4. esse candidum sac- carum, nec recte nisi per similitudinem salem nuncupa- ri, alterius enim generis est, quod & sapor, & ortus prodit.

De Baurach. Cap. XVII.

Baurach † aliud minerale, aliud artificia- le. Minerale † aliud Armenum, aliud Africanum, aliud Romanum, aliud Aegyptium. Armenum vero est lami- nosum albam habens permixtionem rubedi- nis, & aliquid purpureitatis, & est saltum mor- dicatium. Alia vero species in his proprietati- bus sunt remissiores, & debiliores. † Artificia- le autem sicut dicitur est spuma nitri, † quæ est alba, leuis, falsa, & mordicatius, & est aliud sicut artificiale, quod est flos parietum, & est sicut flos salis.

ELECTIO. Minerale est fortius artificiali, & Armenum est fortius Aegyptio, & Aegy- ptium Africano, & Romano, & melius ex eis est, quod habet proprietates 7. scilicet, quod est laminosum, quod est frangibile, quod habet in fracturis suis luciditatem, quod est leue, & spongiosum, quod est album, habens permix- tionem

COST.

Cap. 54. P. 1. c. 79.

ANT.

Mesue.

M

tionem

tionem rubedinis, & quod est falsum, & mordicatum, & ex artificiali melius est flos parietis, & quod est nitro fortius.

COMPLEXIO, & proprietas. Calidum est in principio tertij, & siccum in ipso, & est in ipso falsedo secundum plurimum, & de stypticitate aliquid, quare est conueniens sua absterio: est autem exiccatum, incisuum materieru erasfarum, resolutiuum, absteriuum, mundificatiuum.

RECTIFICATIO. Non est ex medicinis, quæ sunt sicut fundamentum in confectionibus, sed est sicut hic proxime de sale diximus.

POSSE. administratur in confectionibus, & medicinis, & clysteribus, & suppositorijs, & solutione educit phlegma crudum, & viscosum à partibus difficilis eradicationis eius, & administratur cum melle, & educit ipsum per vomitum, & confert dolori stomachi, et interficit vermes, et educit eos, et confert secundum omnem modum administrationis eius colicæ phlegmaticæ, et ventosæ, et proprie clystere ex eo cum aqua, et oleo rutaceo, vel aqua decoctionis rutæ, et confert emplastrum cum ficibus, et stercore mulæ, proprie hydropisi, et dolori splenis, et stomachi frigido.

De Nitro. Cap. XVII.

SYLV. Nitrum aliud minerale, aliud artificiale. Minerale immittit Armenia, Aphrica, Aegyptus, Roma. Optimum in his est laminosum, fragile in fracturis, lucidum, leue, spongiosum, ex rubro, et purpureo album, falsum, mordax: valentius Armenum Aegyptio, et id Aphrico, et Romano. Artificiale imbecillius naturali spuma nitri dicitur alba, leuis, falsa, mordax: Alterum artificiale, flos parietis, vel falsis dicitur, nitro valentius. Calidum innitio tertij gradus, siccum tertio, falsum maxima sui parte, subadstringens, terget, siccatur, incidit humores crassos, purgat etiam vomitu, præsertim cum melle, pituitam crudam, crassam, lentam, partibus valenter impactam, ob id colico affectui pituitoso, et flatulento prodest, vermes necat, et vacuat: Vsurpatur cum melle, et alijs sumptus, vel balano suppositus, vel clystere iniectus, præsertim ex rutæ decocto, et oleo rutaceo. Idem emplastro cum ficis, et stercore mulæ prodest hydropi, dolori splenis, et stomachi frigido. Medicamentorum basis non est, vt nec sal, ob id de hoc idem quod de sale statuendum est.

De Baurach.

MANA. Nitrum appellant Græci, & Latini, rem olim quotidiani vsus in balneis, & escis, nunc ferè incognitam. ALIUD minerale, aliud artificiale. Salnitrum nunc vocatum, quod ex terra paratur, incognitum antiquis (vt reor) fuit: vrinam & nunc esset, ad subitam tantam hominum necem, missilib. igne tormentis, quas Bombardas, vocant quæsitum. Alia arte olim suum in Aegypto parabant antiqui, quum ex Plin licet cognoscere: sed & ex quercu cremata, eodem authore. ALIUD Armenum. Apud Medos exiguum fiebat, ait Plin. quod vocabant Halmirha-

ga: minus in Thracia iuxta Philippos, quod appellabant agrion. opumum copiosumq; in Clytis Macedonia, quod vocabatur calastricum. ARTIFICIALE sicut dicitur est spuma Nitri. Res naturæ est nitri spuma, tenuissima videlicet pars non arte parata, vt ex Dioscor. & cæteris constat. QVÆ est alba lenis, & falsa. Optimum est Aphronitum. Dicit Diosc. quod sit leuissimum, crustaceum, ad frangendum facile, subpurpuerum, spumeum, & mordens. Plinius refert Lydium. Et melius ex eis est, quod habet proprietates septem. Diosc. in 3. laudat. scilicet vt sit leue, rosei coloris vel candidi foraminulentum, vt spongia: taleq; esse dicit, quod ex Bunis affertur. Addit Plin. quod sit purum, s. nceru, tenuissimum, & facile resoluatur. Videtur aut Mesue Aphronitri boni notas, his quæ sunt Nitri commiscere. ET mordicatum. id qd est adulteratum, pungere ait Plin. Calidum est in principio tertij. Auic. in fine secundi. Diosc. vires habent Nitrum, & Nitri spuma similes sali. Et de stypticitate aliquid. In Aphronitro adesse stypticum, negat Gal. Auic. in capitis initio stypticitatem Nitro, quod Baurach vocat, ait non esse: infra vero eodem capite, dicit in eo esse paucam stypticitatem. Est autem exiccatiuum, incisuum, & reliqua. Plin. calefacit, extenuat, mordet, spissat, siccatur, exulcerat, euocat, discutit. Confert secundum omnem modum administrationis colicæ Tritum cum Cymino, & potum ex aqua mulsa, vel sapa, vel aliquo ex his, quæ inflationes possunt discutere. valet strophis, id est torminibus, ait Diosc. & ante suspectas accessiones prodest inunctum. Et Plin. facere ad papulas, pustulas oculorum, cicatrice, et argemata, et vngues, ad dentium dolores, capitis animalia, lentes, aures purulentas, albas vitiligines. Multa quoque alia potest, quæ legenti Plinium, et Dioscoridem patebunt.

DE nitro de quo hic agitur, hæc semper digna animaduersione mihi sunt visa: idem ne sit nitrum, aphronitrum, aphrolitrum, spuma, nitri flos nitri, quibus vocibus Galen. vtitur; an diuersum, an antiquis notum fuerit nitrum, quod vsurpatur atate nostra, an nostra tempestate verum antiquorum nitrum reperiat, atq; an in medicina nostro nitro factitio vti liceat. Breuissime ergo, vt hæc expendamus, Nitrum quod Græci litron, à spuma nitri differre vox ipsa plane indicat, & ex Gal. colligere licet 4. de simpl. med. fac. & 9. quum de nitro agit, & ex Dioscoride lib. 5. & ex Paulo lib. 7. seorsum enim de nitro, & spuma nitri verba facit. At de aphronitro, & aphrolitro, de aphronitro item, & spuma nitri salis ambiguum est: quod aphronitrum, & aphrolitrum distinguere Gal. videtur 9. simpl. quum de aphrolitro agit, & aphronitrum item à nitri spuma differre idem Gal. 4. de simpl. med. facul. & Pau. lib. 7. palam facit, de aphronitro mox, & spuma nitri veluti diuersis rebus scribens, cui astipulari etiam Aetium dixeris, qui lib. 2. aphronitrum, hoc est, nitri spumam, & litri spumam inter se differre ait, quod litri spuma medicamentum magis exiccatorum sit, aspectu farina triticæ, simile; aphronitrum vero substantia non farinosa, sed compacta constet. Hæc igitur quum ita se habeant; nouimus nos in harum vocum explicatione intricari multos: paucis tamen enitendum vt ipsi ab hoc nodo extricemur. Nitrum, vt intelligere est ex Plinio lib. 31. cui acceptum deferendum est quicquid de nitro habemus, duplex fuit antiquis: naturale, & factitium. Naturale autem rursum duplex, alterum ex nitrosis aquis emergens, optimum candidum, purum, & sali proximum, calastricum nuncupatum; tale vero in Clytis Macedonia ortu docet copiosum, circa Cantis ortum in nitroso lactu, alterum ex nitrosa terra veluti efflore-

Auic. in fine secundi. Nitrum, & nitri spuma vires sali similes habent Diosc. Diuersi alia dist. & Plin. tribuant.

COST. aphronitrum, aphrolitrum, spuma, nitri flos nitri, quibus vocibus Galen. vtitur; an diuersum, an antiquis notum fuerit nitrum, quod vsurpatur atate nostra, an nostra tempestate verum antiquorum nitrum reperiat, atq; an in medicina nostro nitro factitio vti liceat. Breuissime ergo, vt hæc expendamus, Nitrum quod Græci litron, à spuma nitri differre vox ipsa plane indicat, & ex Gal. colligere licet 4. de simpl. med. fac. & 9. quum de nitro agit, & ex Dioscoride lib. 5. & ex Paulo lib. 7. seorsum enim de nitro, & spuma nitri verba facit.

Cap. 20. & 21. Cap. 18.

Cap. 18.

efflorescit; atque id apud Medos, sed exiguum, canescentibus fecitate conuallibus, halmirbaga vocatur: tale etiam in Thracia iuxta Philippos, sed minus, & terra sordidum, agrum iuxta Sylvestre appellatum. Erat, & salinum duplex: alterum ex quercu cremata, Plinij tempore emissum: alterum ex aquis in nitrarias eodem quo sal modo infusus, tale apud Aegyptio circa Naucratis, & Memphim constituebatur, influente in nitrarias, Nilo quum excederet, abundantius quidem ipsum, sed deterius: siccum namque erat, & lapidosum: quamquam ibi etiam nitrariae erant, & rufum exeret a colore terra, lapidescit vero hoc in acernis, ut ex eo etiam vasa fierent, quae sole inarescentia perficiebantur. Ex usum quoque nitrarij praeferentibus, sed nondum parentibus incidente rore, seu ut alij ex operimentorum sermone, quaedam veluti spuma emergebat tenuissima, & probatissima: at haec non nitri amplius, sed spuma nitri nomen subit, non factitia quidem ipsa, si utantur, non nisi incidente rore gignitur, id enim natura est opus: factitia vero etiam, quia ex nitrarij arte paratis: praesertimque, si, ut alij, putantur, operimenti causa, concepto veluti sermone gignebatur. Praeter haec nitri genera, proxima aetatis sua medicos testatur Plin. aphronitrum colligi in Asia, tradidisse, in speluncis mollibus, quas Calycas vocabant, distillans, quod sole siccaretur: optimum vero esse Lydium, minime scilicet ponderosum, & maxime friabile, colore penes purpureo, hoc Plinij tempore in patellis asseriebatur, quum Aegyptium nitrum in picatis vasis deferretur ne liquecere. Haec quum ita se habent, quo pacto propositis questionibus satisfactas patere potest. Ac primum quia, quod quaeritur de aphronitro aphronitro spumam nitri, & spumam nitri, quamquam si verborum vim spectes, haec voces idem prorsus significant: nitrum enim idem esse, quod nitrum, & aphronitrum quod aphrolitum: esseque has duas voces ex totis operibus, & ex spuma, & nitro compositas nullius ambigit: constat tamen ad diuersas res vocabula haec fecisse translata: erat enim spuma nitri, quae etiam flos nitri quandoque a Galeno vocatur, tenuissimum quiddam, ac lenissimum, atque adeo, quod Galeno ait, farinetritum a simile: partim quidem naturale, quod ex incidente in praegnantibus nitrariis rore fiebat; partim factitium, quod ex operimentis gignebatur, aphronitrum vero compactius, & crassius quiddam erat in speluncis mollibus distillans, atque a nitri spuma, & ortu, & consistentia diuersum: idem met, quod aphrolitum, quamuis simpliciter. Galeno ab aphronitro distinguere videatur, quod nusquam alibi: quamquam etiam non aphronitron hoc in Galeni loco, sed aphronitron elemento abraso legitur, noua voce atque inusitata. Sane vero est apud Galen. etiam praei aphronitri mentio, sed quale nam hoc esset, ex ipso quidem Galeno, aut alijs nondum obseruatum: sed Agricola 3. de natura fossilibus hoc ipsum ait fossile, durumque, ac densum lapidis instar, taleque esse nitrum, ex quo Venetijs boracem, id est chrysotholam consistunt, de qua re quae nos certi dicimus, non habemus. Illud iam habeo nunc ostendisse quo pacto haec voces, licet si ex non speciebus eadem; diuersa tamen significent. Quo in loco illud etiam non est praetercurandum, quum nitrum aphronitrum, & spuma nitri, ita ut diximus distinguantur, essentque diuersae res: venire tamen

A omnia sub nitri vocem veluti sub suum genus: sunt enim aphronitrum, & nitri spuma nitri species: salis vero agricolam atque doctissimum hic suspicor, arbitrium Dioscoridem, quam spumam nitri Lydiam praefert Aegyptia, Lydium aphronitrum eadem Aegyptiae spuma praetulisse: quamquam enim aphronitrum optinuit, ut ait Plinio in Lydia nascitur, non tamen quod illic nascitur, totum aphronitrum esse constat, neque aphronitrum fortasse nouit Dioscorid. alioqui non praetulisset aphronitrum Aegyptiae spuma, quum generatum nitri spuma, quia tenuissima, quum, & aphronitro, & nitro longe sit melior. In nitro enim ait Plin. optinuit, quod lenissimum, & ideo spuma melior. An vero, quod secundo loco proponebatur, nitrum, quo nunc utimur, antiquis notum fuerit; quamquam non ignoro magni nominis viros ignotum ipsi ipsum fuisse arbitrari: ex Plinio tamen, salis eos suspicor: neque enim halmirbaga, quod ex se aescensibus siccitate conuallibus, alia fuisse ipse video, quam saltem petra, quae Mes. hic nosse statem petra nuncupat, ex quo nunc recedo splendidum nitrum conficitur: meminit etiam de salicis excremata quercu Plinius, quo nunc quidem utimur. sed ex lotio hominum iumentorumque, immo ex terra plane ipsa corrasam quam merierint, nunc conficitur nitrum salis fossili candore, & splendore non inferius, amarum insuper, ac salsum, quod antiquis ignorasse suspicor; saltem petrae tamen nouisse eos puto, quod erat in controversia positum. De tertio autem problemate, an nostra aetate antiquorum nitrum uocetur, ne quid quum dicam de halmirbaga nobis, quam antiquis magis cognito; nitrum tamen ex Aegyptio quotidie Venetias, ficitur, quod qui perpendere factitium illud esse persuadetur, quod ex nitrarijs conficitur Plin. testabatur: naturale vero id, & callitricum ex nitroso macedoniae lacu emanans, neque ipse haecenus vidi, neque vidisse vltima intellexi, licet a Macedonia Italia non longe absit. An autem tale sit, quod Quacelbenus Matthiolo a Bizantio misit, an illud quoque factitium sit ex nitrarijs Aegypti, Matthiolum non signifi. ait, ut alioqui diligentissimus. Nitri spumam alio vidi apud Englebertum Germanum pharmacopaeum Venetis, substantia tenuissima, colore roseo, sapore amarissimo, ac etiam salso, visaque illa est mihi primo iustata per totam distendi linguam, ac intimas eius partes subire dicto etiam: unde is habuerit, non satis memoria habeo. Illud vero affirmet mihi Joan. Kreyher Pomeranus vniuersi. nitri neque in Pomerania tota adnasci putet, quos profudissimos habent, salnitri veluti cristas, frigidissimi quidem illius si degustes, ac tangas, colore autem cinereo, ac sapore amaro, & salso, quo ad puluerem tormentorum, ut nostri nostro salnitro utuntur: sed hoc quum ex his puteis dulces aquae emergant, halmirbaga nitrum esse arbitrator, quale etiam nostras, licet id veritate fortasse concreuerit, atque indueretur magis. In Africa commentarijs legere est in Deden monte Africa copiosissimum nasci nitrum: verum an id in speluncis montis illius concreuerit, atque ipsum sit aphronitrum, an vero fossile affirmare ex ea historia non possum. Quod superest, an vulgatum nitrum factitium nostras assumi queat sine noxa, (neque enim extra admoneri quidquam prohibet) ut penes diuam exploranda ratio, & explorandum experimentum. Ac ratio equidem doceat, si huius nitri saporem expendas, huius inquam factitij ex lotio, & sale petrae, tenuissimum ipsum esse partium, deteriorumque, ac diffusorium, ac propterea

M ij isdem

DE SIMPLICIBVS.

isdem quibus antiquorum nitrum viribus præstare. Experimento vero etiam didicimus, tum ex catapoyis Alexandri de nitro, nuncupatis, in quas passim hoc vitigatum facit, tum ex puluisculo, quo ad tormenta vitantur, quem constat, præsertim in castis ad coli cruciatibus frequenter sumi absque ulla noxa, multo autem vsu. Quo fit vt non prorsus temere hoc ipsam in medicina vsum etiam admitti putem, quanquam suaserim ego omnes vt Aegyptium, cuius non omnino penuria est, exquirant. Sed de propositis quaestionibus satis. Nunc autem vt ad Mesuen redeamus. A Culca illi obijcit Manard, collatis ex Dioscor. Plinio, & Galeno locis, quæ derogare huic hæc videantur. At primum quum hic spumam nitri artificialem esse offerit, obijcit ex Dioscor. esse naturalem. Quum eandem albam esse ait, obtrudit Dioscoridem, qui optimum dicit aphronitrum leuissimum esse, crustaceum, ad frangendum facile, subpurpureum, spumeum, & mordens; atque adeo alias illi notas ascribit, quam Mesues. Afferit deinceps optimi nitri signa Mes. quum ait, [& melius ex eis, &c.] quo in loco, ait Manard, aphronitri boni notas cum istis, quæ sunt nitri videtur commiscere. Adde quod idem inter eius nitri optimi indicia ponit, vt sit mordicans: At Plin. adulteratum pungere testatur, non quod syncerum. At item Mes. nitro inesse nonnihil astrictionis: At Galen. in aphronitro adesse stypticam negat. Hæc sere Manard, ne singula persequar momenti nullus. Quæ tamen facillime consulantur. Primum enim quod spuma nitri artificialis sit, ex istis, quæ supra attulimus, sensisse aliquos constat, qui scilicet non nisi operis nitri, & fermento, vt ait Plinius, operimentorum gigni illam putarunt: Sed istis tamen asferunt Mesuen non dixerim, qui ita ferri dicit, neque affirmat ipse, aut negat. Quum vero eandem nitri spumam albam offerit, subscriptorem Galenum habet 9. simplic. farine triticeæ comparantem. In eo vero etiam Manard fallitur, quod aphronitrum à spuma nitri non distinguit, atq; de aphronitro Dioscor. adducit testem, qui de eo nihil loquitur enim de nitri spuma. hanc vero albam reperiri, & usam non esse à ratione alienum, quando & nitrum, cuius hæc est (ita dixerim) flos, ex alijs nitri, & rufum, ex alijs album colligitur soli ratione, vt etiam confirmat Plin. Quod sequitur, an optimi aphronitri notas hic confundat cum istis, quæ sunt nitri; norunt qui vtriusque historiam expendunt. Mibi vero in nitro eadem à Dioscor. & Plinio videntur nota desiderari, quas offert Mes. Operat Dioscor. quod lene, colore candido, aut roseo, spongiosum: ac Plin. quod salis proximum, id est quod bitum, laminosum, & fragile, ac lucidum: quare hæc tenus ab alijs non discrepat, neque, vt ego video, quæ sunt aphronitri, nitro ascribit signa. Quod vero subiungit mordicare nitrum, ac salsum esse; si ob id fortasse à nitro Manard. abdicet, quia nullus id scribat; & quia adulteratum nitrum pungere Plin. testetur: at persuadendus spuma nitri exemplo, quam Diosc. mordicare ait. habere. n. nitri spumam qualitates à nitro non diuersas verisimile est, quando ea ex illius veluti semine emergit. Sed neque id negare Plin. dixerim: syncerum ille ait facile resolui, adulteratum pungere, atq; his verbis mordacitatem in syncero nitro momentaneam (salis certe est) in adulterato vero diuturnam inuenire ipsum existimo. Quod superest, an nitrum salsum sit, si alicuius testimonium Manard. velit; Serapio id ipsum affirmat, ne in pluribus conquirendis re-

Et sibus laborem, aliqui autem qui id neget nullum hæc tenus obseruant. Inferre ergo ex his licet, Mesuen veras nitri notas asserere, neq; considerare cum aphronitro. Quod autem postremo loco obijcitur, ex Galeno nullam aphronitro inesse astrictionem, qui sensum, & Galeni verba diligenter expendit, non discrepare à Galen. Mesuen confitebitur: amara omnia sunt, & nitrum, & aphronitrum, & spuma nitri, atque quæ amara sunt astrictionis habere nonnihil passim Galeus docet: sed hanc tamen, quæ in nitro, pro nihilo habebit cum Galeno, si eam deterforis eiusdem nitri qualitati conferas, aut etiam si compares soli, quod Galen. facit.

De Sarcocolla. Cap. XVIII.

Sarcocolla est gummi arboris, quæ est si- ANT. cut frutex, & est spinosa, cuius rami sunt nodosi, collecti ad arborem, & colligitur ex ea gummi, & est eius aliud album sicut thus, & aliud subcitrinum.

ELEC TIO. Fortius est subcitrinum albo, & quod est amarius melius.

COMPLEXIO, & proprietates. Calida est in secundo. Et eius siccitas est minor caliditate sua, & est inaturatus, & obsterfiva, & resolutiva, & aperitiua, & est in ea vitiosæ sigillatiua vulnerum, & conglutinatiua, & mundificatiua, & incarnatiua.

RECIFICATIO. Tardæ solutionis est, & debilis: & conturbat eum, in cuius stomacho dominatur cholera, quare oportet ne ei, in cuius stomacho dominatur caliditas, & in quo est cholera propinetur. Vigorat autem eius operationem zingib. & cordumeni. Confectio pilularum de sarcocolla, quas fecit Haly senex. R. sarcocollæ drac. iiii. turbit drach. iiii. interioris colocynthidis drac. j. s. zingib. tantundem, salis gemmæ drach. j. Dissolue sarcocollam in aqua rosata, & confice, & fac pilulas. Sunt enim mirabiles ad ea, quæ dicemus. Nutritur autem sarcocolla in lacte asinæ, omni die lac infundendo super eam in scutella vitrea per quinque dies. Est etiam medicamen bonum agritudinum oculorum.

POSSE. Solutione educit phlegma cridum, & humores crassos, et proprie quod est in iuncturis, et anchis, et mundificat cerebrum, et neruos, et pulmonem. et confert tussi, et asthma, et est ex rebus conferentibus senibus, et proprie phlegmaticis. Vtustamen eius generat caluicium. Inquit Dioscorides. Vtustamen eius impinguat corpus, et augmentum efficit in spermate. Et ipsa est medicina sublimis ophthalmiæ, et lippitudini, et proprie nutrita sicut diximus. Et confert vlcerebus putridis in aure, et saniosis, et proprie lychino inuncto in mellificato, et inuoluto in puluere eius, et posito in aure, est virtuosa ad illud, et est medicina sublimis omnium vulnerum recentium, et putridorum antiquorum, et mundificat ea; et generat carnem in ipsis, et consolidat. Et hæc est proprie virtus.

DOSIS eius est à drach. j. vsque ad ij.

De

SYLV

MANA

COST. Cap. 14.

De Sarcocolla. Cap. XVIII.

SYLV. Sarcocolla est arboris fruticosæ, spinosæ, ramis nodosis arbori appressis, gummi album, thuris modo, vel pallidum, idque amarius, & ob id valentius. Calfacit ordine secundo, siccat minus, coquit, terget, aperit, digerit, vulnera etiam vetera putrida terget, carne implet, glutinat, [vnde illi nomen.] Purgat pituitam crudam, & humores alios crassos, præcipue à cerebri, o, neruis, iuncturis, vt ichio, pulmonibus. Ob id senibus pituitosis, asthmaticis, tuffientibus prodest, sed caluitium accersit, corpus impinguat, sperma auget Diosc. Ophthalmiam, & lippitudinem, & alios oculorum morbos, mire iuuat nutrita in vase vitreo dies 5. in laete asinæ, nouo quotidie affuso. Aurium vlceri putrio, & sanioso vtiliter imponitur linamētum multa merum, & puluere huius inspersum. Datur cum zingibere, & cardamomo, vt citius, & valentius agat: vel his cataponijs Haly senis: sarcocolle drach. iij. turbith drach. iij. medulle colocynthidis, zingiberis, ana drach. j. & s. salis gemmæ drach. j. sarcocolla in aqua rosarum soluta, fiant pilulæ in dicta opera efficacissimæ. Ventriculo calido, & bilioso est nocentissima sarcocolla: ob id vitanda picrocholis est, alijs datur à drach. j. ad drach. ij.

De Sarcocolla.

MANA. Nomen inuenit apud Græcos, & seruaui apud Latinos, ex eo quod carnes glutinat. Est autem gummi arboris eiusdem nominis in Perside nascentis. **FOR TIVS** est subcitrinum albo. Dioscorides colore esse ait subrufo. Pinius candidam meliorem esse dicit, quam rufam, & vetustate nigrescere. **CALIDA** in secundo Galenus non meminit, in quo ordine calefaciat, sed ex his, quæ dicit innui videtur, non esse adeo calidam: mixtam enim habere dicit vim ex emplastica quadam substantia, & exigua amaritudine, & propterea sine morfu exicare, ac vulnera glutinare. Plin. cum quadam acrimonia esse dulcem dicit, & Diosc. subamarum: quæ qualitates non valde calere ostendunt. **SOLVTIONE** educit phlegma. Inuentum hoc Arabum. Græci enim ea non nisi extrorsum utebantur. An vero purget, & si purgat, quo modo id faciat, cum expertus non sim, dicere non audeo. **INQVIT** Dioscorides, vsus eius impinguat corpora. Non hoc Diosc. nec video quo pacto non pugnet cum his, quæ dicta sunt: si enim purgat, & stomachum, vt dixit, turbat, quomodo pinguescere facit corpora, & semen auget? nisi humores purgare, forte dixerit, qui nutiri corpus prohibebat. Sed quare alia, quæ purgant, non idem possunt? quod tamen alteri pharmaco non adscribis. **EST** medicina sublimis ophthalmiæ. Experientia ipsa sæpius cognoui eius iuuamen in ophthalmia discutienda. Dioscorides dixit quod oculorum sistit fluxiones, & Plin. quod cum vino sistit fluxiones. Sane tamen hoc intelligendum, præsertim in oculorum inflammationibus: non enim ab initio fluxionum ea vitendum, sed vbi iam discutiendi surgit intentio.

COST. Sarcocolla nullus Græcorum soluendi ascripsit vires, sed inuentum, et hoc Arabum est, vt multa alia, hoc ipsum nouit, & Auic. vt videre est 2. Canon. Quælis autem sarcocolla deligenda sit, quum Plin. lib. 24. albam præferat, Mesues subcitrinam: non facile est in-

A dicere. si tamen Dioscoridi præferenda est fides, quum is rufum huic colorem ascribat, Mesua credendum potius erit ad Dioscoridis sententiam proprius accedenti, quam Plinio. An vero in depressiori calidorum ordine, quam secundus est, reponenda veniat sarcocolla, vt Manard. vellet; ex sapore explorandum erit, & ex effectis. ex Galeni autem verbis id non video elici, quod Manar. ait. quando, quod sine morfu desiccat, & vniuersa agglutinet, leni, & emplastica, qua ea constat, substantia, videtur referendum, non calori imbecillo; alioqui etiam, quum acrimonia huic quædam insit, vt Plin. ait; vt aperte calefaciat (quod faciunt secundo ordine calida) necesse erit. Sed si etiam Manardo assentiaris, exigui res est momenti, potesq; Mesua verba de secundi ordinis initio intelligere, & litem sedare. Illud autem his prætermittis, nunc perpendamus, si sarcocolla purgatoriam vim habet, qui fieri possit, vt eius vsus semen augeat, & pinguiora reddat corpora, quod hic scribit. Sane fieri aiunt nonnulli, vt huius vsu pinguescat corpus, quia succos vnit, & agglutinat: atque vt semen, eadem augeat, quia pituitam calefaciens in sanguinem, atque adeo feminis materiam ipsam vertit. alij vtunq; horum ob id fieri putant, quia humores expurgat, qui ali corpus prohibebant. Ceterum quum alia multa agglutinatoria, & calefactoria vi præsentent a que, vt sarcocolla, quum alia itidem humores noxios educant, à quibus prohiberi corporis nutritio potest: quæ tamen huiusmodi vires non habent; frivola etiam huiusmodi cause videntur. Fortasse autem, quod & alij dicunt, inest huic medicamento peculiare aliquid, cuius gratia, & ventriculus firmari, & in eo coqui facilius, & saliculus alimenta possint, id quod ad sanguinis, & feminis incrementum, & corporis obesitatem plurimum facit: aut etiam ascribuntur hæc sarcocollæ vires, non quia vere hæc præstet, sed quod aliorum medicamentorum comparatione minus corpora attenuet ab lentore, cuius vi minor spirituum diffusio in expurgando fiat: excitat etiam forte viscidiores status, quod in causa est, vt venis appetentia adueniat, atque ob id augendi feminis facultas illi quamuis improprie ascribitur.

De Sagapeno. Cap. XIX.

Sagapenum est gummi alhasce hundeg, **ANT.** & est arbor similis oleandro montano.

ELECTIO. Melius est cuius color est inter subrubeum, & subalbidum, & quod habet odorem porrorum, & quod est facile resolubile in aqua, & quod est clarum cum spissa substantia: & quod ex eo est leuius est melius, & quod non est in vehementia odoris asinæ, nec habet odorem chalbanii. Ipsum enim est sic adulteratum.

COMPLEXIO, & proprietates. Minus est siccum, quam calidum, & eius caliditas est in tertio. Siccitas vero est in secundo, & in ipso est amaritudo cum acuitate, sicut acuitas porrorum. Et est compositum ex substantia subtili ignea, & terrea. Sed substantia subtilis est dominans, et est resolutiuum, carminatiuum, ventositatium, crassarum subtiliatiuum, extenuatiuum, solutiuum, et prouocatiuum.

RECTIFICATIO. Nocet stomacho, et hepatis. Verum tollunt nocumenta eius aliquæ ex medicinis stypticis habentes, sicut manna.

M iij flux

DE SIMPLICIBVS.

stix proprie, & spica. Enula quoque sigillat ei proprietatem mirabilem ad ea, quae oportet. Et narravit Mel. modos preparationis eius duos satis bonos. Primus pertoretur colocynthis, & abijciantur grana eius tantum, & impleatur aqua cum pauca spica, & mallice, & bulliat in cinere calido usque ad consumptionem tertiae ipsius. Deinde nutriatur sagapenum cum hac aqua semper, aut modicum infundendo usque dum pinguescat. Deinde excicetur, & fiant trochisci, sunt enim vltimi ad agritudines iuncturarum, & aquam citrinam. Et alius modus est proximus huic, & fit permutatio ab aqua colocynthis ad aquam myrobalanorum tantum. Modus alius ex inuentione nostra. Accipe succi enulae sicut est, vnc. 17. & infunde in ea spicae, & mastice. ana drachm. 3. & bulliant usque ad consumptionem medietatis, & post illud coletur, & nutriatur sagapenum cum eo, sicut diximus. Nutritur etiam propter agritudines oculorum cum succo ruta, aut foeniculi, & aliquo ex fellibus, & proprie aurum rapacium, & fit medicamen sublimis ad ea, quae oportet.

P O S S E. † Solutione educit humores viscosos, & phlegma crassum, & aquam citrinam, & eius proprietas est mundificare cerebrum, & neruos, & educere materias eorum, † & confert agritudinibus eorum frigidis, & proprie secundum omnem modum administrationis ipsius: quae sunt dolor capitis antiquus, & hemiparanea difficilis, & epilepsia, & vertigo, & paralysis, & tortura, & tremor. Et fit linimentum ex eo, & succo ruta, & aceto, & confert similiter agritudinibus nunc dictis, & contritioni laceratorum. Et est ex rebus valde bonis ad mundificandum materias, quae sunt in pectore, & proprie nutritum cum aqua ruta, aut cum aqua enulae proprie, & confert dolori eius bibulum, & linitum dolori laterum, & tussi antiquae, & difficultati anhelitus, & est ex medicinis magnis hydropici. Extrahit enim aquam citrinam, & proprie cum duplo ponderis eius ex myrobalanis citrinis: & modi nutritionis eius praedicti sunt ad hoc mirabiles, & confert duritiei splenis, & resoluit inflationem eius sumptum in potu, & superlinitum cum succo capparis, & aceto, & resoluit serophulas, & durities, & nodositates membrorum, & nutritum cum succo ruta, & fellibus sicut diximus † confert obscuritati visus. Et est medicina magna descensui aquae ad oculum, & proprie alcohol factum ex eo. Et linitur cum aceto super ordeolum, & delet ipsum, & confert secundum omnem modum administrationis eius doloribus iuncturarum, & est potens in eradicando materias eorum: ita quod ex anchis, & profundis iuncturis, & clysterizatum valere similiter, & bibitum, & clysterizatum confert colicae frigidae, & ventosae, & dolori ventris, † & bibitum, & suppositum † prouocat menstrua, & interficit foetum, & confert dolori matricis, † & praefocationi ipsius.

D O S I S. eius est a drach. s. usque ad aur. i.

De Sagapeno. Cap. XIX.

S Agapenū est liquor fructus ferulacei oleandri montano similis: bonum quidem, colore ex albo rubrante, odore porri, substantia casta, sed in aqua facile solubili: leue, improbum vero notis his delinitum, ac praeterea odore sylij perlici visoso (affam foetidam vocant) aut galbani, quo est adulteratum. Calidum ordine tertio, siccum secundo, amarum, & porri modo acre, substantia tenuis, & ignea plus, quam terrea complexum. Purgat pituitam crassam, & alios humores lentos, & aquas a ventriculo, intestinis, cerebro, nervis, thorace, pulmone, iuncturis etiam longinquis, & profundis. Morbis harum partium, & aliam frigidis inde natis succurrit, quoniam modo usurpatum, ut cephalalgiae antiquae, hemiparaneae cotinuae, epilepsiae, paralysis, vertiginis, spasmus cynico, tremori, dolori ventriculi, aut coli pituitoso, aut flatulento, cum succo ruta, & aceto dictis partibus illitum, & attritis musculis, vel eum liquore idoneo sumptum, & clystere injectum: cum aqua ruta vero, aut helenij nutritum, & potum, crassa, & lenta ex pulmonibus, & thorace, & potenter educit. Illitum quoque tussi antiquae difficultati spirandi, dolori laterum prodest. Cum duplo item myrobalanorum citrearum in hydropse aquas serosas mire extrahit. Splenis quoque duritiam, & inflationem dissipat potum, & cum succo capparis, & aceto illitum, item chydas, nodos, & alios tumores duros. Nutritum quoque cum succo ruta, aut foeniculi, & felle alicuius rapacis, visum, clariorem reddit. Fluxione in oculo praecipue factum ab ea cohors sanat, hordeolum ex aceto illitum delet. Menfes quoque potum, & suppositum euocat, toetum necati dolori vteri, & praefocationi prodest, quoniam tenuat, resoluit, dissipat, prouocat, soluit. Quod autem ventriculo, & hepati noceat, cum stypticis, mastiche, spica, & similibus sumitur, cum enula quoque proprietate quadam mira perficit. Si colocynthis seminibus tantum abiectis, aqua cum pauca spica, & mastiche impleta sub cinere calido ad tertiae partis consumptionem coquatur, & hac aqua paulatim saepe affusa nutriantur sagapenum, ex coque siccatum trochisci fiat, magnarum sunt virium ad iuncturarum affectus, & aquas serosas vacuandas. Potest nutri aqua macerationis myrobalanorum citrearum, vel succi enulae non purgati vnc. 17. cum mastiche, & spica nardi, ana drachm. 3. c. c. et bis ad dimidij consumptionem, & colatis. Datur a drachm. semisse ad drachm. i.

De Sagapeno.

S Agapenū Graeci & Latini vocant: sunt & qui Scopenium. Ferulaceae plantae succus est, in Media nascens: vel potius planta ipsa, ut tradit Galen. Sed quia inutilis alioqui planta est, ideo succo ipsi nomen reliquit. Et est arbor similis oleandri. Simile Panaci scribit Gal. in li. de antidotis. MELIVS est, cuius color

SYLV.

Sagapenum
arbor
panaci
in antidot.
epitomae
spicula
in c. 17.
alluere
re. m. d. c.

COST.

ANT

MANA

lor inter subbreum, & subalbidum, & reliqua.) Ex cellit teste Dioscoride splendidum, exterius rufum, interius album, gustu acre. QVOD habet odorem porrorum. Nescio, vbi Mesue olfecerit, praesertim cum ipsemet scribat paulo posterius haec verba. ET quod non est in vehementia odoris asae, nec habet odorem Galbani. Quae verba licet non bene, ex Dioscoride accepta sunt, scribente, odore esse medio inter Silphium, & Chalbani. Nec mirum est si odorem habet Chalbani, quum adeo propinque naturae sint, ut Chalbani mutetur in Sagapenum, sicut scribit Gal. eodem de antidoti libro ET, quod est facile resolubile in aqua. Verum Sagapenum ibidem scribit Gal. aqua infusum, aut vino, statim dissolui. ET eius caliditas est in tertio. Galenus dicit calidum, & tenuium partium, sicut alij opti, id est succi: nec dicit in quo ordine: sed cum dicat Chalbancum esse calidum in fine secundi: vel principio tertij, id de hoc pariter sentiendum. EST resolutum. Galenus tenuium esse partium, & habere mores viscosos. Inuentum, & hoc Arabum in omnino purgatoriam ei vim adscribunt Graeci. Purgatiuam vim eum dico, per infertorem ventrem intelligo: scribit siquidem Dioscor. quod crassos humores ex pulmone expurgat. ET confert agriudinis eorum, scilicet cerebri, & neruorum. Confert opisthoronici scribit Dioscorides, id est rigori, quo caput ad scapulas trahitur: ad rupta quoque, & conuulsa. BIBITVM prouocat menstrua. Cum aqua dulci, scribit Dioscor. ET praefocatori matricis. Si cum aceto illud mulier odoretur, ait Dioscor. CONFERT obscuritatem visus. Cicatrices quoque oculorum secundum Galenum attenuat, & expurgat. Dimittit autem Mesue vim quae praecipue excellit, in his quos serpentes mordiderint.

COST. **A**rabum, & hoc inuentum est, quod Sagapenum purgatrice vi sit praeditum: neque id Graecorum vllus animaduertit. In eius electione quum Avicenna. 2. Can. seu eius potius interpretis praeserat, quod interius album, & foris subrubrum est: praesertendum tamen est, quod extra rufum intus autem album, ut docet Dioscor. Atque in hoc certe Mesue porri odorem desiderat, de qua re alij ne verbum quidem: sed astipulari huic sensum dices, si ore paululum detinueris, quod, & Brasia, ante nos scribit, quamuis allium ferè verius redoleat, quam porrum. At vero, quum Sagapenum ferulacea planta gummi esse Dioscor. aserat, quam Galenus pannaeci similem esse ait. 1. de antid. Mesue autem ex arbore oleandrum montanum amulante prodire scribat: nondum tamen qualis ea planta sit, arbor ne, an herba, certo scimus, iconem autem, quam appingunt nonnulli à persis, ut auunt, mercatore acceptam, suspexit, & pro scilicet à peritoribus habitam intelligimus.

De Euphorbio. Cap. XX.

ANT. **E**vphorbium est gummi, & excedens omnia genera gummi in calefaciendo, & subtilizando. Est enim ex rubificantibus, & exiccantibus: & est ex arbore desertorum locorum hispidorum: cuius folia in primis cum eleuantur sunt sicut lanugines, deinde cadunt, & nascuntur folia similia polo marino.

ELECTIO. Melius est leue frangibile habens colorem palcarem, & clarum, & quod est vehementis acedinis, & odoris valde acuti, & quod est recens, super quod iam praetertijt annus. Recens vero anni sui, est sicut venenum, & ignis. Et est ex gummis, quae dissoluantur in o-

leo, & proprie quod est recens. Antiquum vero fortassis non dissoluitur.

COMPLEXIO, & proprietates. Calidum est, & siccum in quarto: & est calidius, & subtilius omni eo, quod calefacit ex gummis: & est in eo virtus acquisitionem faciens, & rubificationem, & est penetratiuum, absterfium, excoriantium, & est ex facientibus operationem cum labore, & angustia vehementi producente ad syncopim, & sudorem frigidum.

RECTIFICATIO. Est inimicum hepati, & stomacho propter vehementiam virtutis suae, quoniam est acutum vehementer, ferrosus, & inflammabile. oportet ergo virtutem eius frangere, & proprie cum rebus obtundentibus acumen eius, & extinguentibus inflammationem, & acquirentibus ei lubricitatem: & oportet, ut sit earum quantitas multa veliens, & tenges superficie eius: & oportet, ut non multum toratur. Dixit Alkanzi. Accipiantur frusta citri, & sepeliatur grana eius prius inuoluta in oleo amygd. in acetositate ipsius, deinde inuolantur pasta, & decoquantur, rectificatur autem ex hac arte, & remouetur acumen eius. Modus alius virtutem eius frangens sicut narrat Hammech. Inuoluantur in oleo amygdal. deinde sepeliatur in succo liquiritiae, aut tereniabini dissoluta, aut in aliquo ex robur dissolutis stupricis, & sit eorum quantitas multa, & fiant ex eis pilulae, & propinetur vbi oportet. Et dixit Humain. Propinetur cum aqua mellis, & aliquibus speciebus alexandriae. Maltia autem, & spica sunt ex rectificatibus communibus emendantibus quaecumque ex acuitate medicinarum timentur. Auenciam, autem eius expellunt medicinae lubricatiuae, & extinctiuae sicut est aqua hordei, proprie cum oleo amygd. & fiat exhibitio post exhibitionem frequens.

POSSE. Solutione educit phlegma viscosum, & crassum à locis profundis corporis, mundificans iuncturarum vacuitatem ab humoribus crassis difficilis eradicationis. Nec est ei res similis ad hoc, & est ex rebus mundificantibus neruos, & consumentibus humiditates imbibitas in eis. Et dissoluitur in oleo de cheiri, & iungitur cum eo, & confert agriudinis neruorum frigidis, sicut est paralytis, et stupor, et tremor, & tortura, & spasmus, & est res mirabilis ad illud. Et inungitur super hepar, & splenem, & confert doloribus eorum frigidis, & ventosis, & fricatur puluis eius super morpheam cum aceto fricatione forti, & delet eam. Et sumptum in potu secundum modum emendationis eius, est medicina magna doloribus nodosis, quae cadunt, & veniunt per iuncturas, & est ex rebus, quae faciunt sternutationem cum fortitudine: & est medicina bona lethargo, obliuioni, & proprie inunctio ex eo, cum oleo de spica in occipito. Et est ex medicinis educentibus aquam citrinam. Et dixit Diosc. Aurens vnus ex eo interficit.

DOSIS eius est à chirat 1. vsque ad 3. Conseruatur autem quadriennio. Recens autem anni sui est perniciosum. Is autem, qui sumit ipsum timeat frigus. Conseruatur autem ne cito fenescat, in milio, vel fabis, vel lentibus.

De

DE SIMPLICIBVS.

De Euphorbio. Cap. XX.

SYLV. Euphorbium liquor est arboris in deserto frequentis, hispide, folijs item prioribus hirsutis, quibus delapsis succedunt alia polio marino similia. Id esse debet lene, fragile, clarum, colore pallido, acerrimum sapore, & odore: recens, & annorum est venenosum, igneum calidum sicū ordine quarto, omnium lachrymarum calidiss. tenuiss. vrit, rubrificat, vlcerat, penetrat, terget, tam violenter agit, vt præ angustia, & labore syncopen, & sudorem frigidum accersat. Purgat autem præter cætera pituitam crassam, & lentam, quantumvis impactam etiam à neruis, & iuncturis remotis, & profundis sumptum, sed vt mox dicam, emendatū. Idem ex oleo leucoij lutei solutū, affectibus nervorū frigidis, paralyti, stupori, tremori, spasmo, spasmo cynico, nodis, illitu mire conducit, hepatis quoque, ac lienis tumoribus, & dolori ab intemperie frigida, & flatu, & ei, qui per iuncturas, & partes alias turget, occurrit. Pulvis eius ex aceto alphis valenter affricus eos delet, idem sternutamentum valentissime ciet. Cum oleo de spica illitum occipiti, lethargicæ obliuioni prodest, aquas quoq; vacuat. Ventriculo, & hepati nocet suæ actionis vehementia, ob id parū tenuiter est terendum, & miscendum acrimoniam obtundentibus, calorem flammeum extinguentibus, lubricantibus, & horum omnium tanta copia, vt superficies eius vndique regatur, & vestiatur. Alkanzi quoque euphorbij grana oleo amygdalino inuoluta mergit mali citrei diuisi succo accido; & malum maza circumdatū coquit. Sic obtusa acrimonia fit innocentius, vel oleo amygdalino inuoluta, deinde cū succo glycyrrhizæ, vel manna, vel sapa ex larga stypticorū copia soluto, in catapotia formentur danda quibus opus est. Humain quoque euphorbium propinat cum mulsā, & aromatibus quibusdā & mastiche, spica, communibus aliorum medicamentorum valētium epiceraisticis. Aqua hordei autem, & alia lubricantia cum oleo amygd. sæpe post euphorbium potanda, vt calorem extinguant, & leniendo celeriter ex corpore deturbent. Aureo vno sumptum neceat Dioscor. Datur à siliqua vna ad siliquas tres, quo sumpto frigus vitandum est. Anno primo est venenosum, ad annum vique quartum est validum, præsertim cum milio, vel lentibus, vel fabis seruatur.

*Splendidi vti
serocolla
are emi ma
gnitudo vi
tro in vtri
bus vni col
leto præfert
Diosc. Plin.
lactem Gal.
virescunt
vires flavum
scribit esse.
Si cum oleo
rara potione
bibatur ista
di medetur
Diosc.*

*Euphorbium
cum mastiche
& tragacantho
collium in
pane dedit in
marcho Italico
Munardus
& sine mani
fella nava
sunt.*

*Ad in Diosc.
non legi. sed
drachm. 7. ne
care scribunt.
Rhat. 1. Ser
vop. 1. Ad.*

De Euphorbio.

MANA. Euphorbion græcæ, & latine dicitur: apud quosdā Græcos Euphorbium, arbor est secundum Dioscoridem, secundum Plin. herba, secundū vtrunque ferulacea. Plin. folijs acanthinis, in monte Athlante Dioscorides monte Tmolo Mauritanie, opo plena acerrimo. EXCEDENS omni genera gummi. Non inter gummi, sed inter opos reponit Gal. Diosc. abundare dicit Euphorbium arborem opo acerrimo, ad eo, vt sine metu colligi non possit. EST ex arbore desertorum locorum. Nec apud Græcorum, nec apud Arabum quemquam legi, qualis sit hæc planta. Plin. tantum folijs esse acanthinis Euphorbium, & à Iuba

E rege inuentum, ac nomine sui medici Euphorbium vocatum. Fuit enim Euphorbus medicus Iube, & frater Antonij Musæ. MELIVS est lene, frangibile.) Eligendum secundum Diosc. id quod splendidum est, & acre: esse enim eius duo genera, alterum splendidum, vt Sarcocolla, Erui magnitudine: alterum quod in auium ventribus colligitur, vitreo colore. Plin. lacteū succum commendat, & habere dicit thuris effigiem: adulterari hēdino lacte, sed discerni igne: quoniam id quod syncerum non est, fastidiendum odorem habet. Diosc. adulterari Sarcocolla, & glutino. Gal. lib. 2. de medic. com. secundum loca circa finem, id quod recens est, albissimum esse. antiquius ad flauius verge re. AD VSTIONEN faciens.) Galenus causticæ esse virtutis dicit, & tenuium partium. DIXIT. Alchāzi.) Iussi aliquando, vt in pane coqueretur, ad dens masticem, & gummi ex Tragacantha, eoque vsus sum in Gallicis artuum doloribus, & sine manifesto nocumēto iuuit. ET dixit Humain. Dioscorides cum melle absolute, Paulus cū melle cocto præbet. EDVCIT phlegma viscosum. Paulus simpliciter pituitam. A locis profundis corporis. Si cum odorata portione bibatur, coxendicis doloribus mederi scribit Diosc. EST ex medicinis educentibus aquam.) Paulus educere magis aquam, quam pituitam dicit, datque ad hunc effectum siliquas 3. vel 7. ET dixit Diosc. aureus vnus ex eo interficit.) Nō hoc dixit Diosc. sed Paulus, quidem dat drachmam j. cum melle cocto, ad pituitam, & aquam educendam. Rasis, Serapion, & Auic. dicunt tres drachmas interficere. Discutit etiam suffusiones, & squammas ossium resoluit secundū Dioscor. DOSIS eius est Chirat. i. vsque ad tres.) Ad dra. vsq; accedit Diosc. vt superius diximus. Auicenna dat tres analofat, id est obolos. Serapion duas, secundo practicæ excedit aureum.

SYLV. Euphorbium liquor ferulacæ arboris Diosc. herba folijs acanthinis in monte Athlante. Plin. in Tmolo Mauritanie. Dioscorides à Iuba rege inuentum, ab Euphorbo suo Medico Antonij Musæ fratre, vocatū. Paulus dat siliquas quinque, vel septē: immo dr. i. cum melle cocto, ad pituitā, & aquā educendam, ad drach. i. accedit Diosc. Auic. tres obolos. Serapion duos. Cætera de hoc, & alijs ex nostris simplicibus locupletare potes.

COST. EX quālinam planta Euphorbium prodeat dissentiūt inter se herbaria historiae professores, atque alij arborem esse aiunt, quod & Diosc. & Mes. alij herbam, quod Plin. Hic autem quom ostendant nonnulli imaginem quandam arboris, à Sarraceno, aiunt, mercatore ex Africa allatam; persuadent tamen nos Africa commentaria mercatori huic non esse præstandam fidem. Legere equidem in his est euphorbij plantam spinosam esse (hoc vero, & Gal. 9. de comp. med. per loca, & Plin. lib. 25. qui acanthi folia illi ascribit) sylvestri cinara similem, ex cuius radice numerosi fructus viridi colore, cucumerum facie prodeant, sed longiores. hos autem vbi maturuerint punctim aperiri, & lacteum, ac lētum liquorem extrahere, qui cultello exceptus in vtre condatur. Porro licet euphorbio purgandi inesse vires, neq; Diosc. neq; Gal. norit; norunt tamen, & Aetius, & Aetharius.

De Opopanace. Cap. XXI.

ANT. Opopanax est gummi plantæ similis ferulæ cuius stipes eleuatur super terram circiter cubitum vnum, vel duos, & folia eius sunt minora folijs ferulæ. Et eius thyrsus est palcaris in colore, &

DE SIMPLICIBVS

re, & eleuantur super eum flores odoris boni, coloris auri, & sunt ꝑ secundum semiram florum anethi. ꝑ et faciunt cultores eius incisiones paruas inter radicem, & eleuationem thyrsi eius cititer palmum medium, ꝑ & egreditur humiditas aurea, quæ coagulatur, & fit opopanax.

ELECTIO. ꝑ Melius ex eo est, quod est citrinum extra, & subalbidum intus, ꝑ & quod est amarum, & quod facile frangitur, & facile dissoluitur in aqua: ꝑ & quod est odoris boni proprii. Et sunt ex hominibus, qui adulterant ipsum cum ammoniaco proprie, super colorando grana minuta ex eo: ꝑ sed odor, & albedo fracturæ de occultant fallaciam. Et melior pars plantæ eius est gummy eius, & radix ipsius.

COMPLEXIO, & proprietates. ꝑ Calidum est, & siccum in tertio, & radix eius est in secundo, ꝑ & est resolutiuum, carminatiuum in ventositate, crassatum, & subulatiuum, leuitiuum, mundificatiuum, & absterliuum, & similiter radix ipsius.

RECTIFICATIO. Nocet stomacho faciens sitim. Et est operationis tarda. De rectificatione autem fac, quod in sagapeno diximus.

POSSE. Solutione educit phlegma crassum, & viscosum à partibus remotis, & iuncturis proprie; mundificat cerebrum, & neruos, & confert ag. in d. in visib. eorum frigidis: & est ex rebus addentibus in visu proprie, secundum omnem modum administrationis ipsius, & mundificat pectus, ꝑ & confert tussi antiquæ, & difficultati anhelitus, similiter, & radix eius. Et fit emplastrum ex eo, & succo apij, & aceto bono super splenem resoluens duritiem eius. Et dixit quidam, Ponitur pars aliqua ex eo in musto, & administratur post tres menses, & confert hydropis, & magnitudini splenis. ꝑ Et emplastratur super nodositates membrorum, & super scrophulas, & resoluit eas. Et colluitur os cum aceto decoctionis ipsius, & confert dolori dentium, & corrosioni eorum, & bibitur cum aqua mellis calida, ꝑ & confert guttationi vrinæ, & prouocat ipsam, & menstrua, ꝑ & facit abortum. Et est medicamen bonum ꝑ præfocacioni matricis, & ag. in d. in visib. ipsius frigidis. & est medicina magna doloribus iuncturarum, & podagræ, & dolori genuum, & fortis ꝑ ischiaticæ, & proprie secundum omnem modum administrationis ipsius, etiam linitu, & emplastratum, & proprie cum succo caulis, & melle, & sale pauco. Et est ex medicinis bonis expertorum iuuamentorum ꝑ vulneribus antiquis, & putridis, & eis, quæ sunt difficilis cõsolidationis. Facit enim in eis nasci carnem, ꝑ vellit ossa nuda, & est ei proprietates in hoc. Et narravit Ebgezar, quod si ex eo, & medio ponderis ipsius, & rasura ꝑ ani antiqui subtilis, mundi, & vino, & melle, & oleo rosaceo, fiat vnguentum sic terendo in mortario, nunc oleum, nunc vinum infundendo, illud sit mirabile ad implenda vulnera carne, & proprie in quibus videtur difficilis incarnatio. Et posteriores addiderunt ex lithargyrio, & aloe, & myrrha, & sarcocolla, sicut ana quartâ partem quantitatis opopanaci, & sit medicamen mirabile sanans fistulas, & vlcera fraudulenta. Et est

medicamen expertum rigori febrium, & proprie bibitur cum aceto ante horam paroxysmi, & linitum in spina dorsi dissolutum cum succo apij, & oleo anethino.

DOSSIS. eius à drach. j. vique ad ij.

De Opopanace. Cap. XXI.

Opopanax est liquor plantæ similis ferulæ, caule cubitali, vel bicubitali pallido, folijs ferulæ, sed minoribus, floribus anethi modo in umbella dispositis, odoris, flauis. Secto autem caule digitis duobus, aut circiter supra radicem liquor effluit flauus, qui coagulatus est opopanax optimus, si intus albus est, foris flauus, amarus, fragilis, in aqua mox solubilis, odoris boni, sed sui adulterant hammoniaco, in teetis, scilicet ex ipso granis opopanace vero. Dolium prodit odor, & albedo in fracturis. Radice etiam planta hæc utilis est, calida sicca tantum ordine secundo, tertio autem opopanax. vtrunque terget, digerit, tenuat, flatus dissipat crassos, lenit, expurgat. Purgat pituitam crassam, & lentam etiam a remotis partibus, cerebro, neruis, lentorijis, iuncturis, thorace. Ob id prodest harum partium affectibus frigidis inde natis, vitium imbecillo, tussis antiquæ, difficultati spirandi, ueluti, gonag. & podagra. Vno musleo incoctum post tres menses potu hydropem leuat, & lenis tumorē. Ex multa calente potum stranguriam sanat, mentes mouet, abortum facit, alioqui ab vtero præfocacioni, & frigidis vteri affectibus saluber. Stomacho idem nocet, sitimque excirat, tarde purgat, corrigitur, vt sagapenum. Idem aceto solutum collutione dentium dolorem, & erosionem sanat. Potum cum aceto hora vna ante accessionem, & cum succo apij, & oleo anethino spinæ illitum, rigorem febrilem prohibet. Ex ipso autem, & succo apij, & aceto bono emplastrum impositum ipsius duritiem dissipat. Datur a drach. j. ad drach. ij. nodos, strumas emplastro dissipat, & resoluit, & ischiadem, gonagram, podagram, & aliorum articulorum dolores quouis modo vsurpatum, hoc est, sumptum, clystere iniectum, ad inotium præsertim cum succo brassicæ, melle, pauco sale. Vlcera fistulosa, antiqua, putrida, cacoetha, dysepulonica expurgat, carne implet etiam super ossa nuda (quod opus illi est peculiare) & cicatrice tegit, si (Ebgezar ait) opopanacis ꝑ j. rasuræ panni antiqui tenuis mudi, vncia dimidia cum vino, & melle, & oleo rosato paulatim alternis affuso, teratur in mortario, donec fiat vnguentum. Huic tamen posteriores addiderunt lithargyri, aloe, myrrhæ, sarcocollæ, ana drach. ij.

SYLV.

Panax. Hercules. li. que vmbellæ dicitur. tamē Asclepium. panax hæc potius describitur in vtriusque nominis auctoritate.

De Opopanace.

Opopanacem Græci, Latini vocant liquorē Panacis Herculei: triplicem. n. Panacem tradunt Herculeum, Asclepium, & Chironium. Videtur tñ non Herculeum, sed Asclepium potius describere, dū ait: Gummy plantæ similis ferulæ, & reliqua. De Herculeo liquor-

LV.

ST.

T.

DE SIMPLICIBVS.

siquidem scribit Dios. quod caulem habet, & umbellam, non quod planta sit similis ferulae. Sed nec ex duobus reliquis generibus vllum ferulaceum facit. CVIVS stipites eleuatur super terram, circiter cubitum vnum vel duos. (Herculei caulem dicit Diosc. esse altissimum, Asclepij tenuem, & cubitalem. ET folia eius sunt minora folijs ferulae.) Hoc nullo pacto pot Hercules congruere, quem folia habere dicit Diosc. fero similia, in quinq; partes per ambitum diuisa; sed respondet potius Asclepio, quem ferula dixit Mesue. Flores odoris boni, coloris auri, haec fere sunt Diosc. verba de Asclepij floribus Herculei vero flores, dicit esse melinos, hoc est luteos. SECVNDVM semitam florum Anethi.) Hoc vtrique potest aptari. De Herculeo tamen peculiariter Diosc. quod umbellam anethi habet. Et his igitur patet, Asclepij potius hic describi, quam Herculeum cum tamen omnes medicinae auctores, ex Herculeo, non ex Asclepio fieri opopanax scribant. ET faciunt cultores eius incisiones paruas, inter radicem, & eleuationem thyrsi circiter palmum medium.) Radice ipsam scindi scribit Diosc. germinantibus caulibus, caules vero messis tempore. ET egreditur humiditas aurea. Egredi liquorem candidum scribit Diosc. sed ubi inaruerit croci colorem exterius acquirere. MELIUS ex eo, quod est citrinum extra, & subalbidum intus.) Laudat Diosc. eum, qui sit interius candidus, vel subrufus, exterius croceus. Et quod est amarum.) Amarissimum dicit Diosc. ET quod est odoris boni.) Gravis odoris esse debet secundum Diosc. & praeterea pinguis, friabilis, dissolui facilis, ac leuis nigrum, & mollem esse malum dicit. ODOR, & albedo fracturae deocculant fallaciam, Dioscorides, verus digitus in aqua contritus, diluitur, & laesescit. CALIDVS, & siccus in tertio.) Galenus calidum in tertio, sic cum in secundo. Et est resolutiuum, & reliqua.) Gal. caesfacit, mollit, discunt: radix vero abstergit, siccit, & quia non vehementer caesfacit, ideo carnem generat. SOLVTIONE educit phlegma.) Nec Diosc. nec Gal. vim ei purgandi adscribunt. EST ex rebus addentibus in visu. Dioscorides ad claritatem oculorum inungitur. CONIERT tussi anti- quae.) Dioscorides, valet ad lateris dolores, & iussus cum aqua mulsis, aut vino sumptus & ad rupta ac conuulsa. ET emplastratur super nodositates membrorum, & super scrofulas.) Durities inquit Diosc. vteri, & inflatio- nes discutit cum melle solutus. Cofert guttationi vrin- ae.) Dioscorides, ad strangurias, & venice scabies, ac tormina cum aqua mulsis, aut vino. ET facit abortiuum.) Dioscorides cum melle dissolutus fetus occidit. Et de radice ait, quod abrasa, & supposita educit scatum. PRAEFOCATIONI matricis.) De fructu hoc scribit Diosc. si cum vino bibatur. ET podagrae.) Cum vna passa lituus, ait Diosc. SCIATICAE secundum om- nem modum administrationis.) Dioscorides, iunctum Vulneribus antiquis.) De radice hoc ait Diosc. Gal. quod valet ad vlcera mali moris, atque in eis generat carnem. VESTIT ossa nuda.) De radice hoc quoque scribunt Diosc. & Gal. tanquam de minus calida, quam opus. Adde ex Diosc. quod acopis, & capitis medicinis miscetur, ac cauis dentium, dum dolent: Carbuncu- los rumpit; & spicae mixtum est contra morium rabi- di canis optimum emplastrum.

COST. **Q**uoniam panax ex qua opopanax succus nuncupatus, Hercules tantum sit Dioscoridis testimonio, tras- fertur tamen hic, & Asclepij, & Chironij historia, quae certe in re aut ex deprauata Diosc. historia, qua de pra- uis hinc habuisse certum est, hoc quicquid erroris est fluxisse suspicor; aut a scitolo aliquo margini affixa haec in contextum etiam irrepisse. Caterum quicquid alij hac de re sentiant, etsi in planta huius descriptione ex- ratum sit; in ijs tamen, qua deinceps sequuntur, deesse accusationi locum existimo, si citra odium legantur. no-

que enim quancquam Diosc. alia, aut aliter de opopana- ce scribit, culpandus tamen hic erit si vera sunt, qua de suo, aut alieno addit. Vt ut: quom aut dignosci opopana- cem, an ammoniaco adulteratus sit, ex odore, & colore albo; Diosc. vero diuerso experimento id probat. vtran- que sane fallaciam producit. Omnia caetera, qua etsi aliter quam Diosc. non tamen contra, quam ille scripserit qua- le etiam quod de odore opopanax, hunc Dioscor. gravis odoris esse ait: hic eum eligit, qui boni odoris proprii, id est qui odorem suum maxime seruat, atqui has contrarias non sunt.

De Mezereon. Cap. XXII.

Mezereon est planta vocata apud Persas **A**NE- rapiens vitam, & a quibusdam facies viduas, & a pluribus leo terra vocatur, & est planta, cuius stipites eleuatur super terram circiter cubitos duos, & folia eius sunt similia folijs oliuae, sed maiora, & pro- ducit grana nigra in magnitudine fructus myr- ti, & est planta leucisiorum maior & cuius spe- cies sunt plures. & Est enim quaedam magna ha- bens folia subtilia; & est parua habens folia si- cut folia oliuae, & ipsa minus; & est habens fo- lia crispa, & aspera. & ex eis aliud est habens co- lorem viridem, & aliud habens colorem subni- grum producentem colorem pauonis.

ELICTIO. & Melius est habens magna folia tenuia, & viridia, & quod oritur in locis liberis, & in vicinitate plantarum speciei eius. Et quan- do oritur ex eo, planta vna in toto ambitu loci est mortalis. Et quae oritur in locis thermarum est sicut venenum; & parua habens folia, & ip- sa, est malum; & similiter habens crispa, & aspe- ra, & quod est subnigrum similiter.

COMPLEXIO. & proprietates. & Calidum est, & siccum in quarto, & dixit filius Zesar est in sine tertij. Sed non verificatur illud; est enim in eo virtus acuta, ignea, & acrimonia vehemens, & est excoriatiuum, vlceratiuum, ferrosium, & inflammabile, & est consumptiuum, & dissolu- tiuum virtutis.

RECTIFICATIO. & Est proximum veneno- nocens membris, quae sunt mineae virtutum; debilitans, & dissolvens eas. Conandum est igitur, frangere malitiam, & acuitatem eius, & hoc faciemus cum auxilio rerum frangentium ea, & permittantium inflammationem, & ferosi- tatem eius, sicut sunt olea frigida, & proprie res extinctiuae, sicut est mucillago psyllij, & succus portulacae, & succus endiuiae, propriae: est enim mirabile; & aqua alkekenji, & aqua solatri lu- midi, & altaracon, & aqua berberorum. Et frangunt adhuc acuitatem eius res inspissantia, & ponticitatem habentes, sicut sunt myrobala- ni; sunt enim sublimes ad illud. Et dixit filius Zesar. & Duplum ipsius ex absinthio iunctum cum eo emendat malitiam eius. Inquit Diosc. Infundantur folia eius in aceto die vna, & exie- centur, & frangitur cum arte hac virtus ipsius ser- rola, & inflammabilis. Et dico quod si in ace- to coquantur aut infundantur citonia, aut ma- ciana, aut berberi, erit melius; & sigillatur alme- zereon bonitas ex hoc ad ea, quae oportet, & si ex aceto infusionis eius, aut decoctionis ipsius fiat syrupus

syrupus acetosus, inuenitur expertorum iuua-
 mentorum vbi oportet. Et ex rebus adhuc emen-
 dantibus, & remouentibus malitiam eius est, vt
 infundantur folia eius in lacte dulci, aut acetoso,
 & proprie sumpto ex asina, aut capris. Et quædæ-
 que ponuntur folia almezereon in aqua lactis,
 & bulliunt cum facilitate, & aufertur spuma
 eius, & colatur, & propinatur cum securitate,
 † & dixit Gal. Infundantur folia eius in syrupo
 rosarum parum antequam terminetur coctio
 ipsius, & propinetur syrupus vbi oportet. non est
 enim in eo timor. Et dixit iterum, Decoquatur
 in iure gallorum antiquorum, & est sine nocu-
 mento, & quandoque oleum almezereon admi-
 nistratur cum permixtione aliarum medicina-
 rum virtutem eius fractiuam habentium, &
 eius operatio est talis. Accipe foliorum eius drach.
 xl. & super ea projice aque dulcis lib. iij. & dimit-
 te die, ac nocte, deinde fac bullire lento igne do-
 nec redeat ad lib. j. & med. & in colatura eius ponantur olei sumpti ex amygdalis dulcibus, vnc. viij. & bulliat faciliter vsq; ad aque consumptionem: tunc si ponatur oleum cum folijs, & aqua, & bulliant simul ad aque consumptionem, erit in virtute fortius. † Et dixit Rufus, Submergatur in aqua ex folijs eius † circiter vnc. ij. in cado magno multi, & dimittatur mensibus tribus, & erit res mirabilis ad hydropisim. expellit enim sine nocumento aquam citrinam. Confectio almezereon ex inuentione nostra. Accipe foliorum almezereon præparatorum partes x. carniū citoniorum elixatorum in aceto vini, & zucch. tabarzet ana. partes lxx. tereniabin partes xl. aque casei infusionis agarici partes xxx. olei almezereon partes xij. Dissoluatur zuccharum, & tereniabin in aqua casei prædicta, & misceatur cum carne citoniorum, & coquatur cum facilitate vsque ad mellis spissitudinem, & inuoluatur puluis foliorum almezereon cum oleo iā dicto, & conficiatur cum eis. est enim medicamen benedictum ad hydropisim. Confectio pilularum almezereon valētium similiter ad hydropisim, & ad expellendum aquam citrinam cum fortitudine sine timore. Rec. foliorum præparatorū drach. 5. myrobalanorum citrinorum drach. 4. chebulorum drach. 3. confice cum tereniabin, vel tamarindis dissolutis in aqua endiuia. † Et scito, quod almezereon de decoctione modicū sustinet, & contritio laboriosa virtutem eius destruit. Expellunt autem nocumenta eius a corpore aqua hordei, & aqua passularum. verum aqua endiuia, & altaraſacon auferunt inflammationem relictam ab eo in corpore. Et sciuit, quod medicina compressiua audaciam medicinarum expellunt.

POSSE. † Solutione educit aquam citrinam cum fortitudine vehementi. Et dixit Alex. Iuncta cum rebus educentibus melancholiam educit eā, & cum rebus educētibus phlegma educit ipsum. Et absinthium duplicatum ei, aut myrobalani addunt ei bonitates notas, & faciunt educere choleram. Maius autem iuuamētum, quod ex eo expectatur, est ad hydropisim. Aquā enim educit aggregatam in ventre. Nocet tamē hepatis, imo omnibus membris nutritiis. † Et inter-

ficat lumbricos, & vermes, & solutione educit eos, & serpentes viscerum. † Et si fiant tentæ ex eo, & melle curat fistulas, & vlcera fraudulenta, & fit collutio ex aceto decoctionis ipsius. † Et confert dolori dentium, & corrosioni eorum, & gingiue sanguinea, & mollificata. † Et fit vnguentum ex eo, & aceto, & oleo, & cera ad scabiem bonum, † & fit ex eo linimētum cum sulphure, & melle, & aceto forti ad morpheam, & albaras, & lentiginem, & delet eas. Et quandoque fit confricatio super morpheam, & baras cum folijs eius, & aceto forti, & est vltimum. Et dixit Ioannitius. Valet ad quartanam.

† DOSIS eius est a drachm. 5. vsque ad dracm. 1. Et hoc in coctionibus & pluribus a Karactis 2. vsque ad 5.

De Thymelæa. Cap. XXII.

Thymelæa (quæ Persis † mezereon, idest rapiens vitam, alij faciens viduas, multis leo terræ vocatur.) planta est lactariarum maxima, caule bicubitali & folijs oliuæ, sed † maioribus, fructu nigro: myrtarum magnitudine, eaque multiplex, vna folijs magnis, tenuibus, altera folijs quidem paruis oliuæ modo, sed multo spissioribus, alia folijs crispis, asperis. Ex his item quædā folijs virentibus, alia nigricantibus, colorem pauonis referentibus. Præstantior est, quæ folijs est magnis, tenuibus, virentibus, in loco libero nata prope alias speciei eiusdem. Quæ vero sola in magno agri ambitu oritur, pernicioſa est, vt etiam, quæ prope thermas, & quæ folijs est paruis, & spissis, itē, quæ crispis, asperis, itemque nigricantibus. Calida est, ac sicca ordine quarto potius, quam tertio, vt filius Zesar censuit. Vis enim ei inest valenter acris, ignea, vlceraſans, mordens in flammans consumens, virtutes dissoluens. Aquas seroſas valenter purgat, melancholiam quoque, vt ait Alex. si melanogoga misceatur, pituitā si phlegmagoga, bilem flauam si cholagoga, vt absinthium duplum, aut myrobalani. hydropem ob id mire iuuat aquis ex ventre educitis. Lumbricos, & animalia alia interanea necat, pellitque. Sed hepatis, cæterisque partibus nutritorijs nocet. Ad quartanam commendatur a Ioannitio. Turunda ex ea, & melle vlcera fistulosa cacoethica, idest maligna curat. Acetum cui hæc incocta est, collutione dentium dolori, & erosioni, gingiuarum cruentarum mollitiei medetur. Eadem cum aceto, oleo, cera, vnguentum est ad scabiem vtile, cum aceto autem forti, melle, & sulphure, alphas, leucem, lentiginem delet. Quin, & folia ex aceto forti ijs adstricta idē possunt. Quoniam autem id partibus principibus facultatum nos gubernantium, ceu fontibus veneni modo nocet eas deiciens, ac dissoluens, eius vis acerrima, & maligna frangatur contrarijs, acrimoniam, & calorem flammeum obrudentibus, & extinguentibus, qualia sunt olea frigida adstringentia. Muccago psyllij, succus portulacæ, & magis intybi, aut halicacabi, aut solani humidi, aut sonchi, aut aqua oxyacanthæ, myrobalani quoque absinthium duplum, auctore Zesar acetū item

SYLV.

† Mezereon
 Raris tenuibus, spicis
 bicubitalibus
 Dissol.
 † Absinthium
 Dissol. seu
 illud in
 rillis. post
 ralis. operimen-
 to tegitur du-
 ro, sicut nigro,
 inano alio Dis-
 sol.

Apud Auic.

vno

DE SIMPLICIBVS.

*id legitur non
Diosc.*

*Syrupum
non meminit
Galen.*

vno die traditam sibi thymelæam corrigit Diosc. E
Idem acetum cui incocta, vel infusa fuerit in sy-
rupo acetoso coctū, magnarum, & expertarum
est vitium, melius si eodem aceto ante macerata
fuerint cydonia, vel maciana, vel vva oxyacan-
thæ. Folia quoque eius lacte, vel asinino, vel ca-
prino, dulci, vel acido, vel sero lactis infundantur,
vel igni lento coquantur despumando, & cole-
tur. Tuto id propinatur malitia eius sic ablata.
Syrupus rosarius antequam sit percoctus, si eo
maceretur aliquantisper thymelæa, saluber est,
ac securus Gal. Idem ius galli antiqui si in eo ma-
cerata sit, pollicetur. Oleum quoquum thyme-
lææ alijs mistum virtutem ipsius frangentibus
est efficacissimum. Fit autem sic, Foliorum thymelææ
vnc. 5. macera horas 24. aquæ dulcis lib.
3. coque igni lento ad dimidias, colato adde olei
amygdalarum dulcium vnc. 8. percoq; ad aquæ
consumptionē. Foliorum quoq; horum vnc. 2.
cado magno musti imposta, post tres menses vi-
num id ad hydropem efficacius reddūt, authore
Ruso, expulsis ab eo citra noxam serosis excre-
mentis. Ad eundem hydropem benedictum cō-
fecimus medicamentū ex foliorum thymelææ
preparatorum drach. 10. carniū cydoniorū ex
aceto coctorum sacch. albiss. ana drac. 70. man-
næ drac. 40. feri lactis cui infusus sit agaricus dr.
30. olei thymelææ prædicti drac. 12. saccharum,
& manna in sero illo soluantur, carni cydoniorū
miscetur, coque igni lento ad mellis spissitudi-
nem. Puluis foliorū oleo dicto inuolatur, & mi-
sce oīa. Carapotia idē valenter, & tuto præstantia
recipiunt foliorū preparatorū drac. 5. myrobala-
norū citrearū drac. 4. cepularū drach. 3. misce cū
manna, vel ramarindis aqua intybi solutis. Me-
diocriter coq potest. multa tritura vis eius vane-
scit. Aqua hordei, & vuarum passarū noxas eius
in corpore abolent, aqua autem intybi, & sonchi
chalorem ab eo in nobis relictum extinguunt.
Stryptica quoque medicamenta depellūt ex cor-
pore, & frangunt violentiam acrium. Datur de-
cocto à drach. semiss. ad drachmam vnam, pul-
uitem ad siliquas quinque.

De Mezereon.

MANA.

Mezereon Serapionis, est absq; dubio Chamelæa
Diosc. ab hoc aut scriptore describitur Thyme-
læa, atq; vt sequens est, aliud Mezereon, si hoc Meze-
reon est, qua quod à Serap. ELEVATVR à terra cir-
citer cubitos duos.) De thymelæa scribit Diosc. q̄ ab
ea surgunt rami tenues, speciosi, binum cubitorum, de
Chamelæa vero, quod dodrantes, id est, duodecim
digitorum longitudine. ET folia eius sunt similia fo-
lijs oliuæ, sed maiora.) Hic est error manifestus. De
Thymelæa siquidē scribit Diosc. quod folia habet Cha-
melææ similia, sed angustiora, de Chamelæa vero qd̄
similia oliuæ, sed tenuiora. ex quibus sequitur, nō pos-
se Thymelæam habere folia maiora absolute quam
oliua, secundum Diosc. ET producit grana nigra in
magnitudine fructus Myrti.) Quod magnitudine
Myrti fructum ferat, congruit Diosc. Thymelææ in
colore dissidet: siquidem dicit Diosc. quod in initio vi-
ridis, de hinc rubēs, operimētoq; tegitur duro, & ni-
gro exterius, intus, candido. CUIVS species sunt plu-
res.) Licet voluisse visus sit describere Thymelæā, per
hæc tamen verba putare videtur Mezereon esse ge-
nus ad Thymelæam, & Chamelæam, & quod magis
absurdum est, ad album, & nigrum chamelæonta, di-
uerfas omnino ab his plantas, quod etiam peccauit

Auicēna in quarto, & aliquatenus in secundo, maxi-
me vbi vires enumerat. EST enim quædam magna
habens folia, & subtilia.) Hic videtur tangere Cha-
melæam. ET est parua, habens folia sicut folia oliuæ,
& spissa nimis.) Hic tangit Thymelæam de qua dicit
Diosc. quod folia habet angustiora & pinguiora. ET
est habens folia crispa, & aspera.) Hic tangit Chamelæ-
leonta, neutra. n. illarum. Thymelæam dico, & Cha-
melæam) folia habet crispa, & aspera, sed oliuæ simi-
lia. ET ex eis est habens colorem viridem.) Album de
signat Chamelæonta. Et aliud habens colorem sub-
nigrum hic innuit Chamelæonta, nomen .n. habet à
varietate foliorum fm Diosc. quæ valde viridia interdum,
modo cyanea, modo sub alba, modo rubra, in
ta locorum differentias, visuntur. MELIUS est habens
magna folia.) Hic videtur eligere Chamelæam,
sequutus Auicennam. CALIDVM est, & siccum in
quarto.) Licet Gal. Chamelæam non reponat in ordi-
ne, non videtur tñ adeo calidā putasse dominantem
n. amarā habere qualitatem dicit, & sordida vlcera
curare, quæ non videntur rebus tam impense calidis
conuenire. Thymelæa autem canusticā vim tribuit
Paulus, & Diosc. eius grana vrere fauces dicit, fo-
lia gustum mordere, & fauces scarificare, qui tñ effe-
ctus in alijs quoque rebus inueniuntur, quæ non sunt
in summo calida. EST proximū veneno, nocens mē-
bris, quæ sunt mineræ virtutum.) Nec de Chamelæa,
nec de Thymelæa lego, q̄ sit proxima veneno, sed de
Chamelæonte nigra, scribit .n. de ea Gal. quod radix
eius habet quid venenosū: de Thymelæa Diosc. quod
nocet stomacho. Et hoc faciemus cum auxilio rerum
frangentium ea.) De folijs Thymelææ, quæ dicit vocari
Cneorū, vnde (vt puto) deriuata est vox Mezereon,
de eius, inquam, folijs ait Diosc. quod tundenda sunt,
ab eis omnes fibræ separanda, & si minorem volu-
mus fieri purgationem elixas, & lenti, vel concisis ole-
ribus admixtas, dare debemus. DVPLVM eius ex ab-
sinthio.) Hoc dicit Diosc. de folijs Chamelææ, factis ex
eis catapotijs cum dulci aqua. Inquit Diosc. infundat
tur folia eius in aceto die vna. Hoc non legitur apud
Dioscoridē, sed apud Auicennā. ET dixit Gal. infundantur
folia eius in syrupo rosarum.) Non memini
me aliquod horū apud Galenum legisse, alioqui ne-
que syrapi rosacei vsquam meminit Gal. ET dixit Ru-
fus. Nescio an id dixerit Rufus: scio autem Dioscori-
dem docuisse modum parandi vinū Thymelæite, &
Chamelæite, CIRCITER vncij duē i cado magno.)
Diosc. ponit drachmas triginta Thymelææ coliculorū,
foliorum, & seminis, in Congios 3. & coqui iubet
donec remaneat duo: & ex Chamelæa simili quidem
proportione, sed nō coquit, verū bullire finit mustum
duob. mensibus Et scito qd̄ Mezereon de decoctione
modicum sustinet.) Diosc.) vt supra diximus) coquit
Thymelæā donec tertia pars vini sit cōsumpta. Sera-
piō Chamelæā, donec duæ partes ex tribus. SOLVTIO-
NE educit aquā.) Chamelæa secundum Dioscoridē
ducit per aluū pituitā, & bilem. Paulus ad aquā inter-
cutē dat Chamelæā cū æquali ære, & aniso. Dioscori-
des Thymelææ folia messis tpe collecta & in vmbra
excicata. Semen vero, quod coccum, vel granū Cni-
diū vocat, euacuare dicit per aluū bilē, & pituitā, & a-
quā. Et interficit lumbricos, & vermes, & serpentes vi-
scerū.) De Chamelæonte albo scribit Diosc. quod pon-
dere oxybaphi educit vermē latū: nullā talē vim Cha-
melææ, aut Thymelææ adscribens: veri tñ simile est,
quod & ipsæ possint vermes interficere. Et si fiat ten-
te ex eo, & melle, curat fistulas, & vlcera fraudulēta.)
De Chamelæa scribunt Diosc. & Gal. quod cum mel-
le purgat sordida vlcera, crustosa; de Chamelæonte
vero nigra ait idem Diosc. quod valet phagedænicis
comedētibus, & feris vlcetibus. Et confert dolori den-
tū. De Chamelæote nigra scribit Diosc. quod eius de-
cocto vilitur dolentes colluntur dentes, & qd̄ dolen-
tem

tem dentē cum graphio imposita cōstringit. Capite ve
 ro de Chamelæa, & Thymelæa, nulla dentū mētio.
 FIT vnguentū ex eo & aceto, & oleo, & cera, ad scā-
 biē. De Chamelæonte nigra scribit Dios. quod curat
 scabiē cū calcantho, cedria, & axungia: nō de aliqua
 illarū. Et fit ex eo linimentū ex sulphure, & melle. Ad
 mixto sulphure, & alumine, ait Diosc. valere eandem
 Chamelæonta contra impetigines, si ex aceto coqua-
 tur, & inungatur. Et cū sulphure solo, ad vitiligines
 ophelides. DOSIS in decoctione à drach.s. ad drac.
 vna in puluere à .ceratis ad ʒ. Paul. dat quatuor dr.
 Chamelæa in aqua mulgē cotylis duabus coctas, do-
 nec quarta pars super sit: quosdamque conficere cara
 potia, ex duab. absinthij partibus, & vnica Chamelæe,
 purgareque dicit, vt elleborum. Cnidia vero grana, à
 viginū vique ad triginta.

EXLV.
 COST.

Thymelæam coquit Diosc. ad tertij partis vini cō-
 sumptionem, chamelæam Serapion ad duarum
 ex tribus partium, quæ vtraque coctio multa dici po-
 test.

Quid Mezereon sit, si modo lactaria planta est, vt
 Mes. ait, nihil ipse ausim affirmare. Chamelæam
 enim ac Thymelæam quas hoc nomine Serapion intelli-
 git, inter lactarias non ponit Diosc. arbitrandum autem
 ignotum de facie mezereon fuisse ipsi Mes. & ex corrup-
 tis aliquibus herbaria historia commentarijs hæc ema-
 nasse. Verum, vt errasse hic Mesuendemus, vocum simi-
 litudine deceptum; si èt mezereon suo adscribat, quæ alij
 nigro chamelæoni; non ob id tamen confudisse hunc cha-
 melæon, si nigri-historiam cum chamelæa aut thymelæa,
 aut errasse ipsum ausim affirmare, quādo alia præter cha-
 melæonta easdē habere vires nihil prohibet. sed quidquid
 alij hæc de re sentiant, sicuti (mea sūta) Mesus mezereon
 nostra tempestate ignoratur; ita èt de chamelæa ac thy-
 melæa notissimis fante plantis Dioscorida tpe video nunc
 herere omnes. cum aliqui easdem esse has cū duplici Theo-
 phraſti cucoro asserant, Matthioli contra neget: alias

A pro chamelæa ac thymelæa plantis ostendat Matthio-
 lus, alias Anguillarius. Ita vero, & Coccum Gnidium.
 Diosc. fructum esse ait Thymelæe; Apuleius lib. simpl. èt
 vicini semen coccum Gnidium vocari testatur: Matthio-
 lus pro eo piper montanum, Anguillarius sua Thymelæa
 fructum esse tuctur à montano pipere sūgē diuersum. Hæc
 ergo quum ita se habeant, nos quid certi hæc in loco asse-
 ramus, nunc habemus nihil. de Cocco Gaido tantum id
 libet adnotare, quid Plinium in errore impulit, vt ip-
 sum, alium fuisse: & præter aliorum opinionem literis com-
 mendarit. gmu. utur nempe Theophrastum libr. de hist.
 plant. 9. scribentem dari vt èt rās audiat dōm ad al-
 ui solutionem. potes enim ex his verbis tam cobibendæ,
 quam citandæ alio commodum id esse medicamentū col-
 ligere. Sed vere, vt & Diosc. & alij omnes aluum sol-
 uat Gnidium granum, non siflit. Aliud hic aduertendum
 superest, in quo variare à Dioscor. & Serapio. Mesus no-
 ster videtur, quum ait, mezereon modicam ferre coctio-
 nem. At contra Diosc. Thymelæam coquit, vt tertij vi-
 ni pars absumatur: Serapion vero chamelæam, vt dua
 ex tribus sint consumptæ, atqui multa (ait Manard.)
 hæc est coctio non modica. Sed Manardi pace, si meze-
 reon Mesus lactaria est planta, affirmare nullus potest
 esse hoc Dioscoride, aut Chamelæam, aut Thymelæam.
 atque adeo de diuersis hi agunt rebus. sed vt easdem ta-
 men esse plantas demus, si violentum hoc medicamen-
 tum est, vt vere est; non mirum à Diosc. & Serapion. diu-
 tius, vt feruescat præcipi, reprimenda, atque, vt ita di-
 cam, exoluendæ acrimoniæ, ac violentiæ illius gratia:
 Mesus tamen non id, sed medicamenti substantiam,
 ac naturam spectat, cuius quum purgandi vir: s in super-
 ficie fortasse resideant, si integram medicamenti vim ve-
 lis, à longo sermone erit abstinendum.

Capit.

B ster videtur, quum ait, mezereon modicam ferre coctio-
 nem. At contra Diosc. Thymelæam coquit, vt tertij vi-
 ni pars absumatur: Serapion vero chamelæam, vt dua
 ex tribus sint consumptæ, atqui multa (ait Manard.)
 hæc est coctio non modica. Sed Manardi pace, si meze-
 reon Mesus lactaria est planta, affirmare nullus potest
 esse hoc Dioscoride, aut Chamelæam, aut Thymelæam.
 atque adeo de diuersis hi agunt rebus. sed vt easdem ta-
 men esse plantas demus, si violentum hoc medicamen-
 tum est, vt vere est; non mirum à Diosc. & Serapion. diu-
 tius, vt feruescat præcipi, reprimenda, atque, vt ita di-
 cam, exoluendæ acrimoniæ, ac violentiæ illius gratia:
 Mesus tamen non id, sed medicamenti substantiam,
 ac naturam spectat, cuius quum purgandi vir: s in super-
 ficie fortasse resideant, si integram medicamenti vim ve-
 lis, à longo sermone erit abstinendum.

PITYVSA. SEBRAN PARVVM.

APIOS. SEBRAN MAGNVM.



Mesua. N De

DE SIMPLICIBVS.

De Alsebra. Cap. XXIII.

ANT.

Alsebran † est species lacticiniorum, & est solutium rusticorum. Et eius † aliud est magnum habens radices rotundas, & crassas, & spissi corticis, & densi, & ponderosi. Et aliud est paruum habens radices sabutes, & est tenuis corticis.

ELECTIO. † Magnum est malum abscondens viscera. Paruum verò est illud, quod eligitur. † Et melior pars plantæ est cortex radice eius, & lac eius est acutius, & fortius. Et melior radix ipsius est, habens proprietates quinque bonas, scilicet cuius cortex est utilior, & leuior, & facile, frangitur, & est habens de rubedine aliquid, sicut cassia proprie, & super quam iam præterijt medium anni, recens vero mensis sui tantum est mala. Nigra verò est perniciosâ. Et orta in locis thermalium similiter. & melius tempus collectionis radice ipsius est principium veris; lactis eius in fine ipsius.

COMPLEXIO. Et Proprietas. † Calide complexionis est, & sicca, in principio tertij, & lac eius calidius, & est compositum ex substantia ignea acuta, & subtili, & ex substantia terrea styptica, & est incisuum, subtiliatium, exiccantium materiarum submersarum, liquefactium, & aperitium, disruptium orificiorum venarum.

RECTIFICATIO. Nocet cordi, hepati et stomacho, & dirumpit venas, & excoquat viscera, & derelinquit inflammationes facientes cadere in febres. Et emendatur primum nocentum, quod ex eo timetur, permiscendo ei aliquas ex medicinis cordialibus, & stomatichis, & hepaticis cum eo. & secundum, & tertium nocentum corrigitur acquirendo ei bonitatem cum medicinis conglutinatis, & coadunantibus, & consolidantibus: sicut est tragacanthum proprie, & gummi, & bdellium, & mucillago psylli, & succus portulacæ, & similia. Et quartum nocentum eius tollitur permiscendo ei ex rebus refrigerantibus, & extinguentibus aliquas. Et ex hoc facientibus apud me est, ut infundatur in succo altarafacon, aut in succo endiuia, & pauco aceto. Et si fuerit acetum decoctionis, aut infusionis citoniorum erit melius. Myrabolan quoque sigillant ei bonitates notas, & absinthium similiter, & aloë. & dixit Iudeus, Infundatur in lacte dulci, aut aceto, & renouetur in eo, lac multoties, & exiccetur. reprimatur. n. sic à sua malitia. Et dicit Rufus, Si solutio per ipsum superfluit, aut laboriose fiat, sedeat solutus in aqua frigida. † Mihi quoque videtur verbum inconueniens. Circūstans. n. frigidum includit, & coadunat virtutem medicinarum, & corroborat eam, necnon & medicinas adiuuans ad vias expulsionum repellit materias, sicut te scire fecimus. Succurrendum est igitur sic sicut in canone diximus. Cōfectio pilularum de alsebram conferentium hydropisi. Accipe eius præparati partes 4. myrobalanor. citrinorum partes 4. aloës partes v. confice cum succo fenicali, aut endiuia, & est dosis earum, à dr. 1. & s. vsque ad iij. † Et quidam ex lacte eius, & farina faciunt oblatas, & soluant cum eis. Et quidam faciunt cum aceto, & zuccharo, & lacte ipsius, & quidam

cum carne citoniorum, & mastice faciunt solutium bonum.

POSSE. Solutione educit phlegma vehementer, & aquam citrinam, & humores melancholicos, & materias à iuncturis, & confert doloribus earum. Et est ex medicinis magnis ad hydropisiam. Veruntamen nocet hepati, & deficcatur corpus vtentis ipso: & consumit sperma, & lac eius hoc vehementius facit. Et facit cadere in febres.

† **DOSIS** corticis radice eius est à charactis iij. vsque ad vij. lactis eius à charactis j. vsque ad iij.

De Esula. Cap. XXIII.

Esula herbarum lactiarum species, rusticorum purgatorum. Huius vna est magna, radicebus rotundis, magnis, densis, & graui cortice intectis. Altera parua, radicebus exiguis, cortice tenui intectis. Maior viscera vlcera, ob id perniciosâ, parua est præstantior, præsertim cortice radice tenui, leui, fragili, subrubro cassiæ modo, ante sex menses collecto. Nam recens, quo mense collecta mala est, ut & niger, & orta loco aliquo prope thermas. Coligenda est Veris initio. Lac autem quod calidius, acrius, ac valentius, sine Veris. Calida, & sicca, principio tertij gradus, substantia constat tenui, ignea, acri incidente, tenuante, fundente, siccante, aperiente, & terrea styptica etiam siccante materias altius immerfas: purgat valenter pituitam aquas, atram bilem etiam à iuncturis, ob id harum doloribus confert, & hydropi insigniter, sed nocet cordi; stomacho, hepati: viscera excoquat, venarum ora dirumpit, corpus immodice siccat, semen absorbit, febres inflammando excitat, lacte suo maxime. Ob id miscenda ei sunt cardiaca, stomachica, hepatica, ad hæc glutinosa, cogentia, & adstringentia, glutinantia, ut gummi: tragacanthum, bdellium, mucillago psylli, succus portulacæ. postremo refrigerantia, & calorem illum extinguentia. Infundatur ergo in acetum, præsertim, quo cidonia sunt macerata, aut decocta, & succum intybi, vel sonchi, vel portulacæ, vel solani; additis autem myrabolanis, absinthio, aloë, præstantior euadit. Iudeus infundendo in acetum, aut lac sæpe mutando, et siccando corrigebat. Si te autem immodice purgat sede in aqua frigida ex Rufi consilio. Frigus enim ambiens, et medicamento virtutem in vnum cogit, ipsumque roborat, et per accidens inuat, protrusis à sematerijs ad meatus, per quos sunt vacuandæ, succurrendumque est, ut in canonibus diximus. Carapotia ex ea facta idem possunt, recipiunt, autem esula præparata, myrobalanorum citreorum, ana drach. iij. aloës drac. v. cum succo fenicali, aut intybi misce, dantur à dr. j. et s. ad dr. iij. Quidam ex lacte eius, et farina faciunt oblatas purgatorias. Alij ex lacte, aceto, saccharo, alij carne cydoniorum, et mastice. Datur autem cortex radice à siliquis duabus, vsque ad siliquis septem: lac vero à siliqua vna vsque ad tres.

De

De Alsebran.

MAN. **I**n hac quoq; planta, quam & Alsebrā & Esulā vocant, non oīno cōueniunt Arabes. Serapio. n. absq; dubio intellexit vocatā à Dios. Pityusam. Auic. licet in ea describēda à Diosc. & ab ipso ēt Serapione discordet, eandē tñ rē intellexit. Mes. potius in species distinguat q̄ ostendat qualis sit. Nescio aut, an Cyparissiam speciē quāda Tithymalli hic intellexerit, vel Paralio: satis. n. tres hęc plātę inuicē cōueniunt, Pityusa, videlicet, Cyparissia, & Paralio. Paralio. n. lini folio, Cyparissia Picea, sed tenuiore, gracilioriq; & similiter Pityusā describit Dios. satisq; suspicor, ne q̄ nunc Esula vulgo vocatur, Paralios potius sit, quam Pityusa: folio .n. lini constare vocatā Esulam, nostri affirmant herbarij. **E**ST species lacticiniorum. Si paralios vel Cyparissias est, vera species est Lactaria. Si Pityusa, genus per se, secundum Diosc. & Gal. licet inter lactarias, ob succi similitudinē, & purgandī vim enumeretur. **A**LIVD est magnum, habens radices rotundas, & crassas. Diosc. postquā Pityusam descripsit, eāq; habere dixit radicem candidā, crassā, lacteo liquore manantem, subdit: Inuenitur quibusdam in locis grādis hic frutex. Non igitur putasse vī aliam esse tenuibus, aliā crassis radicibus, vt dicit Mesue. **M**AGNUM est malū. Non hoc Græci, sed Serapion, autoritate cuiusdā Abix vocati, & sequutus eū Auic. Et melior pars plantę est cortex radicis eius. Nec hoc dicunt aperte Græci, sed cum maiorē quantitatem præbeat Diosc. radicis quā feminis, vī minus potētem existimasse, & folia debiliora radice eadē rōne, quia. s. plus eorū dat, quā radicū, vel seminū. Lac vero an putauerit fortius incertum ita est sicuti incerta est cochlearis mensura. Gal. n. septimo artis curatiuę, duplicis meminit cochlearis, maioris, videlicet, & minoris. Quicquid aut alij senserint, Gal. hūc ordinē ponit inter Lactariarū partes, vt opō fortissimū, radicē debilissimā, & semē, & folia in medio reponat. **C**ALIDÆ cōplexionis est, & sicca in principio tertij. Gal. Pityusā in ordinē nō redigit, sed eū vi similitē dicat lactarijs, quorū succos calidos, posuit in quarto ordine, vī quoq; Pityusę succū **D**RACVNCVLVS. LVF crispa.

A in eodē ordine statuisse. MIHI quoq; vī verbum cōueniēs. An id dixerit Rufus, nescio. scio aut scripsisse Auic. qđ sed ere in aqua frigida, superfluā eius abscindit purgationē. Paulus vī cum Mes. sentire. Forte dici posset, ex parua mora fluxū augeri, ex longa tolli, frigoris vi ad intima attingēte, & veluti stuporē inferēte. **E**T quidā ex lacte, & farina faciūt oblatas. De Pityusa scribit Dios. ex eius succo cū farina fieri cata potia. **D**OSIS corticis radicis eius à ceratijs duob. vsq; ad septem, & lactis ab vno ad tres. Exigua certe est quāritas. Dios. siquidē radicis Pityusę dr. 2. fructus vnā, succi cochleariū, foliorum ternas drach. exhibet. **R**Adicis Pityusę drachmas duas, fructus vnā; foliorum tres, succi cochlear dat Diosc. **S**YLV. **C**OST. **Q**uid hic ēt intelligat scebrā nomine indicatu diffici- **Q**le est. si. n. scebrā maius radices rotundas, habet, vt Mes. ait, nō pōt Pityusa Diosc. hoc esse, sed maius scebran erit potius apios, cuius hic imaginē damus, quē ēt Apuli rotundā esulā vocāt. minus vero fortasse Pityusa est, quā sub scebrā notē Serapion describit. eritq; hoc passio in his maioris, ac minoris differētia nō ex plantarū proceritate, sed ex radice desūpta: sed hoc neq; ipse austin affirmare, neq; multi alioqui in medicina vsus esse pōt huius medica mēti agnitio, adeo perniciosi, vt Mes. affirmat. Sanē quī scebrā minus, q̄, vt dixi, Pityusa esse videtur, maiori Mes. pferat, ex eiusdē ēt partibus radicis corticē deligit, vt minus noxiū, nō qđ valētius purget: importune ergo Manar. semē Pityusę radice imbecillius Græcorū testimonio differit. De tēperamento vero ēt, licet descrepare Mes. à Gal. idē Manar. credat, qđ hic in tertij ordinis initio calidā Pityusā facit, Gal. vero tithymalorū succos quibus hac est similitudo quarto ordine calidos putat: nobis tñ dissentire non videtur. si. n. Pityusę radix eiusdē lacte imbecillior est, vt Gal. nō negat; ipsā vero radicē in tertio ordine Mes. reponit (de hac. n. loqui ipsum pro certo habeo ex partibus ceteris deleta) ipsum ēt lac, vt in quarto ordine, vel propē quartum ponat, necesse puto. **A**RVM. LVF plana.



D



Mesue.

N ij de

DE SIMPLICIBVS.

De Luf. Cap. XXIIII.

ANT. **L**V F, idest Serpentaria est planta, que † dicitur collum draconis, & ex ea alia est planta habens folia: alia crispa. & radix planæ est ad nigredinem attingens exterius, interius vero alba est. † Crispa vero exterius, cineritia, interius vero alba, & ad citrinitatem declinat † & super vtriusque radicem eleuantur thyrsi habentes maculas ad modum serpentis.

ELECTIO. Melior pars totius plantæ est radix. Et melior radix est crassa, completa, & orta in locis liberis. † Et melius tempus collectionis est ver, & principium æstatis.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. † Inquit Dioscor. Crispa calidior est, quam plana. Et dixit Rufus, Plana calida est in primo gradu: Crispa in secundo. † Et dixit Gal. Plana calida est in principio secundi. Crispa in fine eius. Et est quasi verius. Et est in vtraq; caliditas, & acuitas, quæ posita in superficie cum substantia terrea est vinces plus. Et vtraq; est absterfiva, incisiva, penetrativa, & aperitiua, subtiliatiua humorum crassorum, & viscosorum adherentium. Crispa autem ad hæc omnia est fortior.

RECTIFICATIO. † Nocet vtraq; acuitate sua, & stomacho, & hepatis debilibus, faciens reumatizationem, & mordicationem. Et reumatizat ad stomachum materias à vicinis membris. Et illud, quod magis sapientes elegerunt ad corrigendum primum nocuum in ea, est, vt propinetur cum rob, aut cum melle passularum, & speciebus alesanguinis. Et tollitur secundum nocuum eius permiscendo ei aliquid ex rebus stomachicis stypticis, sicut est massix, & citonia; & propinare trochiscos diarrhodon, post eius exhibitionem, tollit enim secundum nocuum ipsius. Electarium, quod sibi comparat Hamech super iuuamento, cuius non est dubietas in resoluendo humorem crudum in stomacho, & membris nutritiuis, & renibus, & sanat hæmorrhoidas, & resoluunt ventositates earum, & confert dolori earum, & doloribus renum, & excitat coitum, cuius permixtio hæc est. Mandetur radix crispa, & lauetur in vino. Deinde coquatur in aqua, & quandoque non coquitur, & est fortius, & teratur, & sint eius libr. ij. rob. libr. vj. Et alibi habetur. Mellis, & rob. ana libr. iij. piperis, cinnamomi, zingiberis, macis, gariophyllorum ana drach. vj.

DOSIS eius est, à drachm. iij. vsque ad drachm. vj. Confectio hieræ luf descriptione Hermetis super quam expectatur fiducia expertorum iuuamentorum ad dolorem capitis, & hemicraniam, & vertiginem, & epilepsiam, & tremorem, & torturam, & paralytim. Et educit superfluitates humorum viscosorum, & crassorum, & subtilium à capite, & neruis, à stomacho, & iuncturis, & à toto corpore. Et confert iuuamentum magnum doloribus iuncturarum, & doloribus renum, & doloribus matricis, cuius hæc est permixtio. Recip. aloes, vnciam vnam, interioris colocynth. drach. viij, ra-

E dieis vtriusque luf sicca, ireos, turbit, agarici, sagapeni, myrabolano, citr. chebolorum Indorum, ana drachmam vnam, & s. & zingib. cinnamo. mastich. ellebori nigri, & euphorbij, asfari, cassia lib. salis Indi, croci, castorei, apij, cheifim, feminis mezereon, siccados, ana drachm. vnam, scilla assata drachmas ij. & s. & scammon. drachm. ij. Fiat omnium contritio bona, & inuoluatur puluis in succo cucumeris asinini, quantitate, qua bene inuoluatur. Deinde siccetur, & iterum denno inuoluatur in prædicto succo, & oleo pauco nucum, deinde siccetur, & inuoluatur melle despumato, quantitate, qua fiat totum, sicut pasta, & propinetur post sex menses, & sit dosis eius, à drachm. j. vsque ad ij. † Dixit Philagrius, sicut tortelle, ex radice planæ recentis, & mundæ, & triæ vltima contritione, cum pondere sui de farina tritici, & coquatur, sicut panis, & propinetur omni mane habentibus hæmorrhoidas, & delet eas. Vtraque autem luf de decoctione sustinet ad plenum.

POSSE. † Solutione educit phlegma subtile, & crassum, & mundificat, & confortat renes. Et † prouocat vrinam, & excitat coitum. Et † est ex rebus mundificantibus pectus, & pulmonem, & confert eis, super quibus timetur frequentia asthmatis, & tussis, propter exuberantiam humoris viscosi in eis, & proprie loch, ex succo eius cum melle, & rob, & quandoque administratur cum ouis, & valet similiter. Dixit Democ. iuuamentum vtriusque speciei eius est magnum omnibus doloribus hæmorrhoidarum, & ventositatibus earum, secundum omnem modum administrationis ipsius, etiam suppositum, & emplastratum, & nos experti sumus. Et est magni iuuamenti super crudum humorem, qui est in stomacho, & renibus. Et dixit Galenus. Resoluit apostemata dura, & duritiem splenis, & aliorum membrorum. Et confert vlcibus frandulentis, & fistulis, consumit additiones carniū in eis, & consumit additiones carniū in naribus, prohibet corrosionem fieri in eis, & cancerum. † Succus autem eius cum melle destillatur in aurem, & confert tinnitui, & surditati, & dolori auris, & abstergit forditias eius, & exicat vlcera ipsius. Vtraque ipsius species est ex rebus, quæ mundificant faciem: & abstergit foeditatem cutis, & delet pannum, & lentigines, & morpheam, & proprie cum melle. † Et fiat emplastrum ex ea, cum melle, & stercore caprarum super podagram, & contusionem neruorum, & confert doloribus eorum. Suppositio facta ex ea educit menstrua, & facit abortum, & dicitur, quod fugat serpentes, & viperas, & vermes venenosos.

SYLV.
Luf a byris de
m. luf a
Dioscor.
Philagrius
luf a byris
ana.

Dioscor.
Philagrius
Luf a byris
ana.

De Dracunculo. Cap. XXIII.

DRACVNCVLVS (collum draconis dicta à quibusdam) duplex, vnus folis planis, radice foris nigricante, intus alba, alter est folijs crispis, radice foris cineritia, intus alba pallefcente. Caulis vtriusq; maculis, ceu serpentis est variegatus. Radice valet, magna, perfecta, in locis liberis nata, legenda Vere: aut Aestatis initio. Crispa Dioscoridi calidior, quam plana. Nam Rufo illa est calida secundo gradu, hæc primo, seu potius cum Galeno crispa calida in fine secundi gradus, plana in principio eiusdem. substantia constat ignea, calida, acri, superficialia terrea largiore. Terget, incidit, tenuat humores crassos, & lentore hærentes, aperit, penetrat, sed crispa potentius, quam plana. Pituitam tenuem, & crassam purgat, etiam à thoraçe, & pulmonibus, ob id asthmatis, & tussi humidæ cõfert, præsertim eclegmate ex succo eius, & melle, & sapa, vel data cum ouis, renes roborat, vrinæ mouet, venerem excitat. Vterque hæmorroidum dolores, & flatu vel suppositus, vel emplastro ad motus, vel quouis alio modo vsurpatus, mire sedat Democrito, id quod experti sumus. Humorem quoq; crudum ventriculi, & renum mire iuuat. Tumores etiam duros splenis, & aliarum partium resoluit, carnem supercrefcentem in vlcibus fistulosis, & malignis, & naribus consumit, rosionemq; ac cancrum in eis nasci prohibet. Succus eiusdem cum melle in aurem instillatus tinnitum, surditatem, dolorem auris sanat, terget eius sordem, & vlcera in ea siccat, faciem vterque terget, & cutim expurgat, lentigines, pannum, alphas, præsertim cum melle delet. Cum melle item, & stercore caprarum podagram, & contusionem neruorum, & dolorem emplastro sanat. Pessio menses trahit, & abortum facit. Fugare etiam serpentes, viperas, vermes venenosos dicitur. Vterque dracunculus nocet acrimonia sua ventriculo, & hepatis imbecillis, morsuque suo ex vicinis partibus in ventriculo fluxionem allicit. Priorẽ noxam periti prohibent, miscendo sapa, aut mel vuatum, & aromata: secundam additis stomachicis adstringentibus, vt mastiche, cydonijs, trochisci quoque diarhodon post dracunculum sumptis. Hamech verò ex radice crispæ, in vino lota, cocta si imbecillius vis medicamentum, non cocta si valentius, trita ad libr. ij. cum sapa libr. vj. vel mellis, & sapa ana lib. iij. & piperis, cinnamomi, zingiberis, macis, cariophyllana drach. vj. facit electarium dandum à drac. iij. ad drac. vj. quod certissime humorem crudum, & ab eo flatu in ventriculo, partibusq; alijs nutritionis, & renibus resoluit, & inde natum harum partium dolorem mitigat, hæmorroidas sanat, venerem excitat. Ex eadem radice Hermes hieram descripsit efficacem ad cephalalgiam, hemicraniam, vertiginem epilepsiam, paralysem, tremorem, torturam. Humores enim crassos, lentos, & tenues educit à capite, neruis, ventriculo, iuncturis, & corpore reliquo. Ob id

A natis inde doloribus renum, iuncturarum, veteri, mire subuenit. Recipit autem aloes vnciam j. pulpæ colocynthidis drachm. viii. radices vtriusque dracunculi siccæ, ireos, turbit, agarici, sagapeni, myrobalanorum citreorum, cepularum, indarum ana drachm. i. & semissem, zingiberis, cinnamomi, mastiches, ellebori nigri, euphorbij, asari, casia lignæ, salis Indi, croci, castorii, apii, libystici, seminis thymelææ, stachados, ana drachm. i. scilla affatæ drachmas ii. & sem. scammonii drach. ii. Omnia curiose terantur, & succo cucumeris comprehendantur, siccentur, iterum eodem comprehendantur, & paucum oleo iterum siccentur, & melle despumato excipiantur in mazæ crassitiem. Post sextum mensem detur à drach. i. ad drach. ii. Philagrius ex radice plani recenti, munda, pertrita curiose cum æquali farina tritici tortellas format, & panis modo coquit, & dat quotidie ad hæmorroidas delendas. Vterq; dracunculus perfectam collectionem sustinet.

De Lus.

DE tribus plantis scribunt Græci, magnam inter se affinitatem habentibus, Dracontio videlicet maiore, & minore, & Aro magnæ (vt inquit Plin.) cum Dracunculo litis. Theophrastus Arum genus putauit, diuersas sub se species continentem: hunc Syri, teste Dioscor. Lupha vocant, Serapion sub Lus nomine, eodem capite de Aro scribit, & minore dracontio, & similiter Auicem. sed dracontium appellat Lus crispam. Aron planam: in remedijs tamen vtrunq; miscet dracontium. Mes. Auicem. (vt fere solet) secutus est. **DICITVR** collum draconis. Dracontium dicitur, vel dracunculus. Radix planta est, ad nigredinem attinens exterius, interius alba. Aron dicit Dioscor. habere radicem albam, similem Dracontio, Plin. nigram. **CRISPÆ** verò exterius cineritia, interius verò alba, & ad citrinitatem declinat. Dioscor. radicem maioris dracontii dicit candidam, rotundam, cum tenui cortice. Minoris, bulbosam, raphano similem. Adeo autem albam dracontii radicem putauit Hipp. vt absoluto sermone radicem candidam cum dicit, eam intelligat. **ET** super vtriusque radicem eleuantur thyrsi, habentes maculas ad modum serpentis. De maiore dracontio ait Dioscorid. quod caulis colore est adeo vario, vt sit similis draconi. De minore quod varium habet caulem, serpenti similem, cum purpureis lituris. de Aro quod in purpuram tendit. **ET** melius tempus collectionis est ver, & principium æstatis. Radicem vtriusque dracontii melle colligendam, docet Dioscor. **INQVIT** Diosc. Dicit Dioscor. quod minorem acrimoniam ostendit Aron, dum manditur, quam dracontium: & Galenus, quod dracontium acrius amariuscque est, & propter hoc tenuium magis partium, & calidius. Aro. **ET** dicit Galen. plana est calida in principio secundi Galenus Aron dicit calidam, & siccam in primo. Dracontium verò non ponit in aliquo ordine, sed dicit calidius Aro. **NOCET** vtraque acuitate sua, & stomacho, & hepatis. Ratione adstringentis virtutis, quæ amara, & acri coniungitur, est inter efficacia, & præcipua medicamina secundum Galen. reponenda, nec videtur multum posse nocere. cum scribat Dioscor. quod radix minoris cruda, & cocta, more oleum à sanis estur, nosque vidimus homines folijs libenter vesci, & absque noxa. Gale. etiam inter ea quæ vescenda sunt, Ari & dracontii radices in libro de elcisc enumerat. **DIXIT** Philagrius. Plin. dixit Cleophan.

Mesua.

N ij tum

Drum pda
pistillat
Dio. folia om
sile recentia
vel sicca arti
culi pedari
Plin. casti
zatio.

MAN.

DE SIMPLICIBVS

tum dedisse purulenta excreantibus, farina permixtum in pane cocto. & Diosc. quod in Balearibus insulis parantur placent ex radicibus minoris, cum melle, & in conuiujs dantur. SOLVTIONE educit phlegma.) Græci non videntur vim ad purgandi per inferiora, vel superiora adscribere: Galenus siquidem, & Paulus eum sequens, expurgari ab eo viscera dicentes, non videntur de ea purgatione loquuti, quã habent medicamēta cathartica vocata, sed de obstructionis refectione intellexisse, quod patere potest per verba Galeni dicentis, crassos præcipue, & tenaces attenuans humores Plinius tamen dixit folia ex sale, & aceto sumpta, aluum inanire. PROVOCAT Vrinam, & excitat coitum.) De minore scribit Diosc. quod vrinam, & venetem excitat radix pota in vino. De maiore tantum, quod venetem. ET est ex rebus mundificantibus pectus, & pulmonem.) De vtroque hoc scribit Diosc. ET confert vlcibus fraudulentis.) De vtroque etiam scribit Diosc. Galenus vero ait semine curari Cancrum, & Polipum. ET fistulis.) Collyrijs factis cum melle, ait. Diosc. SVCCVS autem eius cum melle destillatus in aurem.) Cum oleo dicunt Diosc. & Plin. & loquuntur de succo seminis. ET fit emplastrum ex ea, cum melle, & stercore caprarum ad podagram. De Aro scribit Diosc. quod priuatim podagris illinitur. Plinius, folia cum sale recentia, vel sicca articulis podagricis. ET facit abortivum.) solus odor radicis secundum Diosc. Multas alias vires potest Plin. & Diosc. colligere. ex quibus vnam tantum addam, quod in pestilentia salutaris est radix in cibis.

COST.

Lus crispum minorem dracunculum, planum verum esse intelliges si, & quã hic scribit animadueritas, & Serapionem atque Auic. consulas quos amulatur. namque licet in his pingendis breuissime se expediat, ita tamen vtrunq; ob oculos ponit, vt absque diuinatore, si velis, quid velit intelligas. Quum enim lus vtrunq; draconis collum vocari ait, & caules ferre serpentis modo comaculatos, si modo dracunculum vnquam vidisti, diffiteri non potes eius speciem aliquam describi. Distingui vero id quod dracunculus spectatim vocatur ab aro, ex radicis delineatione intelliges. vbi scilicet dracunculum, radice foris cineritia, arum nigra esse didiceris. Neque autem mirum, quod eodem nomine dua planta genere distincta Mauritanis veniant, quando & Græcis Theophrasto auctore lib. 7. de plant. historiarum sub dracunculi fuit nomine usurpatum. Porro quedam hic animaduerstone digna occurrunt, ac primum, lus plana, id est ari radicem foris nigram intus albam asserit: Dioscor. vero albam foris esse affirmat, & dracontio similem. De legenda quoq; radicis huius tempore differens, vere & æstatis initio colligi iubet: Diosc. vero in messibus. Quum item de huius castigatione verba facit, obesse ait ventriculo, atque hepatis imbecillis. at contra, ratione adstringentis facultatis, quã amara, & acri adiungitur, putat Manard. inter efficacia medicamenta esse reponendum, & carere noxa, quum præsertim ari, & cruda, & colla radix, necnon eius folia in ciborum vsum veniant. De viribus etiam postremo lis exoritur. quum enim Mes. inter soluentia medicamenta hoc reponat; talem vim tamen non videntur illi adscripsisse Græci, expurgari ab eo viscera dicentes, id enim de obstructionis refectione intelligendum, quum Galen. ad crassos, & viscidos humores ipsum probet. Caterum vt his satisfaciamus, quod Mesues lus plana, id est ari foris nigram, intus candidam radicem asserat; crispam autem, id est dracunculi extra cinerem intus albam, sed ad luteum inclinantem scribat: non discrepat à Dioscor. neque veritati ait repugnantia. Dioscovides equidem non extimum quo radix obducitur corticem, sed intimum

Cap. 11.

E ac illius veluti cutim obseruat: Mesues de extimo illo meminit, quem in aro magis, in dracunculo minus atrum videre re ipsa licet, dissecta autem radix alba est, sed candidior in aro, quam dracunculo, vt propterea non temere Mesues dracunculi sui radicem exterius cinereo colore, intus autem albo vergente ad luteum esse dixerit. alioquin candida est radix tota, præsertim si non aro com paraueris. Quod autem hic vere, aut æstatis initio erudam esse radicem hanc scribat, non est à ratione alienum. tempus deligere hunc puto, quo, succo nodum in folia, aut caulem diffuso, radix humore adhuc multo est prægnans, tunc vero viribus maxime pollet. in messibus autem folia defluunt, atque adeo ab instituto non recedit Diosc. tunc legendas radices generatim præcipiens, quum folia decidunt. Vterque ergo rectè. Verum sicuti vbi ex dracontij ari ve radice colligendus est succus, ver maxime opportunum tempus videtur: ita vbi seruanda ipsa est radix, expectare etiam foliorum defluuium decet. At vero, ari dracontij ve radix ventriculo, atque hepatis noxia sit, consulendum experimentum, consulenda vero, & ratio. hæc certe Mesua astipulatur, quando acrimonia huic medicamento inest insignis, cuius gratia detergere valenter potest, & à Galen. inter efficacia medicamenta reponitur, astricilio autem, tam imbecilla, vt acrimonia temperare vires nequeat. Licet vero arum quod Cyrenaicum est 2. de alim. facult. in cibum veniat rapa modo, minime scilicet acre, ac medicamentosum; non absq; noxa tamen vsu veniat Asiaticum, aut Italicum, cui & acrimonia, & medicamentosum virus inest insigne. Folijs vero ari libenter vesci nonnullos, vt Manard. ait, & absque offensa, non mirum, quum & marina brassica, & sambuci cima, & alia id genus multa in cibos interdum veniant sine presenti noxa. at crebro vsu obseruanda res est mea sententia, tunc vero an obsit æstimandum. De purgandi facultate, quod sequitur, licet vere Galen. de differtice non etiam de purgatrice vi verba faciat, quod Manard. obijcit; ab experimento tamen non est descendendum. Plin. folijs purgandi vires ascribit, nec desunt, qui aluum huius radicis vsu expurgari, obseruisse affirmant. quod etiam eiusdem acrimonia potest persuadere. Reliquas autem vires quas huic medicamento Mesues tribuit, si ad experimentum, & rationem reuocaris, confiteberis ipsum non desipere, quamuis ab alijs interdum variet.

De Alfescera.

Cap. XXV.

Fescera est planta quam vocant vitem albam † cuius radix est terre coloris exterius, interius vero alba, & eleuantur super radicem eius stipites multarum inuolutionum super alias arbores, & nascuntur super ea botri sicut botri vuarum, & vocantur lupinæ, † & est species eius fescere sin, * cuius † radix est cineritia exterius, & interius alba non albedine prioris, & vocatur cucurbita reptilium.

COMPLEXIO, & proprietates. † Fescera inquit Dioscor. calida est, & sicca in tertio, † & est composita ex partibus igneis cum partibus terreis adustis, & igneitas est dominans, quare est acris, mordaciatua cum amaritudine pauca. † Et dixit Galen. est in ea de stipticitate aliquid & est incisua, rubificatiua, subriliatiua, & absterfua. Fescere sin vero est minus calida, & parsterfua in ea est maior igneitas eius, propter quod est

ANT.

116 117

est cum amaritudine vincente super acridinem ipsius, & est in omnibus debilior, quam fescera.

RECTIFICATIO. De rectificatione autem eius fit secundum quod diximus in luf. propter quod pars ista continuatur illi. Confectio alfecera, quam scribit Democ. mundificans cerebrum, & nervos, & nucam, & est afferens iuuentum manifestum epilepsiae, & vertigini, & paralyti, & agridudinibus neruorum frigidis. cuius haec est permixtio. Accipe radice alfecerae mundatae, & contritae libras v. mellis passularum libras iij. scillae assatae, pinearum mundatarum ana vnc. j. & s. nucis mulcatae, cordumeni, macis, zingiberis, ana drach. ij. caryophyl. piper. long. ana drach. j. & s. feseleos, salis gemmar, galliae ana drach. j. & s. agarici drach. iij. scocchados drach. j. s. Dosis est a drach. ij. vsque ad v. Datur post sex menses. Inquit idem. Accipe succi eius vnc. v. aceti scillitici libram j. aquae coctionis origani, hyssopi siccae, leuistici, feseleos, cordumeni, scocchados, libram j. mellis passul. libr. v. mellis libras ij. fiat syrupus valens ad ea, quae diximus, & est dosis eius vnc. ii. Dixit filius Zesar, Fiat ex succo eius, & melle passularum hoc bonum ad asthma, & tussim.

POSS. Vtriusque radix, & proprie succus eius solutione educit phlegma, & prouocat urinam, & mundificat cerebrum, & nervos, & membra anhelitas a superfluitatibus phlegmatis, & putridis, & aperit oppilationes viscerum, & renum, & confert secundum omnem modum administrationis eius epilepsiae, & vertigini, & agridudinibus neruorum frigidis, & affert iuuentum manifestum tussi, & asthmatis, & proprie sumptum lambendo. & confert dolori laterum, & comeditur talis eius in primis cum crescit, & proprie cum speciebus, & confert foetori oris, & proprie corruptioni stomachi. Verumamen permiscet spiritus in cerebro, sicut dicitur eius vsus frequens. & est ex resoluentibus apostemata dura, & apostemata splenis; & proprie emplastrum factum ex ea cum ficibus, & vino, & similiter oxymeli eius sumptum continue, & abicindit cum vino panaritium, & confert vlcerebus malis. extrahit fracturas ossium, & spinas, & ligna, & proprie cum vino, & melle. Sorbitiones factae ex succo eius, & frumento decocto, & melle faciunt exuberare lac, & sedere in coctione eius, mundificat matricem, & facit abortum, & etiam suppositum, & comestum. Radix quoque eius, & succus eius abstergit faciem, & foeditatem cutis, & pannum, & vestigia, quae remanserunt post vulnera, & proprie cum farina cicerum, & fabarum. & cocta cum oleo aufert occultationem sanguinis. Confectio trochiscorum clarificantium faciem, & abstergentium foeditatem cutis, & facientium colorem bonum cum permixtione rubedinis. Accipe farinae similaginis, farinae hordei, ciceris albi, farinae fabarum, amygdalarum dulcium, tragacanthi, omnium, ana drach. ij. radice fescere siccae drach. j. s. fac trochiscos cum albumine oui, & lini cum aqua hordei, & post duas horas ablue cum aqua fursuris. Ex succo autem fescerae, melle & vino, & proprie partibus aequalibus fit potio ad serophulas, & est ex-

apertum, & similiter fit emplastrum ex ipsius radice & melle, & delet eas. Confert autem moribus animalium venenosorum.

DOSS autem radice fescerae est ab aur. j. vsque ad aur. ii. & succi est a drach. j. vsque ad ii. & similiter fesceresin.

VITIS ALBA.



De Bryonia. Cap. XXV.

BRYONIA est planta, quam vitem albam vocant, radice foris terrei coloris, intus alba, ex qua pullulant stipites arboribus alijs plexu multiplici inuoluti soliti, & in his racemi vuis similes, quos vuas lupinas vocant. Alia est vitis nigra radice foris cineritia, intus alba, minus tamen quam prior, quae reptilium cucurbita dicitur. Minus item calida, & ad omnia imbecillior, quam alba, quod in ea plus sit substantiae terreae amarae, quam igneae aeris. Bryonia enim Diosc. calida, & sicca ordine tertio, constans substantia terrea, pauca adusta, ob id amara; multa autem ignea, acri, mordente. Galeno autem incidit, tenuat, terget, rubrificat, subadstringit. Vtriusque radix, ac praecipue succus, pituitam etiam putri cerebrum, nervos, partes respiratorias purgat, obstructions viscerum, & renum aperit, urinas mouet. Quapropter epilepsiae, vertigini, & ceteris [cerebri, &] neruorum affectibus frigidis confert aperte, ac etiam tussi, & asthmatis, praesertim lambendo sumptum, & laterum dolori. Turiones eius cum primum crescunt, eduntur praecipue cum aromantibus, orisque odorem tetrum emendant, praesertim

SYLV. Haec radice foris nigra intus alba. Diof. viti alba ad omnia similes. sed imbecillior. sicut viti. Simil. folia sua. sicut radice di. et aere.

Hoc non habet Galen. lib. 6. simpl. Radice eius a. annis 20. et potius datur epul. quae Diof. for.

NT.

DE SIMPLICIBVS.

ferim quem humorum in ventriculo corruptio E excitat. Spiritus tamen in cerebro miscere dicitur vsu crebro. Tumores duros etiam splenis resoluit, praesertim cum vino, & ficis emplastri modo imposita radix, & oxymelite ex hac facta, & sumpto. Paronychiam cum vino sanat, confert vlcibus malignis, fragmenta ossium extrahit, & spinas, & ligna, praesertim cum vino, & melle, sorbitio ex succo eius, frumento cocto, & melle, lac auget, bene coctum vterum purgat, abortum facit sumptus, & suppositus. Tam radix, quam ipsius succus faciem terget, & cutis reliqua foeditatem, pannum, vulnere vestigia, praesertim cum farina cicerum, & fabarum, coctumque cum oleo sugillata delet. Fiunt inde trochisci faciem claram reddentes, foeditatem cutis tergentes, colorem bonum, ac roseum, seu rubro permistum facientes. Accipe farinae purae, tritici, hordei, ciceris albi, fabarum, amygdalarum dulcium, tragacanthi ana drachm. ii. radice bryoniae siccae drachmam vnam, & dimidiam, cum albumine oui fac trochiscos, line cum decocto hordei, & post duas horas ablue decocto surfuris. Ex succo autem bryoniae nigrae melle, & vino praesertim ana, fit potio ad strumas experta, & emplastrum ex ipsius radice, & melle eisdem delet. Confert moribus animalium venenosorum. Corrigitur vt dracunculus, ob id illi mox hanc subieciimus. Et bryonia medicamentum a Democrito compositum aperte efficax, ad epilepsiam, paralysem, vertiginem, & caeteros affectus frigidos cerebri, spinalis medullae, & ortorum vtrinque neruorum, accipit radice bryoniae mundatae, & trite, libram dimidiam, saepe, vuarum passarum lib. iiii. scillae assatae, strobilorum purgatorum ana vnc. j. & semissem, nucis moschatae, cardamomi, macis, zingiberis ana drach. ij. caryophyllorum, piperis longi, stachados ana drach. j. & semissem, seseleos, salis gemmae, galliae ana drachm. j. spicae drach. s. agarici drach. iij. Datur post sex menses a drach. ij. ad drach. v. Idem accipit succi bryoniae vnc. v. aceti scillini libram j. aquae coctionis origani, hyssopi sicci, libystici, seseleos, cardamomi, stachados ana drachm. j. saepe, vuarum passarum li. dimidiam, mellis lib. ij. Fiat syrupus idem pollens, quod prior compositio, si detur. vnc. ij. Ex succo eiusdem, & saepe vuarum passarum eclegma ad tussim, & asthma efficax, filius Zesar componit. Datur autem radix bryoniae, & vitis nigrae similiter ab aureo vno ad aureos duos. succus autem a drach. j. ad drach. ij.

De Alfescera.

MAN. Graeci Ampeloleucen, & Bryoniam, & Pyslotrum vocant. Latini Vitam albam. **CVIVS** radix est terrei coloris exterius, interius vero alba. (Dioscorides radice colorem non expressit. Plinius albam dixit & grandem. ET est species eius fesceresin.) videtur hic loqui de nigra, quam Graeci Ampelomelam vocant, Latini vnam Taminiã, Tamnum vel Tannon. **EIVS** radix est cineritia exterius, & interius alba, non albedine prioris. Loquitur de ea quam vocant fesceresin Arabes, & Latini Tamnum: De cuius tamen radice

ait Diosc. quod foris est nigra, intus buxei coloris. **FESCERA** inquit Dioscorides calida & sicca in tertio. Hic est manifestus error. siquidem (vt alias saepius diximus) de medicinarum gradibus non est locutus Diosc. Galenus radicem dixit moderate calidam. Noster Mesue secutus est Auic. qui tamen male sibi constat. Nam cum dixisset calidam in tertio, paulo post dixit, quod temperate calescit. ET est composita ex partibus igneis, cum partibus terreis adustis, & igneitas est dominans. Nec hoc dixit Diosc. sed quod folia, fructus, & radices acra sunt. ET dixit Gal. est in ea de stypticitate aliquid, & reliqua. De asparagis huius plantae dixit Galen. quod boni stomacho sunt ob stypticam, quam subamaram, & debilitate acrem habent. De radicibus vero, quod abstergunt, siccant, & tenuium partium sunt. **FESCERESIN** vero est nimis calida. Lege minus, non nimis, nihil enim de ea scribit Gale. nisi quod alba in omnibus est similis, verum debilior. **VTRIVSQVE** radix, & proprie succus eius, solutione educit phlegma. De alba dixit Diosc. quod succus radice vere exprimitur, bibiturque cum multa aqua, & pituitam educit. **EPILEPSIAE.** Drachmae pondere anno integro radix pota datur comitialibus, ait Dioscor. ET comeditur talis eius in primis cum crescit. Intellige primaeva veris germina, quae elix aluum, & vrinam mouent, si manduntur, secundum Diosc. & secundum Galen. ob stypticam, quod & superius dixi, sunt bona stomacho, Plures tamen virtutes adscribit Diosc. asparagis nigrae, quam albae scilicet, quod menses mouent, lienes minuunt, comitialibus, vertiginosis, & resolutis sunt viles. **VERNAMEN** permiscet spiritus. Dioscorides vbi multiplices radice vitis albae vsus ostendit in comitialibus, attonitis, vertiginosis, serpentum moribus, abortibus; subdit, mentem interdum perturbat. **EST** ex resoluentibus apostemata dura. Non duros tumores, sed phlegmonas discutere ex vino, emplastri modo impositam, & abscessus rumpere, dicit Diosc. ET apostemata splenis. Lienem, inquit Diosc. de alba loquens, liquat, trium obolorum pondere per dies triginta cum aceto pota. Postea subdit, Ad eundem cum fico vtiliter illinitur. Galenus, pota, & extrinsecus cum ficis admota. ET abscondit cum vino panaritium. Cum oleo donec colliquescat excocta, delet pterygia, secundum Dioscorides. de alba loquentem, & sugillata. ET confert vlcibus malis. De eadem alba inquit Diosc. folia, semen, radix acrem habent virtutem: vnde cum sale ad chironia, gangranica, phagedanica, & cum putredine eruzum vlcera, faciunt imposita. Et trahit fracturas ossium, & spinas, & ligna. Dioscorides de ossibus tantum scribit. Quod si radix albae trita emplastri modo imponatur, ossa educit. **SORBITIONES** factae ex succo eius, & frumento decocto, & melle. Diosc. non apponit mel, sed dicit, si succus cum triticeis granis decoctis bibatur, exuperare lac facit. Radix quoque eius, & succus eius abstergit faciem, & reliqua. ET subdit, & proprie cum farina cicerum, & fabarum. Dioscorides cum eruo ephelides ionthos, lentigines, ac nigras cicatrices. Confert moribus animalium venenosorum. Contra viperam morsus, ait Dioscorides, pota duarum drachm. ponderis.

DE vitis alba temperamento, quam fescera vocant Arabes, controuersia est. Hic ex Dioscorides auctoritate in tertio ordine calidorum, & siccorum ponit. At Dioscor. de temperamento, aut gradu nihil: Galenus contra temperate calidam putat: Auic. vero primo idem quod Mes. sentit, mox Galeo assentitur, scribens eam temperate calescere. Verum ad haec Dioscorides, & folia huius, & fructus, & radices acres esse ait, ac si gustatu radicem experire acrimoniam amari.

vari committant senties insignem: ac via vero qua sunt
 insigniter etiam calefacere Galen. non semel docet: quo
 fit, ut non perperam tertio ordine calida censetur, sed
 haec fortasse acrimonia humore multo quo ea scaturit
 dix obruitur, ac veluti temperatur: ut propterea licet
 gustum vehementiorem pro se ferat caliditatem, non
 nisi temperate tamen calefacit, ac merito à Galeno, &
 Auen. moderate calida iudicetur, hoc pacto si dicit
 hoc forte diffidendum potest: quoniam, neque ego hoc
 plane ansim affirmare, & expurgandi vis, quam huius
 radice succo inesse experimur, Mesue potius, quam
 Galeno asseritur. Unde etiam de Mesue hic repetam,
 quod iam saepe, non esse admirandum si Dioscoridem,
 aut Galen. eorum interdum auctores facit, quia ipsi non
 scribunt. habuisse enim Arabes Dioscoridis, aut Galeni
 libros non nisi deprauatos multa sunt, quae nos doceant.
 Alioqui vero, quae hic de sur addit, aut immitat, vera
 ne sint, an falsa non tam aliorum auctoritate (quod Ma-
 nard. facit) quam ratione suat expendenda. Porro duo
 hic scribit, quae non omnibus placent. alterum quum ait,
 [mundificat cerebrum] alterum ubi dicit [veruntamen
 permiscet spiritus in cerebro.] Primum equidem, quum
 antea medicamento huius succo pituitam expurgari di-
 xerit, pituita vero sedes cerebrum est auctore Hippo-
 crate. superius ergo (aiunt) hoc adiutum est, quod ex-
 purget cerebrum. Alterum vero etiam est suspensum,
 quum enim ipsomet Mesue affirmante hoc medicamen-
 tum epilepticis, ac vertiginosis opituetur, epilepsia
 vero, ac vertigo frequentius ex spirituum commotione
 procreantur, quam hoc medicamento sedari necesse est
 si eos affectus curat; qui fieri potest, ut idem spiritus
 etiam commoueat? Verum neque haec temere Mesue
 scribit. Vnde demum profectio pituita sedem cerebrum esse
 se Hippocrati, licet aduersus Galeni sententiam eius
 sedem ventriculum facientis, & aduersus rationem
 quando nucus vere est cerebri excrementum non pi-
 tuita: est enim pituita semicollis sanguis, nucus vero
 ille à sanguinis natura tam alienus, ut quavis collione
 verti in sanguinem nunquam possit, ut hoc tamen de-
 mus pituita sedem cerebrum esse: at imbecillum ta-
 men medicamentorum pituitam expurgantium vis ce-
 rebrum non attingit: propterea ergo non infulse cere-
 brum vitis alba usu expurgari commemorat, efficacem
 huius medicamenti facultatem significans, quod non pi-
 tuitam solum extrahit, sed à longinquis etiam partibus
 educit. Au vero alba vitis quum epilepsiam, & ver-
 tiginem arceat, spiritus etiam commouere possit; si Dio-
 scoridem consulas, fieri is vtrunque ait. quo vero pa-
 cto, & commoueri spiritus, & idem commoti sedari co-
 dem possint medicamento, d. ff. ile equidem est explicat-
 tu, si eiusdem generis motus sit qui sedatur, & citatur.
 Atqui diuersa res est, ut puto. Epilepsiam, & vertigi-
 nem facit vaporum qui ex pituita effertur inordinat-
 tus motus in cerebro: at insaniam animalium spirituum
 certa quadam intemperies, ac à naturali eorum statu
 perturbatio, coniunguntur autem insanis interdum vtra-
 que haec, & vaporum inordinatus motus, & spirituum
 animalium intemperies, ac perturbatio illa veluti etiam
 in ebrijs, at quum ebrijs stare loco nequeant, circumuerti
 putent omnia, ut vertiginosi; alij tamen insani multi ni-
 hil tale patiuntur id, quod non eandem vtriusque affe-
 ctus causam esse plane docent. cuius etiam rei id argu-
 mentum praebet, quod vertiginosi, ac epileptici non si-
 tim etiam sunt amentes, diuersum ergo spirituum mo-
 tum sedat idem medicamentum, & facit, ac propterea
 neque hic, neque Dioscorid. accusandus. Quod si quis ta-

men eandem motuum, & spirituum in vertiginosis, ac
 insanis specie esse contendat; nos certe quo pacto vtrun-
 que horum obeatur, fatebimur ignorare: fieri tamen
 vtrunque posse exemplo etiam tuobimur; opium enim
 sedare animalium spirituum motum potest, quod & sen-
 sus obligat omnes, & motum omnem aufert, atque idem
 tamen eosdem etiam spiritus concitat, atque alacres
 praeter modum, ac amentes eos reddit qui illo vtuntur.
 quod Turcis praesum inuitis euenire intelligimus. At-
 que referri equidem diuersorum horum effectuum cau-
 sa in certam, quam tam, vel intemperiem, vel mensuram
 potest. sed quauam aut qualis haec ipsa sit, non secus ac
 venenosum certa causa latent, latere nos hoc ipsum pro-
 ficemur.

CYCLAMINVS.



De Arthanita. Cap. XXVI.

ARthanita est panis alcurith, & ab alijs ANT.
 dicitur panis fauni, & ab alijs panis
 porcinus, & ab alijs cyclamen. Et in-
 uenitur ex eo magnum, & paruum.
 Magni autem radix est in modum rapae rotun-
 da, cuius pars exterior est terrea, nigra. Inter-
 ior vero alba. Et eleuantur super radices fron-
 des, & flores secundum temitam violarum
 subalbidarum sine eleuatione stipitis super eius
 radicem. Paruum vero habet radices inter-
 raneas plurimas in modum auellanae, & cice-
 rum.
 ELECTIO. vtrunque bonum est, & compe-
 tit vsui medicinae.

COM.

057

DE SIMPLICIBVS:

COMPLEXIO, & proprietas. † Calidæ complexionis est, & sicca in principio tertij. Et est † incisuum, subtiliatuum, calefactuum, resolutuum, absterfuum, mundificatum, aperituum oppilationum. Et est ex rebus sudorem exuberare facientibus. Et est ex maxime mundificantibus cutim, & ex remouentibus sceditatem eius.

RECTIFICATIO. Recipit de rectificatione hoc idem, quod diximus in capitulo de luf, & in capit. de alfecera. † Dixit filius Serapionis. Accipe succi eius drachm. iiii. & dissolue cum zuccharo, & coque vsque ad tertiam, & propinetur in mane, & est medicina certa, & experta ad icteritiam. Et dicit Græcus, Succus eius cum mellicrato, aut secaniabin, & proprie de quolibet partes æquales sumptæ, & coctæ secundum superiorem doctrinam est medicina experta ad icteritiam citrinam. Vnguentum arthanitæ ex inuentione Alexand. quo vngitur venter, & femur, & ilia, & soluit solutione cathartici. Et propinandum est non valentibus sumere medicinã. Et si linitur super stomachum facit vomitum. Et confert hydropisi, & solutione educit aquam citrinam. Cuius hæc est permixtio. Accipe succi arthanitæ libras iiii. succi cucumeris asinini libram vnam. olei irini libr. ij. butyri vaccini libram j. pulpæ colocynthidis vnc. iiii. polypodij vnc. vi. euphorbij vnciam j. Quæ terenda sunt tere & submergere in succis, & pone in vase vitreo stricti orificij, & stringe caput eius, & dimitte per octo dies. Deinde bulliat totum bullitione vna, & coletur, & pone super colaturam sagapeni aur. v. myrrhæ aur. iiii. ita quod resoluantur prius in aceto vini quantitate sufficienti. Aggrega omnia simul, & bulliant semper agitando cum fuste vsque ad succorum ferè consumptionem. Tunc ponantur cera vnc. v. fellis vaccini aur. v. & ferueant donec liquefiat cera, tunc accipe scammonij, aloes, mezereon, colocynthidis ana aur. v. euphorbij aur. ii. falis gemmæ aur. iiii. turbith aur. v. piperis long. zingib. chamæmillæ, cinnam. omnium ana aur. ii. Puluerizentur, & misce cum eis simul terendo in mortario donec perficiatur. Vnguentum aliud arthanitæ, & est resoluens apostemata dura splenis, & lapideitatem ipsius, & scrophulas. Cuius hæc est permixtio. Accipe succi eius, & viscositatis, quæ mulgetur ex radice silicis ana libram i. succi extrematum tamarisci. vnc. ii. olei irini libr. ii. hysopi humidæ ana vnc. xv. acceti vnc. ii. ammoniaci, bdellii vnc. i. & semiscera citr. vnc. vi. fiat sicut superius diximus. Arthanita decoctionem sufficientem sustinet.

POSSE. † Solutione educit phlegma mucilaginosum sumptum, & suppositum, † & etiam linitum super femur, & ilia, & partes adiacentes ei. Et aperit oppilationes viscerum, † & maxime splenis, proprie sumptum cum oxymelle, & similiter emplastratum, & confert colicæ phlegmaticæ, & ei, quæ fit ex retentione fecis, & est ex rebus mundificantibus caput, & oculos, † & proprie caputpurgium factum ex eo, & abscindit hemieraneam frigidam, & sodam, & confert torturæ, & paralyfi, & ad agritudines cerebri

phlegmaticas, & proprie si fiat Caputpurgium post assumptionem hieræ, aut theodoricon, aut pilularum scetidarum, & similiarum, † & confert Caputpurgium ex eo factum debilitati visus, & aquæ quæ descendit ad oculum. Et est experta res ad icteritiam, conuertens in vaporem, & fumum, & sudorem materiam eius, & proprie succus eius cum secaniabin, aut mellicrato, & oportet, vt sumens cooperiatur multum, vt sudet sudore vehementi citrino; † & secundum omnem modum administrationis eius confert duritiæ splenis, & aliorum apostematum, & scrophulis, & tam bibitum, quam suppositum prouocat menstrua, & est ex maxime aperientibus orificia hæmorrhoidarum, & dicitur quod si suspendatur in collo mulieris radix eius, non concipit, & linitur ex eo anus, & confert exitui eius.

DOSIS eius ab aur. ii. vsque ad drach. iiii. & proprie succi eius.

De Cyclamino. Cap. XXVI.

Cyclaminus panis dictus, his fauni, aliis porci, maior inuenitur, & minor. Maioris radix rape modo † rotunda, foris tetra & nigra, intus alba, a qua folia, & flores violæ nigræ similes, subalbi, sine caule. Minoris radix sub terra plurima auellanæ, & ciceri forma, vterque est medicatorius, calidus, siccus initio tertij ordinis, incidit, tenuat, resoluit, terget, expurgat, obstructions aperit, sudorem copiosum mouet, cutem scditate eius ablata omnium maxime expurgat. Pituitã lentam, & crassam sumptus, & suppositus, atque adeo femorilibus, & vicinis partibus illitus purgat. Obstructions viscerũ, præcipue splenis aperit, maximeque ex oxymelite, & sumptus, & emplastri modo admotus colicũ dolorẽ a pituita, aut stercore suppresso sanat, caput & oculos insigniter expurgat, præsertim errhyno ex ipso in nares recepto, præsertim post purgationẽ per hieram, aut Theodoricon, aut catapotia fetida, aut similia. Quapropter visui imbecillo, & aquis in ipsum ruentibus, hemieraneæ, cephalalgia, torturæ, paralyfi, & cæteris cerebri affectibus frigidis confert, errhyno, vt dixi, attractus. Ictericum sanat experientia certa, præsertim succo cum oxymelite, vel cenomelite sumpto, & operto deinde diligenter corpore. Nã sic sudore largo materia etiam in vaporẽ verã bilioso excremento exonerabitur. Duro lienĩ confert, quouis vtendi modo, & tumoribus aliis, vt etiam strumas iuuat. Menles mouet sumptus, & suppositus, hæmorrhoidas potèntissime aperit. Eius radix collo mulieris appensa conceptũ prohibere dicitur. Sedis procidentiam illitus iuuat. Corrigitur vt dracunculus, & bryonia, succi huius drach. iiii. cum saccharo solutas, & ad tertiam coctas, mane sumptas, icterum sanare certissimũ, & expertissimum affirmat filius Serapionis. Idẽ præstare succum cum cũ æquali portione oxymelitis, vel cenomelitis, vt prius, coctum, & sumptum Græcus testatur. Vnguentũ præterea est Alexandri

SYLV
Tunc p
mi.
† Tam
ell. & p
Caut
non
nido
Flu
quidam
purp
geat. P
ma
grad
tum
cui
didic
ordina
tione
Gal.

MAN.

dri ex cyclamino, quod ventri, femori, ilibus inunctum, alium deiectione purgat, stomacho autem vomitu vacuat aquas ferofas, idoneum hydropicis, & a medicamento abhorrentibus. Recipit autem succi cyclamini lib. iij. succi eucumetisagreitis lib. j. olei irini lib. ij. butyri vaccini lib. j. euphorbij vnc. j. paipæ colocynthidos vnc. iij. polypodij vnc. vj. trita, quæ teri possunt. succi octo dies mergantur in vase vitreo angusti oris, obstructo probe, post hos semel feruetur, coletur: colato, adde sagapeni, aureos quinque: myrrhæ autem tres in aceto prius dissolutos, quâto est opus. coque semper rudicula mouendo, donec succus prope omnis consumptus erit. tunc adde ceræ vnc. v. fellis vaccini aur. v. coque donec cæra liquata, tunc adde scammonij, aloës, cocci cvidij, colocynthidos, turbitih, ana aur. v. falis gemmæ aur. iij. euphorbij, piperis longi, zingiberis, chamemeli, cinnamomi, ana aur. ii. puluerizata in mortario permisceantur. Vnguentum quoque alterum ex cyclamino fit ad resoluendam duritiem splenis etiam lapidosam, & strumas, recipit succi cyclaminis, humoris lenti ex radice filicis emulsi, ana lib. j. succi extremorû tamaricis furtulorum vnc. ii. olei irini libr. ii. œsypi vnc. xv. aceti vnc. ii. hammoniacci, bdellij ana vnc. i. & semissim, ceræ flauæ vnc. vi. fac vt prius. Cyclaminus coctionem sufficientem sustinet. Datur præsertim succo ab aur. ii. ad aur. iiii.

De Arianita.

MAN. Cyclaminon Græci, Latini Rapum, vel umbilicū terræ, aliqui orbicularem vocant. MAGNI radix est in modum rami rotundi. Diosc. parum latam dicit, & res ipsa idem ostendit. CUIVS pars exterior est terrea, nigra, interior alba. Dioscorides absolute nigrâ dicit. Et eleuantur super radices frondes, & parum infra, sine eleuatione stipitis. Error est hic manifestus, caulem enim Diosc. & re ipsa teste, fert quatuor digitorum, sed nudum. Flores, secundum semitam violarum subalidarum. Error & hic. flores. n. communis Cyclaminis rosacei sunt, & ad purpurâ vergentes. Altera verò & secunda species, florem fert cæcidam: sed de ea nondum loqui cepit. PARVVM verò hêt radices subterraneas plurimas. Nescio vbi hæc inuenerit iste hom. Diosc. & Galenus radice esse aiunt inutili, nulla de hac pluralitate habita mentione. Calidæ complexionis est, & sicca in tertio. Gradû ei, nec Galenus determinat, nec Auic. ET est incisiuû, & reliqua. Adidit & aliam vim Gal. quod attrahit. DIXIT filius Serapionis. accipe succi eius drach. iij. Trium drach. pondere, ait Diosc. cum passo, aut mellicrato aquoso bibatur radix, in morbo arquato SOLVTIONE educit phlegma mucilaginosum. Pota, inquit Diosc. cû hydromelite, pituitam educit, & aquam. ET etiam linitum super femus. Succus illius umbilico pectini, & coxendicibus, dicit Diosc. aluû mollit, & abortum facit. ET maximè splenis. De altera Cyclamino scribit Diosc. quod denario acinorum eius, in vini albi cyathis duobus, per quadraginta dies poto, lien emittitur per aluum, & vrinam. ET proprie Caputpurgij Succus cum melle. ait Diosc. ET confert Caputpurgium ex eo factum debilitati visus, & reliqua. Non immisû naribus hoc facere scribit Diosc. sed inungi oculis suffusus, & hebetibus eius succum cum melle. ET secundum omnem modum administrationis confert duriti splenis, & aliorum apostematû, & scrofulis. Miscetur, inquit Gal. his que tubercula, strumas, omnesque durities discutiant. Multa quoque alia potest, sed hoc

A præcipue quod cum vino bibitur, contra venena omnia secundum Dioscoridem.

Cyclamini quum duas species faciat Dioscor. posteroiorem adhuc ignorant peritiores herbarij. Mesues priorem speciem describens in magnum, & paruum rursum diuidit. atqui an paruum hoc radice parua, & multiplici constans, specie re a magno differat, dissensio est. sunt enim qui eandem speciem putent sola atate differentem. Verum quum paruum hoc flores vere ipso promat Anguillario teste, ac radices semper paruas habeat; alterum verò flore at autumnno, radicibus inuitatur magis, duas has cyclamini species esse cõfiteri necesse puto. Quod autem magni cyclamini flores Mes. subalbidos esse dicat, non aduersatur Dioscoride. solet enim non tam purpureo, quam subalbido, ac etiam luteo flore spectari Anguillario adnotante. De stipite verò, seu caule quo Cyclamen carere Mes. ait Dioscor. quatuor inesse digitorum scribit, vt Manardus obiecit; nullus est qui non videat, cui flores insident, pediculum verius atque aptius, quam caulem num. upari. sed caulem tamen pro pediculo interdum vsurpare Dioscorides solet, vt in viola facit purpurea.

COST.

De Aristolochia. Cap. XXVII.

Aristolochia tres sunt species, scilicet, ANT. longa, rotunda, & alia cuius radix currit secundum semitam palmitum vitis.

COMPLEXIO, & proprietates. Inquit Diosc. Omnes calidæ sunt in principio tertij, sicca in secundo, & videtur quod longa sit calidior, & quâuis terreatas eius vincat super terreatatem rotunda. & videtur ex hoc quod rotunda sit subtilior, quare ad omnes operationes promptior. & est vtraque aperitiua opilationum, resolutiua, attractiua, & extrahens spinas, & fracturas lignorum infixas carni. & vtraque est subtiliatiua, sed rotunda magis propter id quod diximus. Alia vero species eius in omnibus his est debilior, propter illud non est famosa.

RECTIFICATIO. Soluendo non nocet, imò confert visceribus, & exigit in alijs de rectificatione secundum quod diximus in Luf, & de decoctione, & trituratione rem plenam sustinet.

POSSE. Solutione educit humiditates phlegmaticas; & dixerunt aliqui, quod etiam cholericas. & est ex rebus maximè mundificantibus pulmonem, & pectus a phlegmate, & putredinibus, & confert iuuamentum manifestum, asthmatis, & tussi, secundum omnem modum administrationis eius, & etiam suffumigatio ex eo administrata per embotum. Confectio formarum quarum iuuamentum magnificatum est ad asthma antiquum, & tussim humidam, & proprie quando recipitur suffumigatio per interualla ex vna ea rum per traiectorium. Accipe aristolo. rotundæ, arsenici citrini partes æquales. Aggrega cum vitello oui, & fiant formæ sicut auellaræ. Adhuc autem aristolo. est ex rebus mundificantibus cerebrum, & est conferens epilepsia, & proprie rotunda. Confert etiam stomacho, remouens singultum ventosum, & sedat dolores omnes a ventositate, in visceribus, & aufert opilationes splenis, & ventositates in ipso, & proprie rotunda. & hoc cum oxymelle

Handwritten marginal notes on the left edge of the page, including the letters 'YLV' and some illegible text.

DE SIMPLICIBVS.

oxymelle radicum, † & omnes quidem species eius mundificant matricem foetarum, & prouocant mentua, & faciunt abortum. & rotunda quidem est ex medicinis magnis ad vlcera mala fraudulenta, & est mundificans fistulas, & generans carnem in ipsis: & emplastratio ipsius cum melle, & sale pauco, confert podagra, & contu-

sioni lacertorum. Cum hydromelle autem curat vlcera aurium, & corroborat auditum. Acetum autem coctionis ipsius stringit gingiuas, & remouet putredines ab eis, et si confricantur cum ea dentes abstergit eos. † & est medicina bona rigori febrim.

DOS. S. eius est à drach. j. vsque ad aur. j.

ARISTOLOCHIA LONGA

ARISTOLOCHIA ROTVNDATA



De Aristolochia. Cap. XXVII.

SYLV.
Longa mat. ro-
tunda semina
Dioscor. Arist.
non Dioscor.
sunt hi gradus.

Aristolochia † tres sunt species, † longa, rotunda, & clematidis, id est sarmentaria dicta, quod radices vitis sarmentorum similes spargat. Omnes calidae sunt Dioscor. in principio ordinis tertij: sicca secundo; longa tamen calidior videtur, quamuis terrae in ea substantia plus sit, quam in rotunda, quae ob id tenuioris est substantiae, & ad omnia efficacior. Vtraque tamen obstructions aperit, resoluit, attrahit, spissas extrahit, & lignorum fragmenta carni infixata tenuat; sed haec omnia rotunda magis ob dictam prius causam. pituitam purgat, & quorundam sententia etiam bilem, thoracem quoque, & pulmones pituita etiam putri expurgat insigniter: quapropter tussis humida, & asthmatis etiam antiquo maxime prodest, quoniam vsus modo, etiam si suffitu vaporem per infundibulum aeger inspiret, horum praesertim trochiscorum accipientium. Aristolochiae rotundae, arsenici pares portiones comprehendendas oui vitello in trochiscum, aut auelianae formam fingendas, vnius sumum certis intervallis, vt dixi, per infundibulum inspiret aeger. Aristolochia, quo-

que, praesertim rotunda, cerebrum expurgat, ob id epilepsiae confert, stomachum etiam eadem iuuat, singultu à flatibus conflictatum. Hos enim non modo à stomacho, sed liene, & alijs visceribus dissipat, horumque obstructions liberat, & natos inde dolores sedat, praesertim cum oxymelite radicato. Omnis autem Aristolochia vterum a partu † expurgat, menses mouet, abortum facit. Rotunda praeter haec, vlcera maligna, fistulas mire iuuat, quia terget, & carne implet. Podagram quoque, & musculos contusos cum melle, & pauco sale emplastri modo admota iuuat, cum hydromelite vero curat aurium vlcera, & auditum roborat. Acetum denique cui incocta est, gingiuas adstringit, & putredinem ab his aufert, dentes quoque confricatu deterget. Rigor etiam febrili remedium est singulare.

Purgando non nocet, sed visceribus confert. Quod ad alia attinet, vt dracunculus, corrigenda.

Coquiterique plurimum potest. Datur à dr. j. ad aur. j.

De

De Aristolochia.

MANA. **A**RISTOLOCHIA, apud Græcos hoc nomen adeptæ est, quod ad ea, quæ in puerperis deficiantur, optime faciat. Latini ferè eodem nomine appellant: sunt tamen qui malum terræ, siue oraticum vocant. **A**RISTOLOCHIAE tres sunt species.) Ad dunt nonnulli quartam, quam Pistolochiam nominant, vel à radicum multitudine, Polyrhizon Longa.) Marem hanc vocat Dioscorides. **E**T rotunda. Et hanc fœminam. **E**T alia, cuius radix currit secundum similitudinem vitis.) Clematicis hæc dicitur, quasi samentariam diceret, ramos tenues habens, & folia modicè rotunda, minori semperiuo similia. **I**NQUIT Dioscorides, omnes calidæ sunt in principio tertij.) Hic est error, sicuti, & alibi plerunquæ: non enim hoc Dioscorides, sed Auicenna. **E**T videtur, quod longa sit calidior.) Galenus dixit longam non minus calofacere, sed forte magis. **Q**VAMVIS terreitas ipsius vincat terreitatem rotundæ.) Minus tenuium partium est, inquit Galenus, quam rotunda. **E**ST vtraque aperitina, & reliqua.) Galenus absolute sermone dixit radicem vtilissimam esse ad medicum, cum sit amara, & subacris. De longa verò dixit, quod abstergit, & discutit, sed minus quam rotunda: & ideo vtilior est, vbi opus est moderate abstergere, sicuti in generanda carne, in vlcere, & vteri fomentis. **E**XTRAHENDVS (spinas.) Rotundæ hanc vim adscribunt Dioscorides, & Galenus: Paulus sesquidrachmam Clematicis educere ait, vt Colocynthim. **A**ctius drachmas duas fructus sicci, purgare bilem, et pituitam. **A**STHMATI, & tussi.) Rotundam dixit Galenus auxiliari asthmaticis, singultuentibus, epilepticis, podagricis, si cum aqua bibatur. Ruptis quoque, & vulsis, atque his doloribus, cui obstructions sequuntur, aut incocti spiritus crassitiem: sanare putredines, sordida vlcera expurgare, dentes, ac gingiuas limpidare. Et omnes quidem species eius mundificant matricies fœtarum.) Cum pipere, & myrtha pota, ait Dioscorides de longa: eademque posse subditum ex ea pessulum. Et est medicina bona rigori febrium. Rotundam ait Dioscorides, cum aqua potam valere rigori: & Galenus Clematicidem cum oleo: aut fuillo adipe inunctam: suffumigio verò graues ad febres.

COST. **A**ristolochia tres itidem species facit Dioscorides, vt & Mesues, rotundam, longam, clematicam: sed quæ nam clematis sit, adhuc dissentiunt recentiores. alij tenuem esse contendunt, quæ longis, & samentosis radicibus innixa passim reperitur. Contra alij ignorari clematicam putant, samentosamque illam longæ speciem esse autumant. hæc verò suscipit Matthiolus, & Anguillarius viri diligentissimi, quorum scripta hortamur, vt consulant studiosi. **P**orrò de Aristolochia nuncupatione controuersa est. Dioscorides ita vocari ait, quod *ἄριστον* sit *ἰαχίονος*, optima puerperis: Plinius quod *ἄριστον* sit *ἰαχίονος*, quod optima sit vtero habentibus. Atqui si aristolochia vives expendat, quæ abortum faciat, errare etiam Plinium videtur. Contra tamen quia postremo loco scribit Plinius gloriam summam aristolochia, id esse quod traditur, inditam eam vltius prægnantium cum bibula carne, mares figurare; emanasse ex hoc eam vocem, restatque de eius etymologia Plinium sensisse tueri, quispiam fortasse crediderit. Sed quæ gloriam hanc, non omni, sed longæ tantum aristolochia Plinius ascribat, quo pacto admitti hoc ex eo effectu etymon debeat, non satis scio. falsum cum potius suscipere

A suspicor ex malo Dioscoridem codice. legisseque *ἰαχίονος* per *ἰαχίονος*. neque enim tam rudem Græcarum literarum fuisse cum dixerim, vt harum dictionum vim ignoraret.

R I C I N V S.



De Albemesuch. Cap. XXVIII.

Albemesuch dicitur proprie granum **ANT.** Regum, & est ex eo aliud magnum, aliud paruum, & dicitur quod magnum est Kerua.

ELECTIO. Magnum, & paruum competunt vsui medicinæ, sed magis, magnum, quapropter eligitur.

COMPLEXIO, & proprietates. † Dixit Dioscorid. Calidæ complexionis est, & sicca in tertio. & dixit Hamech, est in principio tertij.

RECTIFICATIO. Meretur de rectificatione hoc quod diximus in ca. de Ben. Oleum autem vtriusque extrahitur sicut oleum de amygdalis.

POSSE. Facit vomitum, & solutionem laboriosam, & educit phlegma vehementer, & aliquando choleram, & materias à iuncturis, & aquam citrinam, † & coquantur grana eius, & proprie contrita in iure galli antiqui, & confert colicæ, & doloribus iuncturarum, & podagricæ, & dolori sciaticæ: & coquantur cum aqua casei, aut mulgetur super ea lac caprinum, & colatur, & confert hydropisi. † Oleum autem de Kerua confert colicæ phlegmaticæ ventosæ.

DOSIS. † Sumuntur ex Kerua à granis v. vsque ad vij. & vterius à granis vij. vsque ad xv.

Mesua. O De

DE SIMPLICIBVS

De Ricino. Cap. XXVIII.

SYLV.

† Magna est palma Christi, vulgo latini: vulgo cataputiam est patuit.

Oleum id ad lucernas est utilissimum, tenuius paruum, & caridius quam emmone. † Alij dederunt.

Ricinus granum regium est duplex, paruum, & magnus, (quod Kerua Mauris dicitur;) uterque medicamentis aptus, sed magnus magis, ob id eligendus. Calidus sicco gradu tertio Dioscorides. Hamech autem in principio tertij. Pituitam, ac interdum bilem violenter purgat deiectione, & vomitu, materias quoque, & aquam serosam à iuncturis attrahit. Dantur autem grana eius cocta, & trita in iure galli antiqui, conferuntque colico dolori, & iuncturarum, vt podagra, ischiadi, aut coquuntur in aqua casei, aut lac caprinum super ea mulgetur, & colatur, & datur hydropticis, vtiliter. Oleum autem cicinum, seu ricinum colico dolori à pituita, & flatibus confert. Corrigitur, vt balanus mirepsica. Ex vtroque oleum extrahitur, vt ex amygdalis. Datur à granis quinque ad grana septem, alterius à granis septem ad grana quindecim.

De Albemesuch, id est Kerua.

CICI vel Crotoma, Dioscorides, & Graeci Ricinum, Latini primam eius speciem vocant Nota satis planta. Mirasolem vulgo apud nos vocant & ad decorem solum in hortis ferunt, nescientes non exiguum ex ea, quæstum facile haberi posse, parato, ex semine oleo ad lucernas vtili. Aliud magnū, aliud paruum. Magnum iam diximus esse Ricinum: paruum Lathyridem Graeci, vulgo Cataputiam nominant. **D**ICIT Dioscorid. Calidæ complexionis, & siccæ. Hoc non dixit Dioscor. sed nec cuius sit temperaturæ. Galen. vim habere discutendi, & abstergendi dicit Ciceon, oleumq; ex fructu factum, calidius esse, tenuiorumque partium, quam commune. Lathyridem verò similem, quo ad vim, Tithimallis. **F**A-CIT vomitum, & solutionem laboriosam. Educunt triginta eius grana, ait Dioscorid. per ventrem, pituitam, bilem, & aquam, & vomitum mouent. Valde tamen insuaui est, & laboriosa talis purgatio, stomachum vehementer peruertens. De Lathyride verò ait, quod eadē id est aquam, pituitam, & bilem, purgant grana eius septem, vel octo deglutita, vel pota. Galenus verò de Ricini folijs, quod abstergunt, discutunt, purgant, minus tamen omnia hæc faciunt, quam fructus. Et coquuntur grana eius, & proprie contrita in iure galli antiqui. De folijs Lathyridis, ait Dioscorid. quod cum gallinaceo, aut oleribus cocta, eandem habent seminibus operationem. Oleum autem confert colicæ. } purgare hoc oleum aquam dicit Dioscorid. & valere lumbricis alui, scabiei, & vlcetibus capitis, sedis inflammationibus, & vteri præfocationibus. Sumuntur ex Cherua à granis quinque, vsque ad septem, & alterius à granis septem, vsque ad duodecim. Dioscorides, vt superius tetigimus, Ciceos quidem exhibet grana triginta. Lathyridis septem, vel octo cum casticis, aut dactylis, aqua frigida super bibita. Paulus vsque ad quindecim, ita vt robusti, & qui pluri egent purgatione, ea mandant. Debiliores, & qui malo sunt stomacho, syncera deglutiant. Plinius vicena grana cum aqua pura, aut mulsâ, purgare, ait facile bilem, & aquam, si munda sumantur: si cum folliculis, vehementius purgare, & stomachum lædere.

DE Ricini, ac lathyridis dosi varij varia proferunt **C**OST. Mesues nos ter ricini quod vocat Albemesuch, alij etiam cherua, quinque aut septem grana exhibet: in lathyride quam is albemesuch minus, alij cataputiam nuncupant, à septem ad quindecim, vsque progreditur. Dioscorides ricini triginta, lathyridis septem tantum exhibet, aut octo. Paulus prioris quadraginta, alterius robustis corporibus quindecim. Aelius quem Aetius amulatur, lathyridis grana maiora dat quindecim, minora viginti. Plinius lathyridis vicena dat grana. Atqui vbi hæc perpendimus, & medicamenti huius usum ad nostræ ætatis obseruationem traducimus, videntur paulo audaciores fuisse omnes præsertim Graeci: quando nostrâ hæc tempestate ricini præsertim Syriaci, quo vti multos noui, grana duo, aut tria siccæ admodum, & multa noxa, ac ventriculi molestia expurgant. Tuto ergo in Dioscoridis codice non defuisse, nec deesse mendum, ac de ricino quidem, contextus Matthioli antiquus nos persuadet pro triginta ricinis, tres legens: de lathyride verò à descriptione ex Abenguefit testimonio commouemur, qui antiquorum audaciam admiratus quindecim lathyridis grana exhibentium, non plura, quam duo, aut quinque admittit ex recentiorum iudicio. ex Dios. ergo emanasse in ceteros errorem puto.

S P A R T V M.



De Albrabin, sine Abrabanc, & est genestra. Cap. XXIX.

Albrabin, est capistrum arborum. Et est arbor montana, super cuius stipite eleuatur & densitas fustium multæ rectitudinis, & dum plicantur non patiuntur fracturas, vnde ligantur ex eis arbores:

SYLV. ...

ANT.

bores. Et producantur flores figuræ lunaris citri-
nitatis multæ.

Et proferunt folliculos secundum semitam
orobi habentes semina distincta sicut lentes. Sed
in lingua latina Genestra, siue natica appellatur.

ELECTIO. Vitramarina est melior, & om-
nes quæ in partibus orientalibus oriuntur.

COMPLEXIO, ET PROPRIETAS. Inquit
Dioscorides. Calidæ, & sicca est complexionis in
secundo, & semen eius est calidius. Et in flore
eius, & stipitibus ipsius est humiditas superflua
cum virtute incisiva, quare multiplicat vomitum.
Et sunt omnes partes eius conturbatiuæ, incisiva,
subtiliatiuæ, & prouocatiuæ.

RECTIFICATIO. Nocet stomacho, & cor-
di. Et dixit Philagrius. Cû melle rosato tollitur
nocumētum eius. Et similiter cum rosis, & ma-
stice. Semen autem eius propinandum est cum
aqua mellis rosati. Anisum autem, & semen tœ-
nicæ, & daucus, & similia auferunt nocumētum
ipsius. Flos autem eius de decoctione sustinet
modicum. Semen verò eius plus.

POSSE. Per vomitum, & per ventrem edu-
cit phlegma cum fortitudine vehementi, & ma-
terias quæ sunt in iuncturis, & mundificat renes
ab omnibus superfluitatibus. Et prouocat urinam
fortiter, & frangit lapidem in renibus, & vesica,
& non permittit materias figi in eis, & dentari in
lapidem, & quando flores eius contriti propi-
nantur cum melle rosato, aut cum ovo, resoluunt
serophulas. Et oxymel ex eis, aut ex seminibus
ipsius resoluunt apostemata splenis. Et si frequen-
ter eis vomitus, cõfert ischiaticæ, & podagræ,
& dolori renum.

DOSIS eius, & proprie florum est à drach. ij.
vsque ad v. Et seminis à drachmis ij. vsq; ad iij.

De Genista, seu Sparibo.
Cap. XXIX.

SYLV.

ALTIOR TA
MUN LATINI
AL TEMARIC
PRAE COLE SE
MINE & SUR
MIDUM SU
M REBRO
FIDELIS GAL

Spartum, genista Latinis, & myrica, est ar-
borum capistrum, est autem arbor mon-
tana, cuius rami desinunt in virgas mul-
tas rectas, flexiles, fractu contumaces, qui-
bus vites, & alia ligantur, flores habet flauos, iu-
nata figura, filiquas ¶ orobinis similes, & semina
in his lenti similia, interuallis distincta. Vitramari-
na, & orientalis est melior, calida sicca ordine
secundo Dioscor. Semen verò calidius, flori-
bus, & ramulis humiditas inest incidens, sed ex-
crementosa, & ob id vomitoria. Quin planta hæc
omnibus suis partibus conturbat ¶ prouocat, in-
cidit, tenuat. Pituitam, & materiam a iuncturis
violenter purgat vomitu, & deiectione, renes
omnibus excrementis perpurgat, vrinam valen-
ter mouet, calculum frangit in renibus, atque
adeo in vesica, nec in his materias figi, ac in cal-
culum durecere sinit. Flores quoq; huius cum
melle rosato, aut ovo, strumas resoluunt. Oxy-
melitem ex his, vel seminibus, tumores lienis re-
soluit. Vomitus quoque cum his frequen- ischia-
di, podagræ, & renum doloribus prodest. No-
cet stomacho, & cordi, ob id cum melle rosato
sumi, vult Philagrius, vt his partibus nocere de-

A sinat, & eadem ratione cum rosis, & mastiche.
Semen vero eius cum aqua mellis rosati sumen-
dum est. anisum quoque, & sceniculi, vel dauci
semen eius noxas castigant. flos modicum coqui
potest, semen diutius.

Datur præsertim florea drach. ij. vsque ad dra-
v. semine autem à drach. ij. ad drach. iij.

De Abrachin.

Spartion Dioscorides vocat, Galenus Spartum, La-
M A N A.
M A N A.
Suni Genistam. Vtinam omnia æque cognouisset,
& descuipisset hic vir: non tamen facere potuit, vt
errorem omnino effugeret, pro Phaselo Orobum scri-
bens. Densitas fustium.) Dioscorid. virgas longas ha-
bet absque folijs, solidas, ad frangendum difficiles.
Flores lunares. Dioscorid. Leucorij. Inquit Dioscori-
des calidum, & siccum in secundo.) Nihil de hoc Dio-
scorides. Et in flore eius, & stipitibus est humiditas su-
perflua.) Nec hoc lego apud Dioscoridom, vel Gale-
num, sed ait Galen. semina, & furculorum succum at-
trahere non ingenerose. Per vomitum, & per vëtre-
m educit phlegma cum fortitudine.) Semen, & flores,
cum melicrato pota, sine periculo purgant per supe-
riora, sicuti Elleborus, inquit Dioscorides. Et per ven-
trem.) Semen purgat per inferiora, ait Dioscorides,
ramis verò in aqua madefactis extractus succus, in
ieiunio cyathi quantitate potus, coxendice, & angina
laborantibus est vtilis. Plinius macerat pluribus
diebus in aceto pro coxendicis dolore: perungique
eodem succo docet cû oleo. Sunt tamen, inquit Dio-
scorid. qui macerent muria, aut marina aqua, & cly-
sterem imponant his, qui coxendice laborant, edu-
cunturq; cruenta, atque strigimeta. Quidam ad stran-
guriam vtiuntur semine, vt Plin. testatur, qui etiam sa-
nari genna dolentia Genista ait, tusa cum axungia.
Dosis eius, & proprie florum.) Dioscorid. ex semine,
et floribus dat quinque obolos, Plinius drachmam
et dimidiam.

Qum Spartion carere folijs, & flores alba viola
COST.
habere Diosc. asserat, Genista autem veris initio
ad totius æstatis postremum sua folia habeat ac flores
non albos, aut violæ similes, sed luteos, ac lunares pro-
ferat; differre has inter se plantas constat. id & de quo
Plinius ambigit libr. vigesimoquarto. Atque qui Hi-
spaniam lustrarunt, spartum ex quo funes ad nauis ar-
mamenta, & adificationum machinas expetita, ex quo
calciamenta, & pastorum vestes, ex quo corbes fiunt:
eodem sæpe loco cum frequentiori genista spectari etiam
affirmant. Non idem tamen hi de huius planta facie
referunt, alij nuncum describunt folijs, flore, ac semine
viduum, alij plantam, aliam folijs tantum non etiam flo-
ribus, aut semine vacuum appingunt. Qua quidem in-
re si vera hi referunt, aliud spartij genus esse fatendum
erit, quo nunc vtiuntur, & aliud quod Dioscorid. deli-
neat. Atque ad Dioscoridis certe historiam accedit
Matthioli pictura: sed quum in ea folliculi pingantur
à phasioli thecis, non parum dissimiles, habere etiam
hic cogor, an id verum sit Dioscoride spartum. Ex his,
quum Mesues de genista hic non de spartio verba fa-
ciat, non admirandum tamen si etiam Dioscorid. testem
adducat, qui, vt sæpe iam dictum, non nisi deprauatam
Dioscorid. historiam habuit. Genista autem huius the-
ca erium, & semina, tam belle lenticulam quandam
paruam amulantur oculis nostris, vt mirari de ijs su-
beat, qui errasse Mesuem aiunt, & in describenda the-
ca pro phasiolis orobum, & in declinandis seminibus
O ij pro

NT

DE SIMPLICIBVS

pro vitia, aut eruo lenticulam reponentem. Sed hac in re, non alius, quam ipsi oculi iudex est consulendus. Porro nascitur in Insubria passim incultis locis frutex interdum tricubitalis, crebris à radice ramis fractu non admodum contumacibus, folijs multis sylvestris pruni seve amulis, sed longè minoribus, leuiter lanuginosis, ac tenuibus. hæc autem flore, theca, semine, ac radice genistam, adeò emulatur, ut genistam sylvestrem incola nunc cupent, neque certe inepte. Eius flores recentes oleo insolantur, & duos lienis tumores insigniter discutunt, quod nos interdum obseruauimus.

De Elleboro. Cap. XXX.

ANT. **H**elleborus est barba asfugi. Et eius duæ sunt species. Nam alius albus, & alius niger.

ELECTIO. † Niger verò incolumior est albo: immominatur albus accidentia terroris. Niger verò, acquirit iuuenescentiam, & incolumitatem. † Et quod ex eo magis eligitur proprie est cuius sapor est acutus, mordicans gustum, & habens colorem, sicut asfarum proprie, & quod est frangibile, & medium inter subtile, & crassum, & medium inter recentem, & antiquum, & medium inter ponderosum & leuem. Immo plus leuis est, quam ponderosus. Et qui est leuis carens asperitate. † Et melior pars totius plantæ est radix ipsius. † Melior pars radice sunt fustes, † & melior pars eorum est cutis ipsorum. Et melius tempus collectionis eius est Ver, & Aestas. † Albus verò † maioris est acuitatis, & mordicationis, & eius mordacitas non est apparens subito, & est maioris magnitudinis, quam niger. In alijs autem proprietates nigri habet, sed plus de antiquitate quam niger patitur.

COMPLEXIO, & proprietates. † Niger est calidus, & siccus in tertio. Et est subtiliatus, absterfius, resolutius, & corrosius additio- num carniū, quæ sunt in vulneribus, & dicitur, quando nascitur apud radices arboris, quod sunt fructus eius solutiui. Albus verò calidus est, & siccus in medio tertij. & similiter absterfius, & mordicatiū, multiplicans vomitum, & faciens sternutationem cum fortitudine.

RECTIFICATIO. † Albus corporibus nostri temporis est molestus, immo est eis, sicut venenum proprie præfocans. † Nigri autem, vsque ad tempora nostra virtus tolerabilis est, licet adhuc difficilis. Inquit enim Hippocrates. Molestus est helleborus eis quorum sana sunt corpora. Ars autem, & sollicitudo est in rectificando, & propinando, quando, & cui oportet. Facit enim tunc operationem incolumen- † Inquit filius Zesar, Fit tereniabin, sicut mel, & submerguntur in eo tepido ex fusticulis nigri partes conuenientes circiter horas viij. & extrahuntur ab eo, tunc propinetur altereniabin, quoniam est habens virtutem hellebori. Et simile fit de melle passularum. Et quandoque submerguntur in iure gallinarum, aut carniū, & fit similiter. † Et aliqui perforant radicem ra-

phani, & intromittunt frustum hellebori per diem, & post auferunt, & propinant raphanum habentem virtutem hellebori. † Et quandoque infunduntur in oxymelle, & similiter fit. Et quandoque fit in vino dulci, & quandoque in condito, aut aliquo ex tyropo, aut robub, & quandoque infunditur in iure gallorum, aut carniū, & coquitur in iure, & postmodum addunt arte chist, aut hordeum fractum, aut rizū. Et quandoque forbetur ius solum per se. † Daucus autē, & piper longū, & anisum, petroselinū, & hyssopus sicca, & calamentum, & origanum, & hæc bonificant operationem eius. † Bene autem miscetur cum epithymo, & polypodio, & sale indo, & similibus. Confortant enim se. Confectio pilularum quas scripsit Haly, quarum iuuamentum est vltimum ad agnitudines melancholicas, & cancrum, & lepram, & morphæam nigram diffiilem, quarum hæc est permixtio. Rec. hieræ picæ drachm. xij. hellebori nigri, & polypodij ana drachm. v. epithymi, illecechados. ana drachm. vij. agarici, lapidis lazuli, salis indi, colocynthidis. ana drachm. iij. Dosis earum est à drachma. j. vsque ad aur. ij. & sunt sanæ, & expertæ. Expellit enim virtutem vtriusque à corpore, aqua mellis, & aqua passularum, & aqua hordei, & ius gallorum, & gallinarum cum oleis, aut nucum, aut amygdalarum, & similibus. † Puluerem tamen hellebori sumere non tutum est.

POSSE. Diximus vitari album, quia præfocarius est. Nigrum autem debere summi, sicut concordant omnes, & proprie rectificatum secundum artem, & legem, & non conuenit, nisi robustis, & animosis corporibus, & proprie tempore Veris. Datus quidem quando, cui conuenit facit acquirere iuuenescentiam, & incolumitatem, & mores laudabiles, & complexiones bonas. Hæc enim est proprietas ipsius, sicut dixit Hippocrates. Et ipse quidem mundificat totum corpus à superfluitatibus membrorum corruptis. & solutione educit, cum facilitate choleram permixtam crassam, & phlegma, & choleram nigram cum virtute sine molestia. Et mundificat sanguinem. Et attrahit à venis superfluitates mixtas sanguini, immo à toto corpore, & concantibus membrorum, & partibus remotis, & eunte. Et est ex rebus solennibus in mundificando cerebrum, & caput totum, & instrumenta sensuum, & nervos, & viscera, & vesicam, & matricem. & confert iuuamentum manifestum agnitudinibus eorum, sicut est sôda proprie, & hemiplegia, mania, & melancholia, vertigo, epilepsia, & paralyfis, & aqua ad oculum descendenti. Et confert agnitudinibus iuncturarum, & duritiei, & apostematibus eorum, & scropholis, & est sicut theriaca, & medicina antonomastice ad lepram, cancrum, & species herpetis, et boihor, qui se comedunt. † Et quando ponitur niger helleborus in alcoholi, confortat visum. † Et distillatur acetum decoctionis eius in aurem. Et confert tinnitui, & sibilo, & corroborat auditum. Et si colluitur os cum aceto prædicto confert dolori dentium. Et confert agnitudini splenis, et febribus

SYLV

bribus antiquis longis, & quartanae cholericæ, & ægritudinibus melancholiæ difficilis eradicationis. Et prouocat vrinam, et menstrua. Vnus autem eius colorem efficit bonum, et acquirit corpori odorem bonum, et ori similiter, et remouet ægritudinem cutis, sicut est morphea, et bara secundum omnem modum administrationis eius, et fricatur cum aceto similiter, et remouet fœditatem cutis, et pannum. † Albus ve-

ro difficulter, et fortiter vomere facit cum accidentibus terroris. Et confert fricatio ex eo ad ægritudines cutis, et confert cum virtute. Et curat scabiem, et impetiginem, et lentiginem. Et confert vterque helleborus fistulis, et vulneribus putridis, et fraudulentis.

DOSIS † eius est à Karatis sex, vsq; ad tertiam drachmæ vnus, vel vsque ad drach. j.

VERATRVM ALBVM.



VERATRVM NIGRVM.



De Elleboro. Cap. XXX.

SYLV. **E**LLEBORVS duplex, albus, et niger, idemque salubrior albo, quin, et albus symptomata terribilia minatur, niger autem corpus incolume, et velut iuvenile tuetur. Eligendus in eo genere est sapore acri, gustantem mordente, colore, asari, fragilis, medius ampli, et gracilis, recentis, et vetusti, grauis, et leuis, aut potius leuior, quam grauior, leuis autem, ac sine asperitate. Radix eius est præstantior, et in ea fibrarum, ac radicularum cortices. Vere, aut Aestate colligatur. Albus autem minus est, tum acer, tum mordax: neque mox acrimonia eius apparet, si amarior est nigro. Cetera nigro facultate est similis, nisi quod diutius seruari potest. Niger est calidus, siccus ordine tertio, tenuat, terget, resoluit, carnem vlcerebus supererescentem exedit. Adde quod si is ad arboris alicuius radices crescat, fructus ipsius purgatorios reddit. Albus autem calidus siccus in medio tertij, similiter terget, mordet, sed vomitu multo purgat, & strenuamenta violenter

mouet. Vitandus autem hic est, quod strangulet. Niger autem omnium consensu sumendus, præsertim castigatus natura, & arte, solis robustis, & animosis dandus, & vere ipso. Datus autem, & quando, & cui conuenit, temperamentum facit melius: ob id mores quoque probatiores reddit, & corpus incolume, ac velut iuvenile efficit. Hæc enim propria ipsius sunt opera, Hippocrate auctore. Corpus enim totum excrementis corruptis expurgat, elementer, ac sine molestia vaeuar bilem vtranque, & pituitam, sanguinem proinde puriorem reddit, attrahendo, scilicet excrementa in venis sanguini mixta, non à solis cauitatibus partium, sed à toto corpore, ac etiam remotis partibus, & cute ipsa. Ad cerebrum quoque purgandum, & caput totum, & sensuum instrumenta, & neruos, & viscera, & vesicam, & vterum, est efficacissimus, cerebrique affectibus, vt cephalalgia, hemicrania, mania, melancholia, vertigini, epilepsia, paralyti, aquarum in oculos defluxui aperte confert, iuncturarum quoque morbis, vt nodis, & tumoribus scirrhosis alijs, strumis etiam. In summa, est velut theriaca, & per antonomasiam medicina elephantiae, caneri, herpetis, erysipelatis,

DE SIMPLICIBVS

¶ Melior pars
Hulus vocant
varietate, af-
filiatione, ge-
nera.

¶ melleam
& hanc.

pelatis, & exanthematum, phagedenarum. Pul-
vis quoque tenuissimus ellebori nigri, visum ro-
borat. Acetum quoque cum hoc decoctum, au-
rit insillatum, tinnitui confert, & auditum ro-
borat. Idem acetum si os colluat, dentium dolo-
ri confert, præterea splenis affectibus, febribus
diuturnis, quartana biliosa, reliquis affectibus
melancholicis sanati contumacibus. vrinam, &
menses mouet, corporis colorem, & odorem
bonum efficit, ac etiam oris, cutis affectus, & al-
phos utrosque quouis vtendi modo sanat, ex
aceto affricus gutti, eius leeditatem, & panos de-
let. Albus autem vomitu immodico, & violento
symptomata excitat horrenda, foris autem
affricus cutis vitia, scabiem, impetigines, lenti-
gines valenter iuuat. Vtæque autem fistulis, &
viceribus putridis, ac malignis medetur. Albus
igitur quia huius tempestatis corporibus est mo-
lestus, quin, & velut venenum præsertim suffo-
cans, viterur. Nigri autem virtus ad nostra vtiq;
tempora est tolerabilis, licet etiam difficilis. Sa-
nis enim corporibus elleborus est molestus, in-
quit Hippocrates. arte autem, & industria no-
stra castigatum, quâdo, & cui oportet, rectè pro-
pinamus, agitque salubriter. Filius autem Zesar,
manna melli simili tepida quantitate corticis
radicularum hellebori apram horis octo mace-
rat, colatum dat, in quo virtus est ellebori. Idem
fit in melle vuato, aut iure gallinarum, vel car-
nium, aut oxymelite, aut vino dulci, aut condi-
to, aut syrupo, aut sapa aliqua, inperaddendo po-
lentam, vel orizã, aut pulstem, & sorbitioni per
se datur. Sunt, qui in radicem raphani perfora-
tam ellebori fibras immittunt die vno, postri-
die fibris ablatis, dant raphanum vires ellebori
habentem. Daucus item, & piper longum, ani-
sum, petrolelinum, hysopus, succus calamin-
tha, origanum, opos cyrenaicus, efficaciorum
ipsum reddunt, & præter hæc, epithymus, poly-
podium, sal Indus, & similia, se enim hæc con-
firmant. Ex hoc item catapotia formauit Haly,
ad affectus melancholicos, elephantiam, alphas
nigros contumaces efficacissima, quæ recipiunt
hiera picra, drachmas xij. ellebori nigri, polypo-
dij, ana drach. v. epithymi, sicchades, ana drach.
vij. agarici, lapidis cyanci, salis Indi, colocynthi-
dos ana drachm. iij.

Dantur tuto à drach. vna ad aur. ij. Vtriusque
verò ellebori virtutē ex corpore deturbat mul-
sa decoctum vuarum passarum, aut hordei, aut
gallorum, aut gallinarum, cum oleo nucum, vel
amygdalarum dulcium, vel simili. puluerem ve-
rò ellebori sumere tutum non est. Datur autem
à siliquis sex ad tertiam drachm. j. vel vsque ad
drachm. j.

De Elleboro.

Latini Veratrum, Græci Elleborum: sunt, & qui
nigrum Melanpodion vocent. Hippocrat. Ecbo-
mon. Niger incolumior est albo, immo minatur al-
bus accidentia terroris. Quondam, ait Plinius, terri-
bile fuit, postea tam promiscuum, vt plerique studio-
rum causa sumperint. Idem tamen Plinius album
multo terribilius esse, ait nigro. Et quod ex eo ma-
gis eligitur. Dioscorid. eligit carnosum, speciosum,
interiorem partem tenuem habens, gustumque acre,
& feruidum, asperis tumulis, & siccis locis (qualis est

E Anticyra natum, in frangendo puluerem emittens,
ait Plinius. Et melior pars totius plantæ est radix ip-
sius. Solas radices in vium venire. ait Dioscorid. à
quibusdam, tamen semen purgationibus adhiberi.
MELIOR pars radice sunt fustes. Intellige radice-
las graciles ex ceposo veluti capite procedentes hæc
enim in vsum solas venire dicit Dioscorides, & simi-
liter Plinius, qui eligi dicit tenuissimas radices bre-
ues, & veluti decurtatas, summiã, quæ est vbi cap-
pe, dari canibus, purgationis causa. E Timelice pars
earum est cutis. Eximitur ex vitroque secundum
Dioscoridem interiorem medulla. ET melius tempus
collectionis est ver, & astas. Messium tempore colli-
gendas albi radices, docent Dioscorides, & Plinius.
ALBUS minoris est acuitatis. Galen. amariorem.
& minus acrem esse dixit album, quam nigrum. ET
est eius mordacitas non apparens subdito. Videtur
hec sumpta ex Diosc. in electione albi: inter reliqua. n.
eligendum docet id, quod gustu quidem feruens est,
non vehementer tamen, sed saluam non simul, sed
particulatim mouet. Addit etiam, vt sit mediocriter
extentum candidum, fragile, carnosum, non acumi-
natum, aut inæcuium, nec dum frangitur puerulentum,
sed interiorem medullam exidem habens; lau-
dari maxime Cyrenaicum, periculosus esse Galatiũ,
Cappadecium & Italicum quæ & albiora, & magis
purulenta. ALBUS corporibus nostri temporis est
molestus, immo est eis sicut venenum. Pauli tempo-
re vtebantur Elleborismo per album, & hoc etiam
tempore, cum qui bonus sit, non puto esse veneno-
sum. NIGRI autem vsque ad tempora nostra virtus
tolerabilis est licet adhuc difficilis: inquit enim Hip-
pocrates molestus est Elleborus eis quorum sanæ sunt corpora.
) Experientia certa didici, operationem eius non
esse difficilem: neque aphorismus propositum probat,
siquidem alia quoque purgatoria medicamina
sanos offendunt iuxta eundem Hippocratem in alio
aphor. & secundum Galenum. Cum Elleborum
absolute dicimus, album intelligimus. INQVIT fi-
lius Zesar, sit Teremabin sicut mel. Bonã esse oportet
Ellebori quantitatem, alioqui parum proficies:
siquidẽ drachma integra sola pota, parum operatur.
Paulus infundit aquæ onciã ij per dies quinque.
ET aliqui perforant radicem raphani. Modum
hunc esse Elleborismi simpliciorum dicit Paulus si
fiat cum Elleboro albo. ET quandoque infunditur in
iure gallorum. Dioscorides de albo inquit, datur per
se, & cum Selsio, aut Thapsia succo, aut alicæ, aut
multa aqua, aut pulle, aut lenticola, aut sorbi-
tione alia. De nigro vero, quod coquitur cum len-
te, aut aliquo iure. DAVCVS autem & piper.)
Miscet aliqui ait Paulus Pulegium, Thymbra, vel
aliud simile. BENE autem miscetur, Cum scammo-
nio, & sale, dat Dioscorides nigrum, Paulus dat de-
bilibus cum succo pitæ, aut alicæ, aliove simili.
PVLVEREM tamen Ellebori sumere non est tu-
tum. Paulus valde nocere ait album in puluere po-
tum, & suffocationes facere: nigrum vero tritum,
dat cum mellierato. ET solutione educit cum faci-
litato choleram permixtam grossam, & phlegma.)
De nigro ait Dioscorides per inferiora purgat bilem,
& pituitam. Paulus bilem maxime flauam. Album
vero, inquit Dioscorides purgare per superiora varij
coloris. Et Plinius rem terribilem visu in varijs colo-
ribus vomitionum. A Lepram, Cancrum, & spes-
cies Herpetis. Paulus Elleborum dicit bonum esse
his qui exanthemata, impetigines, lepras, herpetas,
et, si pelataque patiuntur, & ictericis. Et quandoque
ponitur Elleborus in alcohol. Confortat visum.) De
albo ait Diosc. quod apponitur oculorum collyrijs
contra caligines. Plin. oculorum caliginem foris di-
scutit. ET destillatur acetu decoctionis eius in aurẽ.)
Indi auri dicit Dioscor. & post biduum triduumve
exunt, ad difficile auditum: loquens de nigro. Provo-
cat

SVLV

cat vinam, & menstrua.) De albo ait Diosco. menses educit, & fetus occidit suppositus. De nigro appositus menses agit, & fetus occidit. ET remouet ægritudines cutis.) De nigro dicit Dioscorides, quod scabiæ curat, cū thure, aut cera, & pice, & cedrino oleo inunctus: cum aceto vitiliginem, impetiginem, & lepras. A L-
BVS difficulter vomere facit cum accidentibus terro-
ris. Illū qui sit puluerulentus, ait Paulus suffocationi-
nes facere, incidi propterea debere in formas sesamo-
rū magnitudine. In quibus vero suspecta sit acceptio
per os clysinate infundit decoctum duarum drach-
marum. Antylus medicus. Supponitur. & balanus ex
eo facta cum melle, secundum Paulum. Diosco. cum
aceto balanum format. ET cōfert vterque Elleborus
fistulis) Diosc. nigrum ait appositū, si triduo maneat,
fistulas purgare. DOSIS eius à ceratijs sex ad drach-
mas tres vel drachmam vnam.) Dioscorides dat ni-
grum trium obolorum, aut drachmæ pondere, adie-
cto etiā scammonio, quod & nos aliquando experti
sumus, drachmæ grana ij. scammonij in cotoneo malo
adijciētes, minorque, & leuior sequuta est purgatio,
quam ex pilularum, quas aggregatiuas vocant, æqua
quantitate sequi consueuerit. Albi aut) vt refert Plin.)
Themison binas drach. dabat: sequentes quaternas
dedere antiquorum vitium cognoscentes, qui propter
metum parcius dabant, cum celerius erumpat. quo
largius sumitur. Vetant tamen dari senibus, & pueris,
item mollibus, ac femineis corporibus. Paulus dat
drachmas ii. ad summum, ad minus, drachmam j. de-
bilioribus in succo pisanæ, aut alicæ: robustioribus
cum calida, aut melicrato: sectum tamen, nō in pul-
uerem redactum, vt supra etiam notatum est. Ego al-
bo nunquam vñs sum: puto tamen homines regionis
nostræ robustos ferre eam posse. Non dandum tamē
nisi in diuturnis, & fortibus morbis: & qui per alia au-
xilia non sunt sanati, vt Hydrops, Cachexia, Elephā-
to, Paralyti, Epilepsia, Podagra (vt Paulus testatur) qui-
bus ego adijcio morbum, qui Gallicus nuncupatur,
quoniam, & pessimus, & longissimus, communiaq;
auxilia veluti contemnit. Hæc sunt quæ in Pannonia
olim margini simplicium medicamentorum cuiusdā
mei, encluidij forma, Mesue, ad proprium potius,
quam cōmunem vñm annotauit: quæ quum iuuenti-
bus profutura cognoscerem, quibus alio modo nūc
prodesse, ob bellicos tumultus non poteram, publicā
concessi. Quod si forte in manus doctiorum vene-
rint, æqui rogo boniq; consulant, & amice, quando
nihil melius agunt, legant: & si quod non probant,
scripto potius, quā verbis corrigant. Vos vero bonæ
mentis iuuenes, à Deo optimo maximo votis, & pre-
cisibus bonum Pontifici. expetite, qui pacem, quam mo-
rirurus nobis reliquit, mundo reddat, vt pacatiore
animo, & quietā mente, prout vobis despōdi, vtilitati
vestræ valeam inferuire. Valete. Ferratiæ. Nonis Decem-
br. M D X X I. postridie eius diei, qua ad nos delat-
atum per oculillos tabellarios fuerat, Leonē X. eius
nominis Pontificem maximum, attonito morbo su-
bito corruisse.

SVLV.

Radiculæ graciles, & breues, velut decurratæ ex ce-
posito velut capite procedentes, in vñm solè ve-
niunt Dioscoride, nec hē totę, sed harū cortex deligē-
dus, carnosus, speciosus, medullosā intus partē, quę exi-
menda est, habens tenuē: gustu acer, & seruidus, aipe-
ris tumulis & locis siccis qualis Anticyra est, natus in
frangendo puluerē emittens. Plinius. Semen tñ à qui-
busdā purgationibus adhibetur. summa quoque ra-
dix, quę velut cępe canibus dat purgationi causā. Mes-
sibus albi radices leguntur. Dioscorides, & Plinius. Al-
bus amarior est, & minus acer nigro, Galenus. Albus
eligendus gustu feruens, nō tñ vehementer, sed saluā
particulatim, non simul mouens. mediocriter exten-
sus, candidus, fragilis, carnosus, non acuminatus, aut
iunceus, nec, dū frangitur, puluerulentus, medullā in-

teriore habens exilē, qualis Cyrenæicus, improbatur
Galatius, Cappadocius, Italus, albior, & magis pulue-
rulētus. Pauli tēpore vtebatur elleborismo per albū, &
nūc quoque, si n. bonus est, venenosus nō fuerit. Quin
ellebori nomine apud Hippocratem & Galenū albus
venit, vt Aphorismor. i. li. 5. Apud Arabes cōtra Helle-
bori nigri cū alijs misti vñs nō est difficilis, sepe ma-
gno successu in melancholia morbo sum vñs syrupo
Saporis, largo satis helleboro nigro incocto, & Ma-
nardus nō difficilē eius vñm expertus est, & drach-
mam integrā solā potā parū profecisse. Paulus infun-
dit aqua dies quinque, vnc. ii. ergo multus satis man-
gē, vel melli, vel alis incoquatur. Si in radicē raphani
immittatur albus helleborus helleborismi mod° sim-
plicior est Paulo. Albus datur per se, & cū sesamo, aut
thapsiæ, succo, aut alicæ, aut mulla, aut pulite, aut lenti-
cula, aut forbitone alia. Niger aut coquitur cū lente,
aut iure aliquo Diosc. Nigrū cū scammonio & sale dat
idē. Albū debilius cū succo pisanæ, aut alicæ, aut alio
simili, Paulus. Niger pituitā, & bilem inferne purgat
Diosc. Bilē maxime flauam, Paulo. Albus aut vomitu
purgat res varii coloris Diosc. Rem visu terribilem in
varius coloribus vomitionum Plin. Helleborus bonus
ad exanthomata, impetigines, lepras, herpetas, erysi-
pellata, icterū, Paulo, Albus oculorū collyrijs cōtra ca-
ligines imponitur Dioscoridi. Oculorū caliginē forū
discutit Plinius. Niger auti inditur, et post biduū, aut
triduum eximitur in difficilis auditu. Albus et niger
menses ciet, et fetū occidit suppositus Dioscorides, vel
appositus. Niger scabiem curat cū thure, aut cera, et
pice, et cedrino ol. inunctus: cū aceto vitiliginē, impeti-
ginē et lepras, Dioscoride albi puluis suffocationem
facit, ob id incidendus in formas sesamorū magnitu-
dine. Quibus vero: et os accepisse suspectū est, ii. dra-
decoctum clystere iniiciatur, et balanus ex eo, et mel-
le facta Paulo supponitur, et Dioscoridi cū aceto facta
balanus. Niger appositus si triduo maneat, fistulas pur-
gat Diosco. Nigri obolos tres, aut dra. j. dat Dioscori-
des, adiecto ē: scammonio. Manardus quoque dra. j.
dedit cū granis ij. scammonij in malo cydonio assi-
minuscque & leuius purgant, quam iusta dosis pilula-
rū, quas aggregatiuas vocant. albi Themison dabat
dr. ij. Sequentes quatuor, antiquorum vitium cognosce-
tes, qui ob metum parcius dabant, eum celerius erū-
pat, quo largius sumitur. Vetant tamen dari senibus,
& pueris, & mollibus, ac femineis corporibus. Paulus
datā dra. j. ad drac. ij. debilioribus in succo alicæ, aut
pisanæ, fortioribus in aqua calida, aut melicrato, se-
ctum tamen, non in puluerem tritum, vt ante monui-
mus. albo non est vñs. Manard. ex Italus tamen non
robustus ferre posse putat; nō dandum tamen nisi in
diuturnis, et valentibus morbis per alia remedia non
sanatis, vt hydropi, cachexia, elephanto, paralyti, epi-
lepsia, podagra, morbo italico, qui pessimus esse con-
suevit, et auxilia communia videtur contemnerē.

Delleborum album, ac nigrū de facie non nouit Theophrastus, vt videre est 9. de histor. plant. nunc autem nulli ignotus est, vel tenui barbaro. Est tamen in nigri historia, quam reliquit nobis Diosc. insignis serupulus, quem animaduertisse Anguillarum video. flores inesse illi ait Dioscorides racematim coherentes seu racemos vna modo, vt Hermolaus vertit, atqui tales in vulgato elleboro non videmus. spectabis sane duos, aut interdum plures eidem pediculo inherere flores: racematim tamen coherere non videbis. Serapion aliter legit. insidere videlicet, aut, cauli florem in purpura albū, & inesse illi veluti racemum, in quo semen est cuius simile, aut vulgati nigri ellebori semen non racemo, sed capitulo inest interuentibus membran. distincto nigella in modum. Hac ergo quum ita se habeant, non temere de vulgato elleboro suspicabimur legitimusne sit niger

COST.
Cap. 11.

niger

DE SIMPLICIBVS.

niger elleborus, an in Dioscoride potius sit mendū, quod maxime arbitror, sed de hac re alij iudicant. Porro prater triplicem elleborum quem Matthiolus diligentissimus appropiit, memini offensa nobis fuisse ab acerrimo naturalium rerum indagatore, & philosopho maximo Andrea Cesalpino. Vbi herbariam historiam proficente, duo alia genera facie secundi illius ellebori quem Matthiolus pingit, sed eo alterum quidem triplo minus, alterum vero etiam decuplo, foliis pediculis inerat quatuor digitos longo à radice prodeuntia. caulom aut florem videre non licuit. Caterum vt ad Mesuem veniamus, scribit, & hoc in loco nonnulla qua non omnibus placeant, ac primum quum de colligendo elleboro agit, ver, & a Rūm deligit, at Dioscorid. album elleborum in messibus colligendum ait, quod & Plinius. Hic item albo maiorem acrimoniam, ac amarorem, quā nigro ascribit, Galenus contra album minus acrem facit. Album hic elleborum maxime molestum & exitialem putat. at quum Pauli tempore elleborissimus pararetur ex albo, & etate nostra familiare hoc medicamentum sit; pernicio causa non in eius naturam, sed in situm, ubi nascatur, vel malam preparationem referenda est, ac in summa ellebori tantum mali, non prorsusque omnis est culpa. Ex nigro item ait Mesue purgationes difficiles, sequi, quod Hippocratis testi monio probat elleborum sanis periculosum esse afferentis. at qui idem Mesue paulo postea ijs verbis. [Et solutione educit eum facilitate] facilem purgationem sequi consistetur, quod etiam tempore nostro obseruatur, quo opportune exhibitū adeo mite est, vt vix inter soluentia debeat numerari. Ac sententia, quum ex Hippocrate offert, non id infert elleborum absolute esse periculosum, quod Mesue putat; sed probat sanis esse periculosum, id quod purgatorij medicamentis omnibus est commune. ne id etiam silentio pratermittatur de elleboro albo aphorismum esse intellectum Galeno etiam teste, elleborum album interpretante, ubi ellebori absolute metio sit, neq; nigrum adiicitur. Interdicit etiam Mesue ijs verbis [puluerem tamen ellebori] ellebori in puluerem redacti vsum. at Paulus eundem exhibet cum melicrato. Hæc ferè sunt, quæ partim Manardus, partim alij Mesue obijciunt, digna vt rectè expendantur. Sed & hic tamen, quod etiam in superioribus, malo odio concitatos video, qui hæc scribunt. neq; enim adeo à ratione Mesue deuiat, vt sit spernendus. Primum autem quum colligendo elleboro ver, aut astatem deligit, si de albo quidem elleboro intelligas. à Dioscoride non variat, qui colligendum scribit in messibus. De nigro autem [de quo vere Mes. id pronunciat] non errare etiam ipsum arbitror, quum enim is hyeme floreat, ac vere & ipso aestatis initio ad sementem veniat; vires etiā peracto semine in radices mittit: atq; adeo tunc temporis eius radices vsum non sunt inutiles. At vero, an maior insit albo, quā nigro acrimonia, explorandus est sensus, atq; id aduertendum, quod Mesue admonet, albi non statim acrimoniam illam insignem prodire, sed postea. qua quidem in re, quia subscriptorem etiam Dioscor. habet. non est vt plura afferam. illud tantum dixero, Galenum id literis commendasse, quod primo gustatu sensit, neq; illi tamen Mesuem aduersari. An etiam tutus albi ellebori sit vsum, si periculum quis fecerit, & eum non castigatum obtulerit (de quo scilicet Mes. intol-

ligit) id spectabit, quod videre multi, cruciatus primum ventriculi intolerabiles, mox etiam animi deliquia, ac virum lapsus, quum subsequatur postmodum, aut mors, aut incmendabiles noxæ. Vera ergo Mes. scribit. neq; tamen peyperam periti illi medici in vsum interdum reuocant, castigatum tamen antea diligentissime quantum licet. referenda ergo huius noxæ culpa in medicamenti huius naturam elleboro omni non tantum malo communem, quam tamen arte si immutemus, mirum etiam non est immutari. De nigro elleboro idem dixerim, non paratum, atq; importune exhibitum difficile facere purgationes, contra paratum, ac opportune propinatum facile. quod quum Mes. afferat, non sibi aduersatur. Atq; est sane medicamentum omne sanis corporibus insalubre, elleborus tamen præsertim periculi nomine fugiendus, quod ex propria natura nervoso generi (vt ego puto) aduersum conuulsionem faciat, qua noxa ex alijs par non eueniat. alioqui enim si non peculiare, ac præcipuum quilibet hinc inesse, quod alijs non inest, diuinum Hippocratem id literis nunquam traditurum fuisse credendum est atq; ellebori certe nomine fateor album præsens fuisse intellectum: nihil tamen obstat, quin etiam de nigro idem dicatur, quod Hipp. ait, intelligas qui easam noxas parit. An vero, quod ultimo loco quaritur, elleborum in puluerem redactum exhibere liceat, quum Paulus exhibuerit, non id interdicit Mes. sed de periculo admonet, ac non satis tutum esse aduertit, quod verum esse fatebitur, qui eius acrimoniam, & scepticam vim expendit.

MANARDVS.

G Simplicia quadam medicamenta alium purgantia ex alijs scriptoribus sumpta, nec à Mesue descripta.

Cum præter simplicia medicamenta ad alium sciendam, à Io. Mes. scripta, alia nonnulla apud medicorum auctores inuenerim ea annotationibus hisce nostris præmittere, visum est non inutile. Ea sunt: Myxa, idest Sebesten: Cynocrambe, hoc est. Canina brastica. Palegium, Bdelium Arabicum, Parthenium, idest Matricaria: Tragoriganum: Iuli nucis iuglandis, caulū vocati: Fex vini, Tartarum dicta: Attriplex, Malua, Asphodeli radix, Allium, Beta, Blitū, Cestri, idest Vetonice folia: Brastica emicoccta. Aqua thiliana à cucurbita in fornace excocta. Chamepyris, dicta Ioa. Lapathon vulgò Rumex vocatum, Lac, præcipue alinum, butyrum. Lentis primum ius. Semen corniculatis, & spumæ papaueris. Resina pini, piceæ, et Laricis, quæ vulgò putatur, et vocatur Teamentina. Ite vera quæ nunc adfertur ex Terebintho, terebinthina, Vrica, Sesamoides maius, et minus, pepis, peplos, Chamæfice, Lappago, Clematidis semen. pignocomon. Apios, idest syluestris raphanus, Alipon, Empeyron, Heliotropion Magnes, Cortex radicis caparis, Thlaspi, flos æris, squamma æris, Madragoræ succus, Daphnoides, quæ et laureola, Sambucus, Ebulus, Lac, et Cimæ ficus, Filicis feminæ folia, Peponis et Cucumeris radix, Lactuca syluestris, radix peucedani, Staphis agria: Thapsia succus, Androsomos, Afcyros, Hippophaes, Hippophaestos, Lactaria multæ species Mercurialis, Struthion, idest, Radicola, vel Condes. Horum historiam, et vires, ex ipsis auctoribus, licet ediscere: mihi satis sit hoc loco nomina conscripsisse.

FINIS.